ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ

ΔΙΑ'ΛΟΓΟΣ ΚΑΤΑ' ΜΑΡΚΙΩΝΙΣΤΩ'Ν,

ἢ περὶ τῆς εἰς Θεὸν ὀρθῆς πίστεως.

ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΟ'Σ 'ΕΙΣ ΜΑΡΤΥ'ΡΙΟΝ.

'ΑΝΤΙΓΡΑΦΗ' ΠΡΟ'Σ ΤΗ'Ν 'ΑΦΡΙΚΑΝΟΥ

περὶ τῆς κατὰ Σωσάνναν ἱστορίας ἐπιστολήν.

ORIGENIS

DIALOGVS CONTRA MARCIONITAS,

five De rectâ in Deum fide:

EXHORTATIO AD MARTYRIVM:

RESPONSVM AD AFRICANI EPISTOLAM

de hiſtoriâ Suſannæ.

Græcè nunc primùm è MSS. Codicibus prodeunt:

Verſiones partim corriguntur; partim nova adjiciuntur.

Additis


NOTIS, INDICIBUS, LECTIONIBUS VARIANTIBUS ET CONIECTURIS:

Operâ & ſtudio

M. JOH. RODOLFI WETSTENII
Oratoriæ in Academiâ Baſilienſi Profeſſoris.



BASILEÆ, Expensis JACOBI BERTSCHII,
Anno CIↃ. IↃC. LXXIV.




VIRIS
MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, Amplissimis,

DOMINO
DN. IOH. LVDOVICO CRVGIO,
DOMINO
DN. IOH. RODOLFO BVRCARDO,
Reipublicæ Basiliensis Consulibus,
Patriæ Patribus inclutis, opt. merentibus:

VIRIS item
SPECTATISSIMIS, PRVDENTISSIMIS,
DN. LVCÆ HAGENBACHIO,
DN. ANDREÆ MITZIO,
DN. THEODORO BVRCARDO,
DN. IOH. CONRADO HARDERO,
Illis Senatoribus & Tredecim-Viris,
Huic Archigrammateo:
SCHOLARCHIS Ecclesiæ & Academiæ Basiliensis
Gravissimis, Honoratissimis:

Salutem & Felicitatem perennem!



VIRI MAGNIFICI ATQVE PRVDENTISSIMI: DOMINI ET MECOENATES GRATIOSISSIMI:



I primus vel ſolus *Origenem* in lucem è tenebris producerem, temeritatis notam, ne quid gravius dicam, vix effugerem. Quis enim absque periculo ederet ſcripta Viri, edictis Imperatorum proſcripti, Pontificum decretis damnati, Patrum cenſurâ notati, plerisque inviſi, aut ſuſpecti, aut ſaltem minùs grati? Mihi certè, contra tot tantaque nomina inſurgere, piaculo ducerem: niſi gemina ratio diverſum mihi ſuaderet. Altera eſt, quòd etiam acerrimi Origenis adverſarii proverbio trito faſſi fuerint: *Adamantius ubi benè, nemo melius; ubi malè, nemo pejus.* Quando verò Apoſtoli præceptum eſt: ***Omnia probate, quod bonum eſt, tenete:*** cur, propter zizania

errorum, melior quoque seges eradicari debeat, non video. Licebit itaque Viro bono, & nullis præjudiciis occupato, spretis quisquiliis, meliora cum *Gregorio Thaumaturgo*, *Pamphilo*, *Basilio M. Gregogorio Nazianzeno*, *Chrysostomo*, *Hilario*, *Cassiodoro*, atque ipso *Hieronymo*, in usus laudabiles colligere. Altera est, quòd partim antiquioribus illis seculis maximi se offerant Viri, Origeniani nominis amatores & strenui hyperaspistæ: partim etiam hoc nostro, ingeniorum celebrium ubertate & omnigenæ eruditionis laude felici, habeamus accuratos antiquitatis orthodoxæ indagatores, qui hujus *Ecclesiarum Magistri* (quo titulo B. *Hieronymus* olim honestavit *Origenem*) scripta exquisitâ sedulitate undique collecta, tùm ab interitu vindicare; tùm in omnium Christianæ pietatis amantium oculos & manus ingerere sategerint: nullusq; adeò vel fuit vel est illorum, cuicunque demùm parti circa religionem fuerit addictus, qui *Origenis* ingenium, eruditionem atque incredibiles labores non admiretur & commendet. Sufficeret, opinor, inter Theologos ac Philologos etiam solus *Erasmus*, Vir ingenio sublimi & acri præsertim judicio: qui *Origenis* operibus emaculandis, convertendis, recensendis, extremam navavit operam: ut non solùm *Beati Rhenani* encomia, in præfatione ad *Hermannum* Coloniensem Archiepiscopum, editioni operum Origenis Basiliensi Anno M D XXXVI. præmissâ, singulariter meruerit; sed & ab eo maximè tempore *Origenes* quasi reviviscere, atque cum Theologis velut in gratiam redire visus sit. Unde certatim à doctissimis quibusque Viris per Germaniam, Galliam, Angliam, ejus scripta conquisita, & typis vulgata fuerunt. Inprimis hic mihi commemorandus venit beatæ memoriæ Theologus; solidâ doctrinâ, judicii dexteritate, facundiâ eloquenti, antiquitatis Ecclesiasticæ peritiâ, usque ad Serenissimorum & Celsissimorum Principum summam gratiam & favorem, nulli secundus, *Joh. Jacobus Grynæus* noster: qui, etsi aliorum censuras non nesciret, tantùm abest, ut abhorruerit ab *Origene* & scriptis ejus; quin potiùs illorum editioni Basiliensi posteriori Anno M D LXXI. sedulò præfuerit, eaque perdoctis ad *Thomam Erastum* prolegomenis exornârit; ac eundem, ut *Adamantii* patrocinium susciperet, amicè rogârit.

Quapropter tantorum Virorum exemplis præmunitus, *Adamantium*, nullis vel adversariorum lividis conatibus fractum, vel hæreti-

hæreticorum fraudibus ac strophis circumventum, vel ipsis persecutionum dirissimis procellis devictum, non erubescam, à situ & tenebris diuturnis liberatum luci restituere. Quod equidem, quibus permotus causis, quibus subsidiis adjutus, quo've modo & quousque conatus sim; peculiari Præfatione ad Lectorem aperui: hoc unum spectans, ut Virorum doctorum provocationibus, quibus *Origenica* scripta velut è sepulcris excitabant, morem gererem; & quantillum Bibliothecarum nostrarum loculi continent, publicis aliorum usibus impertiremur: nostrâ lubentiâ eorum, qui majora & plura possunt, proritaturi. De cætero novi etiam ex me ipso, ad hæc ingenii mei vires suâ tenuitate perexiguas, atque impar ætatis robur: quod hisce talibus pro dignitate adornandis, ac pristino nitori suo restituendis, vix aptum videri queat.

Quô verò minus præsidii in me deprehendo, hoc enixiùs Vestrum, VIRI MAGNIFICI ET PRUDENTISSIMI, patrocinium implorandum mihi cerno: ideoque submissè rogo, ut Vos, qui pietati ac bonis literis in Urbe atque Athenæo Rauracorum omni curâ & solicitudine hactenus providistis, quò in pace vera Dei agnitio cultusque, juxta elegantiora studia, suas obtinerent sedes; nunc quoque præsentia hæc *Origenis* rectè-sentientis (errorum enim patrocinium quis ambiret?) Opuscula, & in eadem tenuem meam opellam, solitâ Vestrâ benevolentiâ excipere, à livore mordaci tutam præstare, sicque animum ad majora & solidiora mihi addere non dedignemini.

Non autem sola Vestræ Magnificentiæ atque Amplitudinis fiducia me ad tantum patrocinium expetendum adduxit: Sed & ineffabilis Vestra humanitas, ac in me nuper designata singularis benevolentia huc me compellit, si hominis, sique grati nomine censeri gestiam. Tua inprimis, MAGNIFICE CONSUL BURCARDE, Literarum ac Literatorum Mecœnas Optime-Maxime, erga me meaque studia propensio; cui cognata quædam AMPLISSIMI CONSULIS CRUGII proclivitas compari benignitate respondet; nunquam satis mihi celebranda veniet,

Dum memor ipse mei, dum Spiritus hos reget artus.

Etenim cùm vacantem Oratoriæ Professionem in Academiâ nostrâ, divino ductu & Amplissimorum utriusq; Ordinis Procerum, Vestris cumprimis, SPECTATISSIMI SCHOLARCHÆ, suffragiis mihi

):(3 nuper

nuper concreditam audiſſetis: id non tantùm pro voto Veſtro accidiſſe, ſingulari affectu & congratulatione mihi conteſtati eſtis; ſed etiam collectis REIPUBL. PATRUM calculis eam promotionem ratam conſummatamq; reddidiſtis: atq; adeò illam ex animi Veſtri ſententiâ factam, publicitus demonſtrare gratioſisſimè voluiſtis. Utinam Deus vires adderet corpori atq; animo idoneas, ut vel huic expectationi Veſtræ, vel ſpei de me conceptæ, facere poſſem ſatis! Id equidem ſedulò conabor: hùc omne ſtudium impendam, & quicquid Omnipotens virium atque alacritatis mihi conceſſerit.

Accipite intereà, VIRI MAGNIFICI ET GRAVISSIMI, ſerenâ fronte, obſervantiæ erga Vos meæ cultûsq; debiti ſignum & arrham ſacerrimam, devotiſſimam; Civemq; Veſtrum & Clientem gratioſo, ut hactenus, favore porrò amplectimini. DEUS animum Vobis augeat periculoſis hiſce temporibus, Veſtra regat conſilia, dirigat actiones, utraque proſperet, roboret corpora: his ſuperaddat de inexhauſtis ſuarum Gratiarum theſauris, quicquid Gloriæ ſuæ, Saluti Patriæ, Emolumento Academiæ & Veſtræ Felicitati perpetuæ poſſit conducere; donec ſerâ Veſtrâ ætate Gloriæ cœleſtis tandem acceſſerit faſtigium! In hac Votorum meorum ſummâ deſino,

MAGNIFICI, AMPLISSIMI,
SPECTATISSIMIQ. NOMINIS
VESTRI

Cultor humillimus
& obſervantiſſimus

M. JOH. RODOLFUS WETSTENIUS.

Ad Reverendum & Doctissimum VIRUM,

DN. JOH. RODOLFUM WETSTENIUM,

A. L. M. & Oratoriæ Professorem dignissimum, aliquot ORIGENIS Opuscula edentem.

Ἦν γενεῆφι πάτρος, ὨΡΙΓΕΝΟΥΣ κατέλεξεν
ΟΥΕΤΣΤΕΝΙΟΣ θείας πρῶτος κατὰ μοῖραν δέλτους,
Ἃς, Σοφίης πρόμοι, ἐνθάδε ὄψεσθ᾽, αἴκ᾽ ἐθέλητε,
Ποῖον αὖ οὐ προγενέστερος ἐκτελέσει μέγα ἔργον;
Ἐνδυκέως ἄρα ΟΥΕΤΣΤΕΝΙΟΝ, τοιοῦτον ἐόντα;
Μουσέων ΒΑΣΙΛΕΙΗΣ ἱμερόεντα χορόν γε,
Ἐϋδμήτου πόλιος, φιλέειν, θαυμάσεται οὐδείς.

JOH. CASPARUS SUICERUS, SS. Lingg. in Scholâ Tig. Prof. L.M.Q. apposuit.

Προσφώνησις ad Clarissimum VIRUM

DN. JOH. RODOLFUM WETSTENIUM,

Liberalium Artium Magistrum peritissimum, Amicum plurimùm observandum.

Misit inexhausto χαλκέντερος ille labore
In lucem quondam plurima scripta Pater:
Quæ nisi prælustri placuisset nuper HUETO
Ad nostrum studii ducere tempus ope,
Forsan adhuc nobis incognita multa laterent,
Atque sub infidâ condita nube forent.
At nunc WETSTENIUS, cui primâ ab origine magni
ORIGENIS stimulo cura laborq; fuit,
Eximiam partem dias in luminis auras
Profert: quæ paucis visa fuere priùs:
Ac opus illustrat, transfert, simul atque repurgat:
Unde illum celebris lausq; decusq; manet.
Macte novâ virtute: Deus properrò secundet
Egregii nobis ardua cœpta viri,
Ac illum optato, quo dignus, mactet honore:
Sic ad plura illi gloria calcar erit.

Sic gratulatur & vovet
JOH. HENRICUS OTTO, Prof. Tig.

Τῷ ἐν παντὶ λόγων εἴδει
διαπρέψαντι

ΙΩ. ΡΑΘΥΛΦΩ ΒΕΤΕΣΤΕΝΙΩ

ἐκδιδόντι τινὰ περὶ
Ὠριγένους.

Δοιοὶ δὴ βροτοί εἰσιν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ·
Ἄλλοις μὲν, παύροις περ, ἐπισπομένοις Θεοῦ ὀμφῇ,
Αἴσιμα ἔργα μέλει, τοῖσδ' ἀκήρατα ἱερὰ ῥέζειν,
Οἷσι μάλιστ' ἐπιτέρπετ' Ὀλύμπιος ἀστεροπητής·
Ἄλλοι δ' αὖ πάμπολλοι ἐπὶ χθονὶ ναιετάουσιν,
Οἳ Θεοῦ οὐκ ἀλέγοντες ἀτάσθαλα μηχανόωνται,
Οὔτ' ἀποτίσεσθαί ποτέ φασιν ἑῷ ἐνὶ θυμῷ·
Ἀλλὰ Θεὸς τάδε πάντ' ἐφορᾷ, καὶ πάντ' ἐπακούει,
Καὶ ποινὴν κοτίοντα κατὰ φρένα μερμηρίζει·
Αὐτίκ' ἔπειτ' ὀδύνας στοναχάς τ' ἠδ' ὄλβον ὀπάζει,
Φαύλοις ἠδ' ἀγαθοῖσιν, ὅπως ἐθέλῃσιν ἑκάστῳ.
Ὡς σφῇσι θνητοὶ κάκ' ἔχουσιν ἀτασθαλίῃσιν,
Οὐδέπω αἴτιον ἀλλ' ἀγαθὸν νέμει, ἄλλο ἢ λυγρόν.
Αὐτὰρ ἐοῦ τάδ' ἔδειξ' ἈΔΑΜΑΝΤΙΟΣ, οὗ μέγα κῦδος
Ἐν Πάτρεσσι πέλει, κακὰ δόγματα Μαρκιονιστῶν
Ῥεῖα μάλ' αἰδοίοισι καταστορέων ἐπέεσσι.
Ταῦτα ΒΕΤΕΣΤΕΝΙΩι, σοφέων γλύος ἐσθλὸν ὀφέλλει·
Ἤματα γὰρ κεῖνος καὶ ἀΰπνους νύκτας ἰαύων,
Καὶ τάδε καὶ κάλ' ἄλλα κεκασμένα ἧκε φόωσδε,
Ἠδ' ἤδη μετέπειτα. Θεὸς δέ σοι ἔργον ἀέξοι,
Φίλ', ἵνα σοι κλέος ἐσθλὸν ἐν ἀνθρώποισιν ἕπηται.

Φιλίας σύμβολον


ΣΕΒΑΣΤΙΑΝΟΥ ΤΟΥ ΦΕΣΧΙΟΥ.

PRÆ-



PRÆFATIO AD LECTOREM.

Lectori Benevolo Salutem!



ORigeni Adamantio, *celebri Ecclesiæ Doctori, magis quàm Agamemnoni, congruit illud Homericum,* Iliad.23. v.116:

Πολλὰ δ' ἄναντα, κάταντα, πάραντά τε δόχμιά τ' ἦλθον.

Id est, si liceat aspero versiculo casus asperrimos exprimere:

Declive, acclive, & transversa, obversa venére.

Tàm enim variam expertus est fortunam, tamq; diversa multorum judicia, in vitâ & post obitum; ut amor & odium, livor & æmulatio omnem in uno Viro exercuisse vim videantur. Si recolamus, quàm carum Gregorio Thaumaturgo *fuerit caput, Oratione panegyricâ solenniter decantatum, cui* Demetrius Alexandrinus *extitit infensissimus, missis ad diffamandum eum per totum mundum literis: Euseb.* Hist. Eccl. l.6. c.29. & 7. *Hieron.* Catal. in Orig. pag. 285. *Ut taceam, quæ ὑπὸ τῶν ἔξω experiri patiq; oportuit.*

Scripta ejus præsertim dubiam subiêre aleam. Pamphilus *enim Cæsareæ Episcopus tanto amore flagravit erga ea, ut maximam partem* Origenis *voluminum suâ manu descripserit: teste Hieronymi* Catal. in Pamphilo. Theophilus *verò Alexandrinus ex omnium manibus eadem eripere contendit. Moderatiùs Synodus tempore* Sulpicii Severi *(referente Gennadio,* de Scr. Eccl. in Severo) *Alexandriæ habita, decrevit:* Origenem & cautiùs à Sapientibus pro bonis legendum, & à minùs capacibus pro malis repudiandum. *Omnium autem severissimè* Concilium *universale* quintum *anathema* Origeni *dixit, ob varios errores in operibus ejus hinc inde repertos. A quo tempore ejus scripta, velut hæretico infecta veneno, ferè ab omnibus spreta, perpetuis immersa tenebris jacuêre, quæcunque linguâ græcâ exarata sunt. Versiones illorum, easq; satìs interpolatas & detortas,*

a Ruffini

Ruffini *inprimis,nobis antiquitas conservavit.Hinc Cl.Rivetus,* Crit.S. l.2.c.12 pag. 231.*scribit:* Origenis nulla extare, aut saltem nulla prostare publicè monumenta, eâ linguâ, quâ usus est, edita. *Sed alta nostrorum est temporum felicitas'ne an conditio? Certè magnorum Virorum indefessa diligentia, multa Veterum scripta, è tenebris eruta luci publicæ reddidit; interq; ea varia* Origenis *opera.* Erasmus, Picus, Perionius, Genebrardus, Humfredus, *aliiq; egregiam operam in nonnullis vertendis ac latinè edendis collocârunt; de græcis pariter adjungendis, more præcedentis seculi, non adeò solliciti.* D.Hœschelii *cura prima debemus Origenis græca: videlicet* Libros contra Celsum, *Augustæ Vindel. An.* 1605. *excusos; pòst à Doctiss.* Spencero *in Angliâ, An.*1658. *recusos.* Joh. Tarinus, *Parisiis illum secutus,* Philocaliam *dedit An.*1619. *Taceo nonnulla ἀποσπασμάτια, ab aliis passim edita. Omnium tamen diligentiam superavit illud Galliæ ornamentum Clariss.* Huetius; *qui duobus Tomis collegit, quicquid* Origenis Commentariorum *Græcè in S. Scripturam ullibi extaret; præmissis eruditissimis Dissertationibus, in tres Partes, de* Vitâ, Dogmatibus *&* Libris Origenis, *distributis.*

Hæc ubi prodierunt monumenta, Viri docti non alienis, sed propriis oculis ea lustrantes, mirum dictu, quàm varia pronunciârint. Fuére plerique mitiores redditi, suumq; Origeni *locum inter illustria prima Ecclesiæ Luminaria concessére; quamvis suis quoque maculis, (quas etiam in Sole ac Lunâ legunt Astronomiæ periti) non omninò careret. Alii jam pridem non solùm à culpâ liberârunt, sed summâ insuper laude dignissimum prædicârunt:* Halloixius *inprimis, in* Origene suo defenso: *qui propterea* Philippo Labbeo *non parùm vapulat,* L. de Script. Eccl. Tom.2. p.140. *Mediam, &, ni fallor, tutissimam ingressus est viam præfatus Cl.* Huetius; *varias* Origenis *opiniones, è propriis ejus Scriptis erutas, cum adversariorum accusationibus & criminationibus conferendo; præter meritum illatas diluendo; cum veritate deprehensas indicando; &, quæcunque ad rei intelligentiam facerent, addendo. Unde tandem, re probè ad veritatis & æquitatis lancem expensâ, elucescit; Origenem glaciem fregisse in explicandis Scripturis; utpote solum inter Græcos, linguæ sanctæ peritiâ instructum, non vulgarem insumsisse operam; sed infinitis laboribus, ac vitæ inculpatæ exemplo maximoperè Christi Ecclesiam ædificâsse.*

Nemo tamen eousque Origenis *affectu perveniat, ut nævis illius nec*

nec paucis, nec minimi momenti, omni ex parte velum obtendere conetur. nec enim illum satis excusat, quòd è Philosophiâ Gentilium, Platonis *præsertim, principia quorundam errorum petierit: uti benè à Viris doctis animadversum est. Opinor autem, egregia, quæ habet, digna esse, ut omnium oculos subeant, ac eruditorum manibus terantur. Quis enim aliter sentiret, quàm Lumina Ecclesiæ fulgentissima,* Victorinus, Hilarius, Ambrosius, Hieronymus; *Viri, Operibus Origenis in latinam linguam convertendis, & ex Oriente in Occidentem universum transfundendis, maximè seduli? Imò post hos, quamvis* Origenes *jam undique accusaretur; nihilominùs hæc ipsa ratio* Cassiodorum, *de Ecclesiæ commodis, collectione Veterum & Orthodoxorum S. Scripturæ Explanatorum promerendis, solicitum permovit; ut optimis quibusq;* Origenis Homilias *&* Commentarios *adjungeret: ipso teste,* lib. 1. divin. lect. *Atque si ullibi, certè etiam in hisce συντάγμασι, ingens Viri eruditio, peritia in Scripturis, pro vindicandâ & defendendâ veritate Zelus, cum singulari ἀγχινοίᾳ deprehenditur: ut magno suo merito luce dignissima visa sint. Nulla hîc Allegoriarum obscuritas, Origeni vulgò imputata: rariùs in his adhibentur, idq; appositè. Et quamvis alicubi suis indulgeat opinionibus; habuit tamen vel plures sequaces, ut solus in illis erràsse videri nequeat: vel errorum species talis est, ut facilè agnoscantur & evitentur. Quem in finem, pro ingenij modulo, breves plerunque, interdum & fusiores, pro rénatâ, in calce horum Opusculorum* Notas *adjeci.*

Cæterùm, Occasio non una mihi obnata est & oblata, de tribus hisce Origenis *opusculis edendis. Primus hujus conatûs Auctor mihi extitit, Vir Reverendus & Clarissimus* Joh. Rodolfus Wetstenius, *SS. Theol. Doct. & Nov. Test. Prof. Ordinarius, Facultatisq; venerandæ Senior, & mihi Parens filiali observantiâ colendus. Is ex Bibliothecâ suâ tradidit Codicem manuscriptum: quô* Dialogus *Origenis* contra Marcionistas, *&* Epistola ad Africanum, *juxta cum* Gregorii Thaumat. Panegyrico, *&* Justiniani *Imperatoris Oratione ad* Menam, *contra impium, ut vocat, Origenem; nec non* Zachariæ *Episcopi Mitylenes* Dialogo, *Ammonio dicto, Græcè omnia, sed non unâ manu exarata, continebantur. Ejusdem quoque beneficio* Origenis Exhortationem ad Martyrium, *è publicâ Universitatis Basiliensis Bibliothecâ, propriâ manu jam olim in gratiam illustrissimi Galliarum Regis ad Helvetios Legati,* Dn. de Labarde, *descriptam*

ptam, accepi : & , ut qualemcunque meam opellam iis impenderem, jussus sum. Obstabant aliquandiu studia toto genere diversa, à Magnificis Academiæ Proceribus gratiosè mihi delegata. Nec me parùm deterruit Cl. Huetii *promissa compages omnium , quæ reperirentur Origenis operum : ab initio meorum conatuum mihi planè ignota : nec dubium erat, quin ab ejus solidâ eruditione ac multijugâ Patrum, præsertim Origenis, lectione multò solidiora expectanda nobis essent. Quia verò Virum Præstantissimum gravioribus intentum, longè majora his moliri, ab Amicis nunciatum est : nec spes intereà compareat, quando reliqua* Origenis *sit editurus : atque interim doctorum hinc inde Virorum & Amicorum , quibus studia nostra innotuerunt, exhortationes accessère: decrevi tandem, Bono cum DEO, quod pluribus addixi, reipsâ præstare: atque* Origenis *hoc quicquid est Græcè primùm edere, & quæ tot seculis oblivione veluti sepulta erant, in hominum memoriam postliminiò revocare: quamvis non nescirem, me haut absque periculo multorum ac variorum judiciorum, ingenium exile commissurum.*

Est autem uterque Codex MS. unde ista depromta sunt, chartaceus, græcâ manu atq; (utì charta & character innuunt) in ipsâ Græciâ exaratus; Trium circiter, vel ad summum quatuor, seculorum antiquitatis : plus enim nostro arrogare, vetat Scripturæ nitor, forma literarum ac ipsa charta. Idem'ne sit cum illo, cujus mentionem fecit Polyhistor Tigurinus Conradus Gesnerus, in Biblioth. Tit. Origenes, edit. 1545. *his verbis :* Dialogus contra Marcionistas, & Epistola ad Africanum, Venetiis latent apud Diegum Hurtadum Cæsareum Oratorem: *incertum habeo. An fortè ad* Hieron. Frobenium, *à quo se accepisse Codicem M-S. quem transtulit, fatetur* Humfredus, *dimiserit prædictus Vir illustris: nobis non constat. Illud certum, & oculis constare potest: Ex eodem, An.*1557. Laurentium Humfredum, *Anglum, suam adornâsse versionem* Dialogi contra Marcionistas, *Operibus Origenis An.* 1571. *Basileæ editis adjectam. Quinetiam* constat, *ut Cl. Theologus Andr. Rivetus,* Crit. S. lib. 2. cap. 13. *jam ante annos LX. observavit :* Interpretes *Dialogi prædicti* usos esse Græcis Codicibus valdè diversis : at pleniorem & distinctiorem fuisse, quem secutus est Humfredus: ut ex collatione cuivis pateat. *Nec multò aliter, post L. annos, censuit acerrimus Societ. Jesu Theologus, Philippus Labbeus,* de Script. Eccl. To. 2. p. 145: Humfredum usum esse

usum esse sinceriore autographo atque uberiore, quàm aut Picum aut Perionium, res ipsa loquitur. *Utriusque testimonii veritatem nostræ confirmabunt Observationes. Quæ, ut noscantur rectiùs, sciendum: Tres extare versiones hujus Dialogi: Prima fuit* Joannis Pici, *Senatoris Parisiensis Doctissimi, quam* Henrico II. *Galliarum Regi obtulit, An.* 1555. *quamvis editionis Titulus annum sequentem* 56. *præ se ferat. Eodem tempore Basileæ* Humfredus *alteram adornabat versionem, apud* Hieron. Frobenium. *ut hæc ipsius verba docent:* Contra Marcionistas Dialogos novos *ante sesquiannum* ex Frobeniano Codice M-S. é Græco traduxi, sensum non verba reddens, & appendens potiùs quàm numerans: ubique cavens, ne quid græcè positum vertendo everteretur & intercideret. *Hæc ille* An. 1557. Augusti D. VI. *Tertiam confecit* Joachimus Perionius, *Benedictinus: de quâ istud ex* Riveto *&* Labbeo *ll. dd. apparet:* Gilbertū Genebrardum, *anno* 1574: *editioni Operum* Origenis, *utramque* Dialogi *nostri versionem, videlicet* Perionii *&* Humfredi, *inseruisse: illam, Tomo I: hanc Tomo II. Quâ de causâ? nolo hariolari: quandoquidem nobis non licuit esse tàm beatis, ut* Perioniam *tralationem, vel in illâ* Genebrardi, *vel aliâ qualibet editione, videremus. Forsan id eum permovit; quòd plenior, è perfectiore Codice, visa ei esset* Humfredi *interpretatio: nec sanè immeritò. Hoc enim ad oculum demonstrat collatio. Sed verò* Humfredus *sæpè Paraphrasten potiùs egit, quàm Interpretem: nec raró inculcavit quædam, ut sententiam quomodocunque adipisceretur. Itaq; cùm fusior plerumq; illa esset, quàm ut Græco exemplari æquiparari latina ejus versio posset; coacti fuimus, illam constringere, ac locis plurimis aliam prorsùs pangere. quâ in re multùm nobis profuit* Joh. Pici *versio, multò adstrictior verbis græcis: addo & in multis locis luculentior. Interim nec diffiteor, multis periodis utramque discrepare. Id quod vel à nullâ, vel à pravâ, dispunctione Codicum provenisse; nemini dubium esse potest, qui Codices ipsos inspexerit. Quantò verò nobis licuit studiô, consideratis* Scopo, Antecedentibus, *&* Sequentibus; *quidq; rerum ipsarum natura, de quibus disserebatur, requirere vel admittere visa est; sincerè atque candidè posuimus: ultrò, melioribus oblatis vel ostensis, locum cessuri.*

Porrò Jul. AFRICANI Epistolam, *& fragmentum* Origenicæ *ad eam* Responsionis, *cum aliis nonnullis opusculis,* Hœschelius *dedit Græcè Aug. Vind. An.* 1602. Patricius *etiam* Junius *præmisit*

Jobo πιχηςῶ, *è Codice Alexandrino* Catenæ Patrum *in Jobum adjecto partem epistolæ Origenis: nempe, ubi de Jobi Historiâ loquitur: ut Codicis illius Regii sive Alexandrini cum antiquissimis Libris harmoniam ostenderet, in iis, quæ Hebraicam veritatem excedunt.* Sixtus Senensis, l. 5. suæ Biblioth. *nec non Halloixius*, in Notis ad Origenem defensum, p. 24. & 25: *utriusque epistolæ epitomen exhibent latinam: Sed utramque integram Latinè dicitur interpretatus esse* Gentianus Hervetus, *quas* Genebrardus *suæ Origenis operum editioni quoque inseruerit. Nuperrimè ab Eruditissimo Emerico Bigotio per Amicum edocti sumus*, Leonem Castrium, *Hispanum, suis in Esajam Prophetam Commentariis præfixisse, tùm* Africani, *tùm* Origenis, *de historiâ Susannæ mutuas Epistolas, è Græco Latinè ab eodem versas*; *editas* Salmanticæ *An.* 1570. *Illasq; nobis paulò pòst Cl. Dallæus, Joh. Fil. benevolè communicavit, quæ quid nobis profuerint, suo indicabimus loco.*

Deniq; Origenis Protrepticus *sive Sermo exhortatorius* ad Martyrium, *vel* Oratio de martyrio *hactenus neutro idiomate orbi erudito visa, nunc primùm ex Academ. Basil. Cod. M.S. quo & Philocalia & libri cont. Celsum continentur, hîc exhibetur.*

Ne verò carbones pro thesauris, aut spuria pro legitimis arripiamus, ante omnia inquirendum est, Sint'ne hæc tria opuscula Origenis? *Ipsum argumentum, stylus, & paradoxæ opiniones, diversas nobis exhiberent rationes: quas tamen* Annotationibus *reservare lubet: aliorum judicia hîc proferemus.*

I. *Quod* DIALOGUM *attinet* CONTRA MARCIONISTAS, *cùm superiori seculo innotuisset, jam tum varias tulit Virorum doctorum sententias: ideoq; difficultate non caret, quid de eo sit judicandum. Quid igitur senserint alij, & quinam restent dubiorum scopuli, paucis indicabo: ut Lector æquus & eruditus, vacuus præjudicio & veritatis antiquæ plenus, quæ potiora in alterutram partem argumenta censuerit, ipse sibi eligat.*

Laurentius Humfredus *Anglus non dubitavit pro fœtu Origeniano eum agnoscere: nec* Johannes Picus, *qui Regi dedicavit: aliiq; Viri docti.* Cl. Guilelmus Spencerus *ijsdem favere videtur* in Notis ad l. 1. cont. Cels. p. 1 *his verbis:* An Origenis sit Dialogus, nec ne? quoniam *Rivetus* dicit; *Non facilè est judicare*: alio loco discutiemus. *Clariùs* Tarinus *suam de eo sententiam* in Notis ad Philocal. *expressit: ubi ad verba Capiti XXIII. subjecta, paulò post memoranda, hæc annotat*:

annotat: εὕρηται ταῦτα κείμενα καὶ ἐν τῷ Ὠριγένους πρὸς Μαρκιωνιστὰς Διαλόγῳ] In Dialogo tertio περὶ αἰτίας καὶ γενέσεως κακῶν, in quâ Eutropius Judicis perſonam tuetur. Neque verò dubium eſſe poteſt, quin inde ſummi Theologi excerpſerint: quorùm hanc eſſe, non Exſcriptoris alicujus, obſervationem, mihi ſatis probat; tùm forma ipſius, tùm quòd in tribus codicibus (neſcio, an & in omnibus) reperitur. Quare his recuperatoribus, re ſuâ non cedet Origenes. *Apertè ſatis Origeni hos Dialogos aſſerit: niſi quòd V.D. exiſtimet, Philocaliæ Collectores ex hoc Dialogo illud caput depromſiſſe: quo de mox diſpicietur.* Cl. Th. Andreas Rivetus, Critic. ſacr. l.2. c.13. *primus, quem vidi, de eo dubitare cepit:* Utrum liber ſit Origenis nec ne, *inquit*, non facile eſt judicare. Origenis certè temporibus non convenit, quod in Dialogis illis habetur: *Reges cuncti & Principes, qui piè credunt cum Eccleſiâ congregantur, &c.* Nam qui & quales Reges & Principes Chriſtiani, Origenis tempore, & ubi'nam gentium ſedes locârunt? Nullus præterea antiquus auctor celebris meminit hujus Diſputationis: in quâ, Ethnico judice, Eccleſia (diſputante Origene) de hæreticis victoriam reportarit. Quod Eüſebium latuiſſe, aut, ſi illum non latuit, ſiluiſſe, mirum eſt; cùm alia ſcrupuloſè conquiſierit, quæ aliquam ſuo Origeni laudem conciliatura ſperavit. *Eaſdem rationes cum Riveto afferunt Gerhardus* in Patrologiâ p.141. & 142. & *Labbeus* t. 2. de Script. Eccl. p. 144.

Duobus fulcris nituntur, propter quæ Origeni ſcriptum hoc abjudicant: Primò, *quia mentio ſit* Regum & Principum Chriſtianorum: *cùm Origenis tempore nulli, eorum opinione, extiterint. At hæc ratio, (quod pace tantorum Virorum dixerim) non ſatis valida videtur. Nam* Mammæam, *matrem* Alexandri Severi, *Imperatoris, Chriſtianam fuiſſe memorant quotquot è Chriſtianis res Eccleſiæ deſcripsére: &, quòd plùs eſt, Origenem ab illâ evocatum Alexandriâ veniſſe Antiochiam: ubi ſummo in honore habitus, fœminam religioſam melius veritatem edocuerit; tradunt Euſebius* hiſt. Eccl. l.6. c.21. *Suidas* in voc. Ὠριγένης. *Niceph. Calliſt.* h. E. l.5. c.17. *Georg. Syncellus* Chronogr. p.358. *Cedrenus* hiſt. comp. p.211. *Zonaras* annal. tom.2. p.225. *Glycas* annal. parte 3. p.243. *atq; hi Græci. Ex Latinis, Hieronymus* de Script. Eccleſ. in Origene. *Oroſius* hiſtor. l. 7. c.18. *Ado Viennenſis* in Chron. ætat. 6. p.127. *Freculfus* Chron. t.2. l.3. c.2. p.502.

Beda

Beda de sex ætatibus, p.186. *Marianus Scotus* l.2.ætat.6.ad An. Chr. 235.p.385. *Urspergens.* in Chron.p.71. *Otto Frising.* Chron. l.3.c.31. p.71. *Herman.Contract.* in Chron.p.107. *Adjungit dictus Zonaras*: Οὐ γὰρ μόνον ὁ κατὰ Χριστιανῶν ἠρέμισε διωγμὸς τότε, ἀλλὰ καὶ τιμῆς ἠξίωντο μάλιστα οἱ σεβόμενοι τὸν Χριστόν. Propterea tunc non solùm quievit persecutio Christianorum, sed & summopere honore digni habebantur Christi Cultores. *& pp. in Maximino*: Λέγεται δὲ καὶ μῆνιν τὴν πρὸς Ἀλέξανδρον κινῆσαι τὸν διωγμὸν, ὡς ἐκείνου τιμῶντος τοὺς σεβομένους Χριστόν. Dicitur autem excitâsse persecutionem ex irâ adversus Alexandrum, utpote qui Christi Cultores in honore habuerit. *Gregorius Abulpharajus* Hist. dynast.7. p. 80. *ex versione* Edvardi Pocockij, *Viri linguarum Orientalium peritiâ & humanitate singulari, mihiq; expertâ, verè insignis*: Alexander Imperator tredecim annos imperavit. Matri ejus nomen Mammæa: hæc cùm in Christum crederet, magno credentibus adjumento fuit.

Mammææ *adjungo* Philippum *successorem* Gordiani, *& interfectorem.* Philippum, *inquam: etsi Reip. literariæ Principes*, *Jos. Scaliger* in animadv. Eusebianis ad A. MMCCLXI. *& Isac. Casaubonus* Notis in Jul. Capitol. p.201. *eum Christianum fuisse negent. Atque tantorum virorum auctoritati promtissimè cederem; si modò, quid antiquiorum argumentis respondendum esset, compertum haberem.* Primò *enim unanimis est omnium ferè Historicorum Christianorum hac de re consensus. Videatur Eusebius* hist. Eccl. l.6.c.34. *Epitome temporum* Chron. Euseb. adjecta à Scaligero, p.398. *Cedrenus* hist. p. 211. *Georg. Syncellus* Chronogr. p.362. *Niceph. Callistus* hist. Eccl. l. 5. c. 25. *Hieronymus* de script. Eccl. in Origene, *&* in Chron. Euseb. ad An. MMCCLX. *Cassiodorus* in Chronic. *Orosius* hist. l.7. c.28. p.563. *Ado Viennens.* in Chron. æt.6. p.129. *Freculfus* in Chron. tom.2. l.3.c. 2.p.503. *Beda* de sex ætat. p.168. & de temporibus, c.22.p.212. *Vincentius Lirinensis* de hæres. c.23. *Regino* in Chron. l.1.p.5. *Marianus Scotus* l.2.æt.6.ad An.Ch.247. *Otto Frising.* Chron. l.3.c.34. p.71. *Lambertus Schafnab.* de reb. Germ. p.151. *Herm. Contract.* Chron. p.107. *Greg. Abulpharajus* in Hist. dynast.7. p.80. *aliiq;*: *Quibus neutiquam repugnant Sulpicius Severus* Hist. S. l. 2. *& Lactantius* in Procem. div. Institut. *quòd* Constantinum M. *primum laudant Romanorum Principum, qui repudiatis erroribus nomen Christo dederit. Isti enim ex Orosio* l.d. *& Freculfo* t.2. l.3.c.16. p. 535. *sunt limitandi; quorum*

verba

verba adſcribam: Conſtantinus Imperator eſt creatus, primus Imperatorum Chriſtianus, excepto Philippo; qui Chriſtianus annis admodum paucisſimis ad hoc tantùm conſtitutus fuiſſe mihi viſus eſt, ut milleſimus Romæ annus Chriſto potiùs, quàm Idolis dicaretur. *Unicus Zonaras, Celeberr. Caſaubono aliter ſentiendi occaſionem dedit; qui dubitanter hac de re loquitur.* Ἐπαναζεύξας δὲ ὁ Φίλιππος εὐμενὴς ἦν τοῖς χριστιανοῖς, μάλιστα δὲ κατά τινας καὶ προσετέθη τῇ πίστει χριστοῦ, ὥστε καὶ εὐχῶν ἐπ' ἐκκλησίας κοινωνῆσαι χριστιανοῖς, καὶ ἀσμένως ἐξαγορεῦσαι, ὅσα οἱ ἡμάρτητο. Philippus, à Perſico bello reverſus, erga Chriſtianos benè affectus fuit: quodque potisſimū eſt, ſecundùm auctores quoſdam, ad Chriſtianam fidem acceſsit; ut & in Eccleſiâ communia cum Chriſtianis vota faceret, & peccata ſua quæcunque non gravatim confiteretur. *Poſtea cùm pænitentiam ejus ex ore aliorum enarrâſſet, ſubjungit:* Φασὶ μέντοι τινὲς, τοῦτον εἶναι, τὸν πατέρα τῆς μάρτυρος Εὐγενίας, ἀλλὰ περὶ τὴν δόξαν ταύτην πεπλάνηνται. ἔπαρχος μὲν γὰρ κἀκεῖνος γενέσθαι ἱστόρηται, ἀλλ' Αἰγύπτου, καὶ οὐ τοῦ δορυφορικοῦ καὶ μετὰ τὴν εἰς χριστὸν πίστιν ἐκεῖνος παραιτησάμενος τὴν ἀρχὴν, ὑπὲρ τῆς εἰς χριστὸν ὁμολογίας ἠνδρίσατο καὶ μαρτυρίῳ κεκόσμηται. Qui verò eum Martyris Eugeniæ Patrem eſſe tradunt, errant. Nam is quidem & ipſe Præfectus fuiſſe narratur, ſed Ægypti, non Prætorio: ac poſt ſuſceptam Chriſtianam fidem, poſito Magiſtratu, Chriſtum fortiter profeſſus, ac martyrij coronâ ornatus eſt. *Hæc ille* Annal. t. 2. p. 229. *Utrum autem his verbis* Philippus *Imperator Chriſtianus fuiſſe negetur; an potiùs, ab alio* Philippo *Aegypti Præfecto, & Eugeniæ Martyris Patre, diſtinguatur? (ut nihilominus uterq; Chriſtianus fuerit) judicent eruditiores: mihi certè poſterius ſit probabilius. Interim tacendum non eſt; Concedere virum erudit. iſſ.* Otaciliam Severam, *Philippi Uxorem, Chriſtianâ religione imbutam fuiſſe. Vide* Notas ejus loc. dict. *Et quamvis Zonaras hoc, quod ille vult, aſſereret;* Euſebio *tamen &* Hieronymo, *ceu Philippi temporibus longè vicinioribus, potiùs, ni fallor, fides deberetur: cedendumq; foret hactenus* Philaſtrii Brixiani *monito, ajentis:* Juſtius eſt, multis conſonantibus in unum, quàm duobus aut tribus diſſonantibus Hiſtoriographis acquieſcere: quia multi illi verius, quàm duo edixerunt. Lib. de hæreſ. p. 63.

Sed audiamus, quibus veteres illi rationibus ſuam confirment aſſertionem: Producunt 1. Pœnitentiam, *publicè ab Imperatore, Paſchatis feſto, in ſolenni piorum cætu, præſtitam: eamq; deſcribit Euſebius*

bus tanquam suo tempore notissimam, omniumq; ore vulgatam, Hist. Eccl. l. 6.c.34. *Certè noverat Eusebius, vivere suo tempore Ethnicos, qui falsa tradentem facilè arguerent: Vixére quoq; post eum nobiles Historici, qui nil tale redarguerunt in Eusebio, aut alijs: non enim solus hoc asserit, sed plures ei consentiunt, Georg. Syncellus* in Chron. p.362. *Zonaras eadem recenset: Gregor. Abulpharajus* Hist.dyn.VII, p.80. *nec non Urspergensis, & Gobelinus* in Cosmodromio Æt.6. c.11. *qui duo addunt Romæ id actum: & à* Fabiano *Pontifice Romano*, Philippos, (*Patrem & Filium*) *correctos fuisse. Sed hoc suis relinquitur auctoribus. Ego*, Zonarâ *praeunte, potiùs doctiss.* Huetio *adstipulor; quòd* Philippus *redux à Persico bello, in Syriâ, vel vicinâ aliquâ regione orientali, publicè Christianismum professus sit. si enim, Romæ id contigisset; Ethnici scriptores, juxtaq; Eusebius, id silentio minimè praterijssent.*

2. *Praterea Literas illi producunt, ab Origene ad* Philippum *& Conjugem ejus* Severam *exaratas: Eusebius* hist. Eccl. l. 6. c.35. & in Chron. sub Philippo p.70. *Georg. Syncell.* in Chronogr. p.362. *Niceph. Callist.* hist. Eccl. l. 5. c.19. *Item Hieronymus* de Script. Eccl. in Orig. *& Freculfus, notant; suis adhuc temporibus extitisse literas ad* Philippum *Imperatorem & Matrem ejus scriptas. opinor autem, memoriâ lapsos, matrem pro Conjuge substituisse: nisi de* Philippo *F. quem Pater Imperij consortem fecerat, id intelligendum sit. Vincentij Lirinensis verba sunt* l. adv. hæres. c.23, Sed & ejusdem epistolæ testimonium perhibent, quas ad Philippum Imperatorem, qui primus Romanorum Principum Christianus fuit, Christiani Magisterij autoritate conscripsit. *De Origene loquitur, quòd non solùm privatæ conditioni, sed ipsi Imperio reverendus fuerit: satisq; innuit, literas illas sibi visas esse.*

3. *Insuper ex Decij erga Christianos furore idem concludunt, Euseb.* hist. Ecc. l. 6. c. 39. Δέκιος, τῆς πρὸς Φίλιππον ἔχθρας ἕνεκα, διωγμὸν κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἐγείρει. Decius, præ odio adversùs Philippum, persecutionem intulit Ecclesiæ. *Idem repetit* in Chronico p.70. sub Philippo, & in Canonibus Chron. p.260. *& Hieronymus* de Scr. Eccl. in Orig. *nec non Beda* de sex ætatibus p. 186. *Gregor. Abulpharajus*, hist. dynast. VII. p.80.

Novi equidem, quid illustris Scaliger *his reponat: scil. ficta esse omnia, meraq; commenta: cùm incredibile sit, hominem tam sceleratum,*

tum, Prædecessoris innocentis interfectorem crudelem, fuisse Christianis ritibus imbutum. Verùm præter meritum Veteres accusantur. Hæc enim illa est Christianæ religionis ὑπεροχὴ *&* excellentia; *quam Origenes toties Celso objecit, quòd* ex malis reddat bonos, *& in quâ non* malum fuisse *noceat, sed* in malitiâ perseverâsse. *Frustrà enim publicè deplorâsset Imperator sua peccata, nî suis sceleribus prius publicum bonis omnibus scandalum dedisset.*

4. *Addenda his* Orosij *&* Freculfi *singularis observatio: quòd Imperator, etiamsi Ludis solennibus Millesimum Urbis annum celebrârit; nullibi tamen legatur, ascendisse in Capitolium, vel ex more hostias immolâsse: unde Veteres collegerunt, Ipsum jam tum in corde Christianismum fovisse.*

5. *Subjungam, nisi fallor, haud levem conjecturam, rei veritati aliquid lucis afferentem. Huc facere videntur Nummi Imperatoris* Philippi: *in quibus nec* Adolfus Occo *Augustanus, in amplissimo suo thesauro; neque Celeberrimus & rei antiquariæ peritissimus*, Carolus Patinus *(cujus amicitiam meritò maximi facio) in operibus suis aliquid observârunt, quod Paganismum redoleret: sed Nummi penè omnes figuris bestiarum, ludis publicis exhibitarum, insigniuntur. Imò potiùs exhibet nobis doctiss. Patinus* in elegantissimo suo rariorum Numismatum Thesauro p. 87. *Nummum cum inscriptione,* SPES FELICITATIS ORBIS, *additq.*: Nihil Principe Christiano dignius. Scopum videtur attigisse alio nummo, in quo FELICITAS ORBIS.

Scrupulum tamen hîc movet eruditissimi Ezech. Spanhemij *observatio;* Dissert. 9. de usu Numism. p. 853. Sub Philippis, *inquit,* occurrit inter alios nummos similis celebritatis indices unus, in quo secularia itidem sacra, septem nempe figuræ, ante aram sacra facientes cum inscriptione: SÆCULUM NOVUM. *Indè colligit Vir Doctissimus, contra* Cl. Huetium *(cum quo hactenus sentimus)* fabulam esse, quæ de Christianismo Philippi *traduntur.*

Verùm, ut Christianorum historicorum auctoritatem defendamus, sequentia æquè probabiliter reponi posse videntur: Primò, *pro nobis militat maximus Numismatum numerus, in quibus nil tale apparet.* Dein, *studiosè inquirendum foret, Sit'ne hic nummus genuinus, an verò ad imitationem aliorum, in memoriam ludorum se-*

cularium cusorum, factus? Porrò, etsi hoc Viro, in antiquitatis monumentis versatissimo, largiamur, genuinum esse; attamen, vel Romæ vel in Provinciâ aliquâ, Imperatore inscio, tales cudi poterant. Nil tritius est in nummis Constantini M. inscriptione illâ: SOLI INVICTO COMITI: *aliaq; plura Paganismi indicia in ejus nummis apparent. Sic in nummis* Otaciliæ Severæ, *omnium consensu Christianæ mulieris,* JVNO DEA *conspicitur. Adde, quòd Philippus post ludos exhibitos, sicut ex Zonarâ colligitur, è Persiâ redux, demùm publicè Christianismum professus sit: interim ipsum anteà quoque occultè veritati favisse, nil video, quod impediat: neque nummi reclamare videntur, sed potiùs nobiscum facere. Inprimis causæ nostræ favet nummus Apamensis, à Viro illustri* Octavio Falconerio, *Romæ descriptus: qui, uti à Viro magno & harum rerum peritissimo edoctus sum, ab unâ parte* Philippi *Imperatoris imaginem refert, ab alterâ Virum in arcâ sedentem, & columbam super eo volantem, cum inscriptione* ΝΩΕ. *Hæc paulò fusiùs, quia post bigam illam illustrem, à Scriptoribus recentioribus magno numero,* Philippi *Arabis Christianismus negatur.*

Verum esto, Non fuisse Philippum *Imperatorem Christianum: non ideò in toto vel Oriente vel Occidente nulli supererunt* Reges, Principes, Duces, *qui Christo nomen dederint.* Dux Arabiæ *ab Origene, ex Aegypto accersito, in Christianâ religione institutus, perhibetur ab Eusebio,* H. E. l.6. c.13. *aliisq; plurimis. Imperatoris* Alexandri Severi *aulici, magno numero veram fidem erant amplexi: teste Eusebio,* H.E. l.6. c.28. *Ipseq; adeò Origenes* Principum Christianorum *facit mentionem,* To.2. tract.12. in Matth. p.86. *dum ait*: Est videre in quibusdam Ecclesiis, præcipuè civitatum maximarum, Principes populi Christiani nullam affabilitatem habentes, vel habere ad se permittentes. *At forsitan his verbis Episcopos voluit intelligi. Veruntamen jam ante Origenem aliquot Principes Christiani referuntur.* Abgarum *Edessenorum Dynastam exhibet Eusebius,* Hist. Eccl. l.1. c.13. *illi dictus* βασιλεὺς Ἄγβαρος, *item* Τοπάρχης Ἐδέσσης. *De Helenâ Agabenorum Reginâ hæc commemorat Ado Viennensis,* in Chron. æt.6. p. 111: Quarto imperii ejus (*Claudii*) anno fames gravissima per Syriam, cujus Lucas etiam meminit, facta est. Sed Christianorum necessitatibus apud Hierosolymam, convectis ab Ægypto frumentis Helena Agabenorum Regina, conversa ad fidem

idem Christi, largissimè ministravit. *Sic* Lucius Britanniæ Rex, nissâ ad Eleutherium Romæ Episcopum epistolâ, ut Christianus efficeretur, impetravit: *si credamus Freculfo*, Chron. Tom. 2. . 2. c. 21. p. 484. *Bedæ*, in Hist. Eccl. Anglor. l. 1. c. 4. *&* de sex ætat. . 185. *Adoni Viennensi* in Chron. æt. sextâ p. 122. *Sigeberto Gemlac.* Chronogr. pag. 479. *Herm. Contracto*, ad A. D. 180. p. 105. &c. *enuit autem sedem Pontificis Rom præfatus* Eleutherius *jam A. Ch.* 179. bgarum *alium, Edessenorum Principem Christianum, ex Africano rodit Eusebius*, in Chron. p. 70. *eundemq.* in Chronicis Canonibus, . 204. *ad annum Christi CCXX. Macrini Imperatoris* 1. *refert. Tertulanus*, in Apolog. c. 1. p. 1. *de suis temporibus scribit:* Obsessam vociantur civitatem, in agris, in castellis, in insulis, Christianos mnem sexum, ætatem & conditionem, etiam dignitatem transredi: ad hoc nomen quasi detrimento mœrent. *Et* c. 37. pag. 33: lesterni sumus, & vestra omnia implevimus, urbes, insulas, caella, municipia, conciliabula, castra ipsa, tribus, decurias, palaum, senatum, forum, sola vobis relinquimus templa. *Adde* ex b. ejus ad Scapul. c. 4: Quanti honesti Viri (de vulgaribus enim on dicimus) aut à Dæmoniis aut valetudinibus remediati sunt! se etiam *Severus* pater *Antonini* Christianorum memor fuit. nam *Proculum* Christianum, qui *Torpacion* cognominabatur, *Euhoe* procuratorem, qui eum per oleum aliquando curaverat, reuisivit, & in palatio suo habuit usque ad mortem ejus: quem & *Antoninus* optimè noverat, lacte Christiano educatus. Sed & *larissimas fœminas & Clarissimos viros, Severus*, sciens hujus sectæ se, non modò non læsit, verùm & testimonio exornavit, & polo furenti in os palàm restitit. *Marcus* quoque *Aurelius* in Germanicâ expeditione, Christianorum militum orationibus ad eum factis, imbres in siti illâ impetravit. *Et seq. c. 5:* Hoc si placerit (*scil. instanter persequi Christianos*) quid facies de tantis milbus hominum, tot viris ac fœminis, omnis sexûs, omnis ætatis, *nis dignitatis*, offerentibus se tibi? quantis ignibus, quantis glais opus erit? quid ipsa Carthago passura est, - cùm viderit illic rtasè & *tui ordinis Viros* & matronas, & PRINCIPALES quasie personas, & amicorum tuorum vel propinquos vel amicos? rce ergo tibi, si non nobis, *&c. Hæc ille ad* Scapulam *Africa sidem, præcipuæ dignitatis Virum. Freculfus*, in Chron. T. 2. l. 2. c. 22.

Sub Commodo pax Ecclesiis per omnem terram propagatur. Sermo Domini in urbe Româ multos ex illis illustribus & prædivitibus viris, cum liberis & Conjugibus & propinquis, atque omni pariter familiâ sociavit ad fidem. *Sed satis de hoc argumento: nec ulteriore, opinor, opus est disquisitione; Utrum Origenis seculo* Principum Christianorum *commemoratio institui potuerit, nec'ne?*

Altera ratio est: quòd nemo antiquorum hujus Disputationis meminerit. *Vix autem hæc assertio subsistit, cùm expressè illius mentionem faciant* Philocaliæ auctores, *Basilius M. & Gregorius Theol.* in fine c. XXIII. al. 24: Εὕρηται ταῦτα κείμενα καὶ ἐν τῷ Ὠριγένους πρὸς Μαρκιωνιστὰς καὶ ἄλλους αἱρετικοὺς διαλόγῳ, Εὐτροπίου δικάζοντος, Μεγεθίου δὲ ἀντιλέγοντος. *i. e.* Hæc scripta inveniuntur in Origenis contra Marcionistas & alios Hæreticos Dialogo, judicem agente Eutropio, contradicente Megethio. *Hîc non tantùm Dialogus iste* Origeni *tribuitur, sed & verba ipsa maximam partem* αὐτολεξεὶ *capite allegato cum Dialogo nostro consentiunt: quod infrà pleniùs & suo loco considerabimus. Abbas* Trithemius in Scriptoribus Ecclesiasticis, p. 196. *inter opera Origenis recenset, aitq; se Latinè versos vidisse* Origenis libros quinque adversùm Hæreticos, quorum initium: Adamantius dixit: Qui &c. *Hi autem libri, nisi me fallant omnia, sunt hic idem* Dialogus, *non solùm in Codice nostro Græco, sed & tribus aliis M-SS. Oxoniensibus, ut honorandi Amici nos monuerunt, in* Quinque partes *divisus. Nec mirum est,* Eusebium *hunc Dialogum tacito pede præteriisse, aut expressè non commemorâsse: cùm alia ei mens fuerit, quàm* Titulos sex millium librorum Origenis *suæ Historiæ inserere: quandoquidem* Catalogum Origenis operum *alibi confecerit, ad quem Lectorem suum ablegat,* l. 6. H. E, c. 32. *dicens:* Τί δεῖ τῶν λόγων τοῦ ἀνδρὸς ἐπὶ τοῦ παρόντος τὸν ἀκριβῆ κατάλογον ποιεῖσθαι, ἰδίας δεόμενον σχολῆς, ὃν καὶ ἀνεγράψαμεν ἐπὶ τῆς τοῦ Παμφίλου βίου τοῦ καθ' ἡμᾶς ἱεροῦ μάρτυρος ἀναγραφῆς. Quid verò nunc oportet sermonum hujus Viri exactum conficere Catalogum, qui opus singulare requirit? quem etiam conscripsimus in descriptione vitæ Pamphili, Sancti apud nos Martyris. *Ipse etiam* Hieronymus *Indicem operum ejus posuit in voluminibus Epistolarum, quas ad Paulam scripsit: ut ipse indicat,* l. de Scriptorib. Eccles. in Orig. *Quòd si duo hi Catalogi, aut solùm alteruter superesset; facilè à genuinis ejus scriptis notha discerneremus. Quot certamina, quot disputationes cum Judæis, cum hæreticis,*

& Gen-

Gentilibus, celeberrimus iste Disputator subierit; ex Hist. Eccl. Scri-oribus, & operibus Origenis passim videre est. Unde procul dubio con-git, ut Eusebius *illas omnes nomine* τῶν λόγων designare *maluerit: & q; hujus, neq; alterius Disputationis meminerit, cum Hæretico Athenis ram multis habitæ; quam Origenes vulgavit, ut contra adversa-um,* ἀντιγράφῳ *depravato sibi insultantem, suam innocentiam de-nderet: sicuti scribit Origenes*, in epist. ad Alexandrinos apud ustinum, *de adulteratione librorum Origenis*, To.1.op. Orig. p.779. *d verò, si Eusebium accuratiùs consulamus; hanc Disputationem haud scurè innuere videbitur*, Hist. Eccl. l.6. c.18. *ista commemorans:* Καὶ ἄλλοι δὲ πλείους τῶν ἀπὸ παιδείας τῆς περὶ τὸν Ὠριγένην φήμης πανταχόσε βοωμένης ᾔεσαν ὡς αὐτὸν, πεῖραν τῆς ἐν τοῖς ἱεροῖς λόγοις ἱκανότητος τἀνδρὸς ληψόμενοι. μυρίοι δὲ τῶν αἱρετικῶν, φιλοσόφων τε τῶν μάλιστα ἐπιφανῶν οὐκ ὀλίγοι, διὰ σπουδῆς αὐτῷ προσεῖχον, μονονουχὶ πρὸς τοῖς θείοις καὶ τὰ τῆς ἔξωθεν φιλοσοφίας πρὸς αὐτοῦ παιδευόμενοι. Et alii plures eruditorum Virorum, cùm fama Origene passim spargeretur, illum accesserunt, experimentum ri, quàm in S. Literis tradendis potens esset, capturi. Hæretico-um quoque innumeri, & Philosophorum præsertim illustrium on pauci, studiosè illum audiverunt: & non solùm in divinis, d & in externâ Philosophiâ, ab illo instituti sunt. *Unde ipse* Hal-ixius in Orig. def. l. 1. c. 9. p. 27. *&* Spencerus in Notis ad l.1. cont. els. p.1. *scribunt:* Nostram quoq; disputationē tùm habitam credi.

Nondum tamen fluctus dubiorum omnes sunt compositi: sed acriùs surgit Clariss. Huetius *cum* Halloixio, *qui* diu post Origenis mpora conscriptum *Dialogum existimant.* Prior *quidem, gra-ssimis rationibus suam tuetur sententiam: illamq; lubentissimè cam facerem, si, quid reverâ hìc statuendum sit, compertum habe-m. Ejus verò humanitas & æquitas, quæ've in scriptis ipsius singu-ris elucet animi moderatio, roganda venit; ut, quæ solius veritatis a-ore disquirimus, suo vel calculo approbet, vel rationes nostras solidâ â eruditione diluat. Illi* primò *nimis Orthodoxus videtur hic Dia-gus, quàm ut Origeni conveniat:* quia inducitur in eo Origenes, obatam in Ecclesiâ de tunicis pelliceis Adami, & de corpore ımano & animâ, deque resurrectione, sententiam propugnans; m alia senserit Origenes. In dissert. Origenian. p.276.

Sed ad hæc exceptionē ipse V. Cl. suppeditare videtur, l. 2. Origen. 2. quæst. 2. & c. 12. §. 8. atq; alibi passim: *ubi observat, Origenem in*

his al-

his aliisq; dogmatibus tam incertum & ambiguum fuisse, ut nemo noverit, quid tandem senserit. Deinde, in publicâ contra hæreticos disputatione, verisimile est, ipsum publicam potius Ecclesiæ, quàm suam peculiarem sententiam, nondum omnibus probatam, tradidisse : cautus enim Origenes non omnia omnibus, quæ sentiret, detexit. Libros περὶ ἀρχῶν *omnium maximè corruptos fuisse, patet. Unde mirandum non est, quòd ex his solis* Justinianus Imperator in Epistolâ ad Menam, *Origenis heterodoxiam asseruit : cùm vice versâ* Libri contra Celsum *longè sint defæcatiores atq; puriores; quia,* ὡς ἐν τῇ πρὸς ἀλλότριον τῆς πίστεως ἀπολογίᾳ γραφομένῃ, διὰ τοὺς ἐπὶ νηπίους καὶ κλυδωνιζομένους, ὀλίγα ἐξητασμένως τῶν ἐντυγχανόντων, quatenus decebat in conflictatione cum profano homine, habitâ ratione parvulorum fluctuantium, ad captum vulgaris lectoris *se accommodavit : ipso fatente* l.5.cont. Cels.p.243. vid.& p.249.& 264. *In libris autem* περὶ ἀρχῶν, *secretò editis in gratiam* Ambrosii, *liberiùs, & magis subtiliter quàm solidè, argumenta prosecutus est, quòd lucem non visura speraret. At spe suâ frustratus, prolatis in publicum ab Ambrosio libris illis, pœnitentiam, scriptâ ad* Fabianum *Romanæ Urbis Episcopum epistolâ, egit, veniamq; petiit : teste* Hieronymo in epist. ad Pammach. & Oceanum, to.2.p.193. *Sed, ut ad nostra redeamus: siquidem hæc disputatio probatam Ecclesiæ Catholicæ defendit sententiam: utiq; eò pluris æstimanda nobis venit, quò minus quàm cætera Origenis scripta erroris suspecta, vel rea convictaq; habetur.*

Præterea urget V.Cl. verba Auctorum Philocaliæ c.24. subjecta: Ταῦτα ἀπὸ τοῦ ζ λόγου τῆς Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου περὶ εὐαγγελικῆς παρασκευῆς παρεκβέβληται. Μαξίμου δέ ἐστιν, ὥς φησιν ὁ αὐτὸς Εὐσέβιος, οὐκ ἀσήμου ἐν τοῖς χριστιανοῖς συγγραφέως. αὐτολεξεὶ δὲ εὕρηται ταῦτα κείμενα καὶ ἐν τῷ Ὠριγένους πρὸς Μαρκιωνιστὰς καὶ ἄλλους αἱρετικοὺς καταλόγῳ· Εὐτροπίου δικάζοντος, Μεγεθίου δὲ ἀντιλέγοντος. Hæc è septimo Eusebij Pamphili Evangelicæ præparationis libro depromta sunt. Maximum verò habent auctorem, ut ipse scribit Eusebius, non ignobilem inter Christianos scriptorem. Totidem autem verbis scripta inveniuntur in Origenis contra Marcionitas & alios hæreticos dialogo, judicante Eutropio, opponente Megethio. *Hinc infert* : Eusebius fragmentum id exhibet, & è Maximi libro περὶ ὕλης sese mutuatum esse tradit. Utris autem plus habeamus fidei, Basilio & Gregorio, opus id Origeni tribuentibus; an Eusebio, idem Maximo assi-

ſignanti; ambigendum non eſt. Sæpe quippe oſtendimus, neminem in perſcrutandis Origenis rebus tantum adhibuiſſe curæ & ſolertiæ, quantam adhibuit Euſebius. *Verum enim verò, quid hæc non pugnent*: Euſebius *Maximum tradit auctorem, & à* Maximo *ſe hoc fragmentum mutuâſſe fatetur: Atq; idipſum in* Origenis *Dialogo reperiri, docent* Gregorius & Baſilius? Maximus *enim is*. *ſe poteſt, quo de* Euſebius l. 5. c. 27. Hiſt. Eccl. *ait, Se legiſſe ejus librum* περὶ τοῦ πολυθρυλλήτου παρὰ τοῖς αἱρεσιώταις ζητήματος, τοῦ, πόθεν κακία, καὶ περὶ τοῦ, γενητὴν ὑπάρχειν τὴν ὕλην: de vulgatiſsimâ illâ hæreticorum quæſtione, Unde *ſit* malum? & de eo, quòd Materia ſit facta. *Item Hieronymus* in Script. Eccleſ. to. 1. p. 284. Maximus, ſub iiſdem Principibus, famoſam quæſtionem inſigni volumine ventilavit, Unde malum: &, quòd Materia à Deo facta ſit. *Freculfus* in Chronico, tom. 2. l. 2. c. 4 p. 495. *eadem verbotenus refert. Et Marianus Scotus* in Chronic. l. 2. ætat. 6. p. 383. *ſic ſcribit, ad Imperium* Severi, *ex Methodio:* Severi temporibus plurimi Eccleſiaſtici Viri nobiles & ſtylo illuſtres extiterunt, ſicut ex eorum monumentis agnoſcimus. Ex quibus eſt Heraclitus Maximus, qui de famoſiſsimâ omnium hæreticorum quæſtione, quâ ſemper inquiritur, Unde ſint mala? unde malitia? vel, quòd Materia facta ſit, & non infacta (*lego*, infecta.) *Vixerit itaq;* Maximus, *uti Hieronymus paulo antè* in Heraclio *indicat, ſub* Commodi Severique *imperio. Unde patet, antequam Origenis fama innoteſceret, hanc ſectionem jam fuiſſe ſcriptam: ac propterea rectè* Maximo *ab Euſebio tribui: ſed &* Gregorio *atque* Baſilio *non minus verè Origeni adſignari. Jam ſi verba illorum* (*quæ* Johannes Tarinus *in Pariſinis*, *& ego in Academiæ Baſilienſis Codicibus MSS. reperimus*; *ut de iis dubitare vix liceat*) *rectè perpendamus*; *non* Origenis *per omnia eſſe dicuntur illa Excerpta, ſed tantùm* reperiri etiam in Origenis Dialogo. *Poterat igitur* Origenes *pro eâ, quâ pollebat, admirandâ memoriæ felicitate, de* Maximi *libro, ea ſuo inſerere Dialogo, quæ neceſſaria vel idonea ipſius propoſito videbantur: prout colligi poteſt è collatione, quâ initium hujus ſegmenti fuit* αὐτολεξεὶ *tranſſumptum: reliqua verò, pari ſenſu, aliis tantùm verbis, adhibentur: prout infrà obſervabitur. Ut hæc ratio eſſe poſsit, Cur Philocaliæ auctores*, Euſebij *ductum ſecuti*, Maximi *potiùs verba quàm* Origenis *attulerint: partim, quòd* Maximus *primus eorum auctor fuerit: partim, quòd*

c Ori-

Origenem *per omnia cum* Maximo *ſentire compertum haberent. Nil verò novi eſt Græcis auctoribus, ab aliis multa tranſcribere. Plurima ejus generis obſervârunt Viri Docti. Videatur Euſeb.* Evangel. Præparat. l. 10. c. 1. *Ipſe ego cùm* Zonaræ *&* Balſamonis *Commentarios in Canones Conciliorum cum Amerbachiano codice Acad. Baſil. MS. ante biennium conferrem, ſæpius miratus ſum*, Balſamonem ἐξηγήσεις *Zonaræ tantùm non exſcripſiſſe. Clariſſ. etiam* Huetius *paſſim obſervat:* Origenem *ex* Clemente *Alexandrino, aliisq; ante ſe ſcriptoribus, non pauca in ſua tranſtuliſſe opera. Vel ſi hoc diſpliceat, cùm diſputatio hæc publicè prius habita, quàm ſcripta fuerit, nil obſtare video, quò minùs hæretici objectiones, & Origenes reſponſiones ſuas, nonnullis additis demtisq;, prout res ferebat, ad Maximi ductum protulerint. prout ſæpè videbis apud Epiphanium aliosq;, Marcionitarum argumenta atq; Orthodoxorũ ſolutiones, eodem ferè modo, quo hîc, proponi: ut in Notis id palàm fecimus. Sed & alia ſuppetunt argumenta; quibus, Maximum Conſtantini M. ætatem antegreſſum fuiſſe, oſtendi poteſt. Si enim Maximus tunc vixiſſet, ejus ſcripta recentiùs edita potiùs allegâſſent Philocaliæ auctores; neque ex Euſebio ejus συγχρόνῳ ea deſcribere neceſſe habuiſſent. Porrò, non eſt veriſimile, cùm iidem profiteantur, ſe ex ſolo Origene Philocaliam collegiſſe; quòd recentioris ſcriptoris atq; diſcipuli verba prætulerint verbis Magiſtri, quem uterque, Baſilius & Gregorius, venerabatur maximoperè. Itaq; potiſſima ratio eſt, cur Maximi verba, non Origenis, appoſuerint; quia nullum ætate priorem noverant, è quo Origenes hæc didiciſſe potuerat.*

At, quamvis etiam Viro Cl. concederemus: Maximum *iſtum vixiſſe demum* Conſtantini M. *temporibus: quid facilius erat, quàm illum, dum vexatam quæſtionem* de Malorum origine *vel causâ diſcuteret;* Origenis, *tanquam celeberrimi Doctoris, hac de re jam olim diſputata recitare; ac de ſuo ſubinde inculcare quædam, etiam addere, quæ melioris intellectûs gratiâ videbantur amplius explicanda? Quamobrem tùm* Euſebius, *tùm* Philocaliæ *auctores pleniorem ac planiorem* Maximi *diſſertationem allegârint:* Origene *tamen minimè tacito, ſed tanquam auctore principe commemorato: cujus reverâ eſſe verba*, Dialogiſtica *eorum* forma *demonſtrat; quanquam perſonarum, quæ in hoc dialogo expreſſa ſunt, nulla fiat apud* Maximum *&* Euſebium *mentio. Deniq;, ſi diligentiùs paulò inſpiciantur verba* Maximi *apud* Euſebium, *apparebit; & ab ipſo, & à* Philocaliæ

iæ *scriptoribus*, *formalia* (*ut vocant*) *verba disputationis Origenicæ discriminari*; *quando*, *post illa*, *quæ leges pag. nostrâ* 95. ἀδιμώδιον εἶναι δοξάζειν, ἐξ οὐκ ὄντων γεγονέναι [τι] πρὸς τοῦ θεοῦ. *sequitur*: ἀλλ' ὁ μὲν περὶ τούτου λόγος ὧδε ἐχέτω. *i.e.* Sed hæc quidem de istis disputatio hîc finem habeat: *vel*, *ut* Tarinus *breviter*, Atque hæc de istis sic disputata sunto. *Quæ deinde in* Eusebio *&* Philoc. *prolixè adduntur*, *concedamus sanè* Maximi *esse*; *sed*, *quorum ille succum & sanguinem hauserit ex* Origenis *sequentibus contra* Valentem *&* Droserium *disputatis*: *pag. n.* 95. *ad* 104. *Ergo utercunque* Maximus *fuerit*, *quem descripserunt* Eusebius, Basilius, Gregorius: *nihilo minus* Origenis *illa omnia esse potuerunt*.

Nec alienus ab hac sententiâ videtur V. Cl. quando sic pergit: Veri autem simile est, habitam reverâ fuisse Origeni cum Megethio, Marco, aliisque hæreticis concertationem: at, à Maximo deinde in litteras relatam, & operi suo περὶ ὕλης intextam. Fidem his conciliat, quod narrat Eusebius: ab ætatis suæ Presbyteris, quàm plurima de Origene, scriptis fuisse tradita: *At*, *prior* Maximus *hic auctor esse nequit*: *qui enim post* Origenem *scripsisset*, *qui ante ipsum vixerat*? *De posteriore autem*, *nimis* ἀπροσδιόνυσον *videtur vel suspicari*, *Eum in librum suum* περὶ ὕλης, de materiâ, *tot diversi generis argumenta*, *quot Dialogus noster continet*; *nempe*, *de Scripturæ veritate*, *de Resurrectione*, *de Servatoris Nativitate*, *aliisq. rebus pluribus ac remotioribus*; *congerere voluisse*. *Verba verò Eusebij H.E. l.6. c.33. hæc sunt*: Καὶ ἄλλα μυρία περὶ Ὠριγένους τῆς μνήμης παραδεδώκασι τῶν καθ' ἡμᾶς οἱ Πρεσβύτεροι, ἃ καὶ παρήσειν μοι δοκῶ, οὐ τῆς ἐνεστώσης ἐχόμενα πραγματείας. Et alia innumera de Origene memoriæ tradiderunt nostri Presbyteri, quæ transeunda puto, tanquam ad præsentem tractatum minùs facientia. *Exinde*, *ni fallor*, *in promtu est colligere*: *hæc potiùs*, *de variis rebus ab* Origene *gestis*, *& ad ejus vitæ historiam spectantibus*; *quàm de libris*, *à Presbyteris sub Origenis nomine confictis*, *accipienda esse*. *Interim lubens fateor*, *multa scripta* Origeni *diversis temporibus supposita fuisse*; *neque ullus eorum*, *qui ejus opera hactenus ediderunt*, *omnia pro genuinis haberi voluit*. *Sic v.g.* Commentarii in Jobum *&* Threni Origenis *undique reprobantur*: *&* Photius *Patriarcha*, in Biblioth. cod. 47. p. 16. *observat*, *quòd* τὸν Λαβύρινθον ἐπέγραψαν τινες Ὠριγένους, ἐπεὶ Γαΐου ἐστὶ πόνημα: Labyrinthum, (*libri nomen est*) nonnulli Origeni inscripserint,

rint, quanquam Gaji opus sit. *Beda*, Tom. 2. de lumin. Eccl. p.663. *de Origene locutus addit*: Multi tamen alii ejus pessimi discipuli multa venenosa sub nomine hujus edidisse videntur. *Conf. Theodoretum*, hær. fab. l.2. p. 220.

Consideratu verò dignissima sunt, quæ V. Cl. cum Halloixio *porrò urget*: Dialogi scriptor, Reges quosdam Christi fidem amplexos, & Templa Ethnicorum cum Idolis eversa, commemorat: nihil autem hujusmodi Origenis tempore contigit, sed Constantini: unde Maximi ætatem possis colligere. *Halloixii verba sunt* in Orig. defens. l. 1. c. 9. p. 27: Non ea fuisse tempora admittam, quibus vel Imperatores essent Christiani: vel templa gentilium, ut ibi scriptum est, simul cum Idolis everterentur: quorum prius ætate quidem Origenis accidit: posterius autem, tempore demum Constantini M. uno ferè post Origenem seculo, conspectum est. *Locus, quem indigetant, reperitur in* primâ Dialogi parte p.30: *ubi* Megethio, *persecutiones & passiones Christianorum objicienti, & hinc aliud à Christianorum Deo Numen inferenti, respondet Adamantius*: Ταῦτα μὲν εἰ περὶ τούτων τῶν χρόνων ἐσοφίζου, ὅπως ποτὲ εἶχε λόγον. *& pp.* νῦν δὲ τοῦ βασιλέως ὄντος θεοσεβοῦς, τί φῄς; *& pp.* κρεῖττον γὰρ καὶ τοὐναντίον τῶν βασιλέων ἐκείνων αὐτὸς βασιλεύει· ἃ γὰρ ἐκεῖνοι καθεῖλον, αὐτὸς ἀνῳκοδόμησεν· οὓς ἐκεῖνοι ἐμίσησαν, οὗτος ἠγάπησεν· οὓς ἐκεῖνοι ἐτίμων ναούς τε καὶ εἴδωλα, αὐτὸς καθεῖλε. Siquidem hæcce antegressis temporibus argutando protulisses, aliquam speciem probabilitatis habuissent: Jam verò cùm Rex iste pius sit, quid ais? Melius enim & contrà, quàm illi Reges, hic imperat: quæ enim dissipârunt illi, restaurat iste: quos odio prosecuti sunt illi, amore complectitur iste: quæ illi fana & idola in honore habuerunt, hæc iste subvertit.

Principes Christianos, *sub quorum imperio persecutionum rabies comprimebatur, jam Origenis tempore fuisse, suprà probatum dedi. sed quantùm ad Templorum & Idolorum eversionem, fortè Philippus suum Lararium subvertit: quod Origenes, dum in animo habuit, spem concepit, certò fore ut paganismus corrueret: prout Eusebius de Philippo commemorat*, l. 6. c. 34. hist. Eccl. Τὸ γνήσιον καὶ εὐλαβὲς τῆς περὶ τὸν θεῖον φόβον διαθέσεως ἔργοις ἐπιδεδειγμένον, syncerum ac religiosum affectum timoris Dei, operibus ipsis eum declarâsse. *Et Orosius*, Hist. l. 7. c. 20. *cum Freculfo*, Chron. Tom. 2. l. 3 c. 5. *observat*: Annum urbis Romæ natalem sive millesimum, à Christiano Imperatore celebra-

celebratum: nec dubium esse, quin Philippus hujus tantæ devotionis gratiam & honorem ad Christum & Ecclesiam retulerit; quando, vel ascensum fuisse in Capitolium, vel immolatas hostias ex more, nullus auctor ostendit. *Sic Cedrenus*, hist. comp. p. 211. Φίλιππος ὑπῆρχε τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως σπουδαστής, συνέσει καὶ ἐπιεικείᾳ κεκοσμημένος. Philippus studiosus erat religionis Christianæ, intelligentiâ & æquitate ornatus. *Ingenuè tamen fateor, me dubitare, an loco allato hæc satisfaciant: nec aliam evadendi viam cerno, quàm si dicamus; verba illa postrema;* (ἃ γὰρ ἐκεῖνοι καθεῖλον, κλ.) *ab interpolatore textui fuisse illata. quod vel hactenus fidentius regerimus, quia & ipsi Cl. Huëtio* in Orig. dissert. p. 233. Origenis scripta, quotquot supersunt, violata esse, sit verisimile.

Fateor etiam, in Codice MS. Celeberrimæ Universitatis Oxoniensis eadem verba reperiri. Veruntamen cùm is æquè ac noster non aliam præ se ferat vetustatem (uti pro suâ humanitate me docuit Clariss. & lingg. Orient. peritissimus, Thomas Hyde, *ProtoBibliothecarius Bodlejanus) nondum herbam porrigimus: sed, Utrum in vetustioribus exemplaribus eadem habeantur, sedulò nobis inquirendum erit.*

Tandem, Quòd Constantini M. tempora *hîc indigetentur; non quadrat Eccl. historiæ: nec apparet, quomodo* Adamantii *responsio ad rem facere possit. Frustrà enim persecutionum cessationem, & clementiam illam Imperatoris, his Marcionistis prædicâsset; quos* Constantinum M. *severè persecutum esse, constat ex Cassiodori* histor. tripartitâ, l. 3 c. 11. p. 46. *ubi inquit:* Arii verò dogma licet apud multos Disputationibus extolleretur; nondum tamen in proprium discernebatur populum, aut in nomine constabat auctoris; sed omnes simul in Ecclesiâ conveniebant atque communicabant, præter Novatianos, & qui vocantur Phryges, & Valentinianos & MARCIONISTAS, & Paulianistas, & qui alias hæreses colebant. Contra quos omnes Imperator impositâ Lege sancivit, auferri eorum Oratoria & Ecclesiis applicari; & neque in domibus privatorum eos congregationes, nec publicè celebrare; propter quam legem, arbitror, hæresium memoriam fuisse destructam. *pp.* Post hanc legem, neque publicè in Ecclesiis poterant convenire, neque latenter, dum Episcopi Civitatum & Clerici observantes talia prohiberent. Hinc ergo plurimi metuentes ad Ecclesiam se Catholicam contulerunt: alii verò manserunt in suâ sententiâ, non tamen

 succes-

successores hæresis reliquerunt. *Idem refert Sozomenus*, l. 2. hist. Eccl. c. 30. *& Euseb.* de vitâ Constant. l. 3. c. 62. & 63. *Unde potiùs ignari alicujus scioli temeritate hunc paragraphum infersum fuisse, credibilius est; quàm ut* Basilio *&* Gregorio, *antiquitatis hujus Dialogi sinceris testibus, obloquamur.*

Pergit Cl. Huëtius: Fefellit fortassè Basilium & Gregorium Dialogi titulus, nomen Adamantii præferens, quòd in eo primas partes tractet Origenes: quemadmodùm *Lælii* & *Catonis* nomina præferunt Dialogi *de Amicitiâ*, & *de Senectute*; non quòd à Catone vel Lælio scripti sint, sed quòd primæ ipsis partes tribuantur.

Ingeniosè, fateor, ac eruditè: quibus meritò acquiesceremus, nisi tot Codices MSS. obstarent, atque diserta celeberrimorum Philocaliæ Auctorum *verba*, Maximi *scriptum ab* Origenis Dialogo *manifestè discernentium, aliud suaderent. Noverant illi, quid apud* Eusebium *de* Maximo *invenerint: quid item esset* Dialogus Origenis contra Marcionistas, *id est, famigeratus ille* Dialogus, *cujus esset: nimirum quòd* Origenem *auctorem verè haberet: in quo illud* De malorum ortu *argumentum solidè tractatum esset, &c. Sunt equidem* Dialogi, *nomen primarii Interlocutoris præferentes: qualis etiam in nostro MS. habetur*, Ζαχαρίου σχολαστικοῦ ὁ διάλογος Ἀμμώνιος, *in honorem celebris illius Philosophi Christiani* Ammonii (*de quo Eus.* H. Eccl. l. 6. c. 19. *& Hieron.* in Catal. p. 286.) *sic inscriptus: sed in iisdem Codicibus, quibus* Dialogus, *de quo controvertitur, descriptus extat; non* Ἀδαμάντιος *vel* Ὠριγένης, *verùm expressè* Διάλεξις Ἀδαμαντίου, τοῦ καὶ Ὠριγένους, περὶ τῆς εἰς Θεὸν ὀρθῆς πίστεως, Dialogus Adamantii, qui & Origenes, de rectâ in Deum fide *inscribitur. Denique, etiamsi jam liberalissimè concederetur*: Maximum *circa Constantini M. tempora* hunc adornâsse Dialogum: *attamen cùm vicissim V. Cl. concedat*, Habitam reverâ fuisse Origeni cum Megethio, Marco, aliisque hæreticis concertationem: *oportet sanè*, Maximum *vel* αὐτόγραφον *habuisse, vel* ἀπόγραφον, *ut gesta ejus exhiberet. Ac patet ex* epist. Orig. ad Alexandrinos, *Origenem solitum esse talia vel excipere, vel saltem curare, ut exciperentur; quò, datâ occasione, vel postulante necessitate, illa sincerè proferre posset. Ubi autem horum cum Marcionitis Actorum exemplar, quæso, reperiemus; nisi in præsenti* Dialogo?

Tandem sic V. Cl. rationes suas claudit: Mirandum non est, interloquentium Personarum nomina, neque in Eusebio, neque

Philo-

Philocaliâ comparere. Nam cùm rubricâ, alio've colore, hujusmodi nomina & lemmata ſolerent diſtingui; à librariis ſæpenumero diſtinctio hæc omittebatur, vel per incuriam, vel potiùs, quòd eam in commodius rejicientes tempus, penitùs tandem obliti, quippe homines, prætermitterent. *Videtur autem, cùm nec in* Euſebio, *nec in* Philocaliâ *ullius perſonæ nomen ſit expreſſum*; Maximum *librum ſuum ità compoſuiſſe, ut tacitè ſibi opponeret & reſponderet: ac ſimul Interrogantis & Reſpondentis munere defungeretur. At* Origenis Dialogus, Eutropii Judicis & Megethii *opponentis, nomina palàm exprimit: & ex illo*, Philocaliæ auctores *eadem referunt. ut planè ad oculos pateat*, Dialogum *iſtum ſic fuiſſe ſcriptum, prout à* Pico, Perionio & Humfredo *è Codd. MSS. editus eſt: niſi fortè V. Cl. alios viderit libros, in quibus omiſſa illa compareant Nomina. Hoc verò ſi quando in Codicibus accidit, ſpatia & lacunæ iis conſignandis relictæ oſtendunt, illa deſiderari. Ergo ut verbo rem complectar, notandum: Omnes in iſto conſentire*, Origenem *cum* Megethio & *ſeclis diſputâſſe: utrum autem ipſe calamo eam diſceptationem conſignârit? an ab alio, vel ipſo adhuc ſuperſtite, vel demum poſt ejus obitum* (*cùm* Baſilius & Gregorius *ſeculo quarto circiter An. Ch.* 370, Origenes *autem tertiò, usque ad annum* 254. *vixerit: at* Conſtantinus M. *tempore intermedio, circa annum* 320. *floruerit*) *conſcripta ſit? penes Lectores eruditiores judicium eſto. Nos, quod habemus non contemnendæ antiquitatis opuſculum, fideliter exhibemus: de iis, quæ cognita non habemus, nil temerè venditantes.*

II. *Minor de duobus reliquis Opuſculis eſt controverſia, quorum utrumque apud antiquos decantari paſſim videmus. Euſebius non tantùm* Orationis Origenis de martyrio *ſcripta meminit: ſed & occaſionem, quæ eum ad ſcribendum permoverit, & quid illa utilitatis tulerit, ſatis explicat*, l. 6. H. E. c. 28. Τὸν γε μὴν Ῥωμαίων αὐτοκράτορα Ἀλέξανδρον τρισὶν ἔτεσιν ἐπὶ δέκα τὴν ἀρχὴν διανύσαντα Μαξιμῖνος Καῖσαρ διαδέχεται· ὃς δὴ κατὰ κότον τὸν πρὸς τὸν Ἀλεξάνδρου οἶκον, ἐκ πλειόνων πιστῶν συνεστῶτα, διωγμὸν ἐγείρας τοὺς τῶν Ἐκκλησιῶν ἄρχοντας μόνους, ὡς αἰτίους τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον διδασκαλίας, ἀναιρεῖσθαι προστάττει· τότε καὶ Ὠριγένης τὸν περὶ Μαρτυρίου συντάττει, Ἀμβροσίῳ καὶ Πρωτοκλήτῳ Πρεσβυτέρῳ τῆς ἐν Καισαρείᾳ παροικίας ἀναθεὶς τὸ σύγγραμμα· ὅτι δὴ ἄμφω περίστασις οὐχ ἡ τυχοῦσα ἐν τῷ διωγμῷ κατειλήφει, ἐν ᾗ διαπρέψαι κατέχει λόγος ἐν ὁμολογίᾳ τοὺς ἄνδρας. Imperatori Alexandro, cùm annos tredecim in Imperio adimplêſſet, Maximinus Cæſar

Cæſar ſucceſſit: qui irâ adversùs familiam Alexandri, complures fideles habentem, incenſus, perſecutionem movit; & Præſides duntaxat Eccleſiarum, tanquam Evangelicæ doctrinæ auctores, occidi præcepit. Tum temporis & Origenes *Sermonem de Martyrio* ſcripſit, & Ambroſio ac Protocteto Cęſarienſis Parœcię Presbytero, nuncupavit; eò quòd utroſque haud vulgaris afflictio in eâ perſecutione comprehendiſſet; in quâ etiam Viri iſti confitendo perduràſſe feruntur. *Ruffinus verba poſteriora ſic* παραφράζει: Tunc Origenes *Librum de Martyrio* ad Ambroſium ſcribit: qui cùm ad plurimos perveniſſet, tanquam nervis quibuſdam validiſsimis ſtabiliti, ſponte ſe ad confeſſionem Chriſti nominis offerebant. *Augendæ magis Origenis famæ, quàm verſionis ἀκριβείᾳ, pro more, litâſſe videtur. Pamphilus* in Apolog. T. 1. oper. Orig. p. 774: *ejuſdem mentionem feciſſe creditur, dum ſcribit:* Denique in tàm multis & tàm diverſis ejus libris nuſquam invenitur unus ab eo liber propriè de Animâ conſcriptus, ſicut habet vel *de Martyrio*, vel de Oratione, vel de Reſurrectione. *Hieronymus*, de Script. Eccleſ. in Ambroſio: Ambroſius, *inquit*, primùm Marcionites, deinde ab Origene correctus, Eccleſiæ Diaconus & Confeſsionis Dominicæ gloriâ inſignis fuit: cui pro Theoctiſto Presbytero liber Origenis *de Martyrio* ſcribitur. *Ubi* Theoctiſtum *Cæſarienſem Epiſcopum cum* Protocteto *Presbytero confundit. Itaque rectè obſervat Halloixius* in Notis ad Orig. def. p. 23. *legendum eſſe:* cui & Protocteto: *aut, ſi* Freculfum *præferre lubeat*, Cui cum Protocteto, *legemus. Interim ex* Sophronio, *qui eundem errorem in Græcâ verſione commiſit, apparet exemplarium corruptelam hanc eſſe antiquiſſimam. Nicephorus Calliſtus*, l. 5. hiſt. Eccl. c. 19. *de noſtro libello ſic loquitur:* Ἐν τούτῳ τῷ ἐπὶ καιρῷ, τὸν προτρεπτικὸν εἰς Μαρτύριον γενναῖον λόγον συντάττει· Ἀμβροσίῳ καὶ Πρωτοκλήτῳ τῆς ἐν Καισαρείᾳ παροικίας τὸ σύγγραμμα προσφωνῶν· εἰστήκει γὰρ ἐκείνοις οὐ μετρία τις ἀγωνία τῇ τοῦ διωγμοῦ ἐκείνου σφοδρότητι· ἐν ᾧ καὶ ἄμφω λόγον ἔχειν, τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ ἆθλον λαμπρῶς ἀγωνίσασθαι. *Quæ ſic transfert Langus:* Eo tempore præclaram Orationem, quâ ad Martyrium cohortatur, compoſuit: eamque Ambroſio & Protocteto Cæſarienſibus Presbyteris inſcripſit: magna enim eos ſollicitudo & anxietas, propter perſecutionis ejus vehementiam, inceſſerat. In quâ Oratione ambo illi rationes explicatas habuerunt, ut fortiter in Martyrii ſtadio certamen pro Chriſto ſuſtinerent atque perſeve-

perferrent. *Corrige hic:* Protocteto Cæſarienſi Presbytero. Am-
brosius *enim tantùm Diaconi munere fungebatur: uti modò ex Hie-*
ronymo audivimus. Quàm utile verò hoc ſcriptum fuerit, idem ſic
tradit l.5. Hiſt.Eccl. Ἐπὶ Παλαιστίνης οὐ μείους οἱ ἆθλοι καὶ τὰ παλαίσματα,
ἐν οἷς πλεῖστοι τοῖς προτρεπτικοῖς τοῦ Ὠριγένους λόγοις ἀνδρικῶς τὸν ἀγῶνα διέφερον.
In Palæſtinâ non minora fuére certamina & luctæ: plurimi enim
Martyres Exhortatoriis Origenis orationibus *incitati*, viriliter ago-
nes pertulérunt: *in Decianâ ſcil. perſecutione. Freculfus*, Chron.
to.2.l.3.c.7.p.511. *hæc habet:* Ambroſius primùm Marcioneus,
deinde ab Adamantio correctus, Eccleſiæ Diaconus & Confeſſio-
nis Dominicæ gloriâ inſignis fuit, cui cum Protheoriſto (*lege* Pro-
tocteto) Presbytero liber ab Adamantio *de Martyrio* ſcribitur.
Hieronymi potiùs, quàm propriis uſus verbis. Pariter Otto Friſingen-
ſ, l.3. Chron. c.32. p.64. His, *inquit*, diebus (*ſcil. imperante* Maxi-
mino) fervente tribulatione perſecutionis, Origenes neceſſarium
& egregium *de Martyrio* librum conſcripſit. *Et procul dubio hic*
libellus eſt, quem Trithemius, l.de Scr.Eccl. p.196. *inter Opera Orige-*
nis refert, ac ſe Latinum vidiſſe fatetur, ſcilicet de Martyribus lib. 1.
Denique Clariſſ. Huëtius *affirmat: ſe hunc ipſum ex Baſilienſi Biblio-*
thecâ, mediante Illuſtriſſ. Dn. de la Barde, *accepiſſe: atque* aureum
libellum *nominat, de genuinâ ejus auctoritate nil quicquam dubi-*
tans, lib.1. Origenianor. c.3. p.17.

III. *Quare pergo ad tertium σύνταγμα*, EPISTOLAM, *ſcilicet*
AFRICANI ad Origenem, *& ad eam* ORIGENIS RESPONSUM:
quibus vindicandis minùs nobis laborandum; utpote jam olim in
monumentis veterum celebratis. Primum produco Euſebium, l.6. c.31.
Hiſt. Eccl. Ἐπιστολὴ τούτου (τοῦ Ἀφρικανοῦ) Ὠριγένει γραφεῖσα φέρεται, ἀπο-
ρῶν, ὡς ἂν νόθου καὶ πεπλασμένης οὔσης τῆς ἐν τῷ Δανιὴλ κατὰ Σωσάνναν
ἱστορίας· πρὸς ἣν ὁ Ὠριγένης ἀντιγράφει πληρέστατα. Extat hujus *Africani*
Epiſtola ad Origenem ſcripta, quòd dubitaret, An hiſtoria Suſannæ
in Daniele germana eſſet, & non ficta? Cui Origenes pleniſſimè
reſpondit. *Aut ſi Ruffini verſionem audire malimus, hoc dixerit*
Euſebius: Per idem tempus erat etiam Africanus, Vir in ſcriptu-
ris Eccleſiaſticis nobilis. Hujus epiſtola fertur ad Origenem ſcri-
pta, objicientis ei vel proponentis, quòd hiſtoria Suſannæ, quæ
in Daniele ſcripta eſt, ficta videatur & aliena à Scripturâ prophe-
tica. Cui Origenes magnificentiſſimè reſcribens, aſſerit: nequa-

d quam

quam Judæorum commentis & fraudibus auscultandum; sed hoc solùm pro vero habendum in Scripturis divinis, quod LXX. Interpretes transtulissent: nam id esse solum, quod auctoritate Apostolicâ confirmatum sit. *Mira interpretatio! quâ* Hieronymum *non obliquè perstringit. Cùm enim versio librorum Origenis περὶ ἀρχῶν primum Ruffini opus sit, & exinde lites inter utrumque gravissimæ fuissent exortæ; ubicunque potuit, eum admomordit: hîc etiam; quia* Hieronymus Præf. in Danielem *ex Judæi personâ loquens (utì videri vult)* Susannæ historiam, *commentum seu* fabulam *expressè vocârat; insuper in emendatione Codicum S. Scripturæ Latinorum, non Versionem LXX. Interpp. (quam & ipsam emendatione opus habere censebat) sed veritatem Hebræam, secutus fuerat. Id verò quàm grave ac intolerabile* Ruffino *visum sit, ex invectivâ in* Hieronymum *editâ satis constat. Commodiori autem ista loco discutienda servabimus. In Viam nunc redeo, Eusebio addens* Hieronymum, de Script. Eccles. in Jul. Afric. *ubi hæc ille:* Julii Africani est *Epistola ad Origenem* super quæstione Susannæ, eò quòd dicat; in Hebræo hanc fabulam non haberi, nec convenire cum Hebraicâ etymologiâ, ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι. Contra quem doctam *Epistolam* scribit *Origenes.*

His consentit Photius in Biblioth. Cod. 34. p. 9: Οὗτος (Ἀφρικανὸς) καὶ πρὸς Ὠριγένην γράφει περὶ τοῦ κατὰ Σωσάνναν διηγήματος, ὡς οὐκ ὂν αὐτὸ ἐν τοῖς ἑβραϊκοῖς ἀνεγνωσμένον, καὶ ὡς οὐκ ἀκόλουθον τῇ ἑβραϊκῇ ἐτυμολογίᾳ, οὔτε τὸ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, οὔτε τὸ ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, ἃ καὶ ἐπιλαβόμενος Ὠριγένης ἀντέγραψεν. Hic Africanus quoque ad Origenem scribit de Narratione Susannæ, quòd neque in hebræo legatur; nec consentaneum sit hebrææ etymologiæ, derivari ab ilice *findere*, vel à lentisco *scindere*: quæ Origenes vindicavit responso.

Suidas *in voce* Ἀφρικανός: Κατὰ τούτου (Ἀφρικανοῦ) ἔγραψεν Ὠριγένης, ἔνστασιν ποιησάμενος περὶ τοῦ τῆς Σωσάννης βιβλίου, τοῦ εἰς τὸν Δανιήλ. Contra hunc Africanum scripsit Origenes, depellens, quæ de libro Susannæ apud Danielem scripserat. *Idem in voce* Σωσάννα. Σωσάννα, ὅτι κατὰ τοῦ Ἀφρικανοῦ σέξτου ἔγραψεν Ὠριγένης ἔνστασιν ποιησάμενος περὶ τοῦ τῆς Σωσάννης βιβλίου, τοῦ εἰς τὸν Δανιήλ. Contra Sextum Africanum scripsit Origenes, eique refragatus est de Susannæ libro apud Danielem. *Benè quidem, nisi quòd* Julium Africanum *cum* Africano Sexto *confundat: utì V. Illustriss.* Jos. Scaliger *nos monet* in ani-

ı animadv. Euſeb. ad An. MMCCXXXVII. *Freculfus* in Chron. o. 2. l. 3. c. 8. p. 514: Hujus, *ſcil. Africani*, eſt epiſtola ad Adamanum ſuper quæſtione Suſannæ: eò quòd dicat, eam in hebraico bulam haberi, nec convenire cum hebraico: contra quam, epiolam doctam ſcripſit Adamantius, *&c. Errare Freculfus à mente fricani & Origenis videtur, dum ſcribit*: Suſannæ fabulam in Heæo haberi: *contrarium aſſerente Africano cum omni antiquitate. d fefellerunt eum, opinor, vetuſta exemplaria Hieronymiani Cataȝi: in quibus ipſe quoque ſagaciſſimus* Eraſmus *ſcriptum reperit*, on convenire cum Hebraicâ veritate, *pro* Etymologiâ: *unde proım erat colligere, Hebræa haberi. Vide ſis Eraſmi* Notas in Catal. ieron. *Nicephorus Calliſtus*, Hiſt. Eccl. l. 5. c. 21: οὗτος δ᾽ (ὁ Ἀφρι-νὸς) ἐπιστολὴν σχεδιάσας ἔπεμπεν Ὠριγένει τὴν κατὰ Σωσάνναν παρὰ ι Δανιὴλ ἱστορίαν, ὡς ἂν νόθον τῆς γραφῆς ἀποστόμενος σύγγραμμα· πρὸς Ὠριγένης ἀντιγράφων, δείκνυσι μὴ νόθον εἶναι, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον γνήσιον γραφῇ καὶ πληρεστάτην πραγματευόμενον λυσιτέλειαν. Dedit Africaıs quoque ad Origenem epiſtolam; in quâ hiſtoriam Suſannæ, luti adulterinum ſcriptum, ex Daniele rejicit. Ad quem reſcrins Origenes; eam non illegitimã, ſed germanam potiùs eſſe ſcriıram, quæ ſcilicet plurimùm afferat utilitatis, oſtendit. *Gobelinus rſona* in Coſmodromio æt. *6.* c. 10. p. 145: Gordianus, *inquit*, ıperavit annis ſex. Hoc tempore Africanus Hiſtoricus fuit, qui ipſit ad Origenem unam epiſtolam de hiſtoriâ Suſannæ. *Agmen udat Abbas Trithemius, qui libro* de Script. Eccleſ. p. 198. *Eam inopera* Julii Africani *refert*: Ad Origenem de Suſannâ lib. 1.

Ex hodiernis Scriptoribus, qui de hac epiſtolâ Origenis dubitârint, us occurrit Gerhardus, To. 1. LL. CC. loc. 1. p. 82: *ubi non quidem rſus negat; Origenem ad Julium Africanum hac de re ſcripſiſſe: tan*, quid ſcripſerit (*ait Gerhardus*) ignotum eſt; ſiquidem libellus, i nuper demum An. 1551. hac de re prodiit, nondum nactus eſt ıem ſatis luculentam. *Quia verò ſuas dubitandi rationes omiſit; ılè ex adductis Veterum teſtimoniis, quid ſtatuendum ſit, æquus ctor abſque longiore deliberatione judicabit.*

Dehinc res ipſa quodammodo poſtulat, ut aliquam περιοχὴν, ſeu vem horum opuſculorum complexum per ſuas Partes ſubnectam.

I. DIALOGUS *à Cl.* Pico, *unâ ferè ſerie exhibetur ſub titulo*, De tâ in Deum fide: *ultima ſolùm Sectio noſtra, ipſi legitur inſcripta*,

d 2 De

De resurrectione. *sed ab* Humfredo *in* tres Dialogos *est divisus, auctoritate partim MS. Codicis, partim argumenti ratione. Codex quidem noster, & Oxoniensis (benevolè id monente in suis ad me literis Doctissimo Bibliothecæ Bodlejanæ Præfecto*, Thomâ Hyde) Quinque Sectiones *facit: quas* Trithemius *sup. pag.* 14. Libros Quinque *vocavit. Hujus Quinque-partitæ Sectionis nulla, opinor, ratio dari potest. Sunt enim reverà (ut benè observavit* Picus) *Duæ Disputationes præcipuæ: altera*, Marcionitarum, Megethii *&* Marci, *primâ & secundâ Sectione: altera* Valentinianorum *variorum, Tribus sequentibus Sectionibus; sic tamen, ut* Megethius *Sectione tertiâ, & juxta illum* Marcus, *Sectione ultimâ, interloquerentur; ac per hoc*, Marcionitæ *à* Valentinianâ *hæresi se non alienos, sed ejus fautores demonstrarent: utì opinionum collatio manifestè docet. Hinc, quia* Marcionitæ *primas & ultimas partes in hoc libro Dialogistico tenuêre; crediderim*, Contra Marcionitas *inscriptum fuisse.*

Duas autem Disputationes illas demonstrant duæ Sententiæ definitivæ *Judicis* Eutropii, *fine Sectionis secundæ & Quintæ pronunciatæ. Quanquam duæ præterea ejusdem Sententiæ particulares, de totidem Controversiis Valentinianis, Sectione IV. mediâ fere, ac hujusdem fine, legantur. Tres enim* Definitiones *sibi sumpserant* Valentiniani *probandas: Sectionis III. principio: quæ singulæ Judicis arbitrio abrumpuntur. Cæterùm,*

Prima Sectio *nostra consentit cum Primo* Humfredi *Dialogo: quo, sub* Eutropio *Judice*, Adamantius *veritatem defendit*, Megethius *Marcionista impugnat: Illo, Deum unum, Conditorem & Servatorem, asserente: isto*, Tria *esse* Principia, *scil.* Bonum, *Medium seu* Conditorem, *&* Malum, *sed infeliciter affirmante: Quippe cui* Adamantius, *non solùm hypothesin firmis subvertit solutionibus, sed &* veritatem Evangelii, fidem Quatuor Evangelistarum, *&* consensum Legis ac Evangelii, *contra Adversarium demonstrando, primam Catholicæ Ecclesiæ victoriam reportat.*

Secunda *Sectio (quæ* Humfredo *est Dialogus Secundus)* Marcum *itidem è grege Marcionis*, Megethio *succurrentem introducit: cui*, Duo Principia, *nempe* Bonum *&* Malum *statuenti, Rationibus & Scripturis SS.* Adamantius *ità occurrit, ut* Megethius *subinde commotus fuerit, suam urgere opinionem: quâ denuò profligatâ* Marcus *redit; sed rursus ab Origene retusus abit, ut tandem ab* Eutropio *condemnati sint ambo.*

Tria

Tertia *Sectio* Marinum *Bardesianistam producit*, *Valentinia-dogmatis professum defensorem:* Tria *is* Capita *proponebat:* I. De ali origine: II. De Incarnatione Filii Dei. III. De Resurre-one Carnis. *Horum* primum, *istâ Sectione persequitur: contendens,* abolum non esse à Deo creatum, *& Orthodoxis impingens,* *isti* Deum malorum auctorem *statuerent: quâ calumniâ refutatâ,* *rè demonstrat* Adamantius, *Diabolum* *αὐτοφυῆ* *non esse; sed, Unum* *Deum, Auctorem Lucis & Tenebrarum: qui creaturas rationales* *ἐλευθέρας*, *h.e. libero praeditas arbitrio, creârit; Unde mali origo extiterit.*

Quartâ Droserius *itidem Valentinianus surgit: ac* Materiam ma-um originem, *&* Deo coæternam *esse, nugatur. Id quod longè* *veritate abesse*, Origenes *probat; iisdem argumentis, quibus etiam* ximus *usus est in libro* *περὶ ὕλης*. *Mox* Droserium *interpellat* lens, *qui* Mala è Qualitatibus materiæ *deducere satagit: sed cùm* *vi ab* Origene *repelleretur*, Droserius *repetit stationem*; *nil ta-n effecit aliud, quàm quòd* Adamantio *dederit occasionem, suam* peccatorum origine, *ac* libero hominis arbitrio, *sententiam* *ius explanandi:* Eutropio *verò*, *utriusque absurditatem redar-ndi. Quò factô*, Marinus, *Judicis monitu*, *ad II. Controversiam* *rexit: &*, Christum carnem cœlitùs attulisse, *non humanam assum-Naturam, propugnare conatur. Veritas tamen ab* Origene *tàm præ-è vindicata est è Scripturis, ut* Eutropii *assensum iterum meruerit.*

Quintâ *denique Sectione*, Marinus, *jussu* Eutropii, *III. Quæstio-n aggreditur: &* Non carnem *nostram*, *sed* spiritalia corpora, solam animam, *olim* resurrecturam *contendit*; *partim physicis,* *tim sacris usus argumentis:* Megethio *eum pariter adjuvante.* *ùm fortiter ac solidè adeò ab* Adamantio *repulsi sunt*, *ut tandem* Eutropius *catui Christianorum aggregari desideraret*, *& eum in* *m egregiam* fidei suæ Confessionem *ederet.*

Ex his omnibus, *Veterum disputandi ratio*, Origenis *ingenium,* *rtia & dexteritas, Hæreticorum protervia & stupiditas, atque Ca-licæ Ecclesiæ Orthodoxa sententia, de solo Deo creatore, omnis boni-s fonte, malorumq; justo Vindice; de veritate humanæ Christi natu-& de corporum nostrorum resurrectione; Lectori ex hoc Dialogorum* *agmate manifesta fiet. Quorum fidei Christianæ capitum, quantum* *momentum, quantus etiam nostris temporibus usus, cordatus Lector* *lè animadvertet, citra nostra monita.*

Et quamvis idem argumentum Irenæus, Tertullianus, Epiphanius, Theodoretus, *aliiq; fusè tractarint: dispari tamen ratione has hæreses aggressi sunt, in eo ferè occupati, ut illarum falsitatem ex corruptis earundem principiis ostenderent: Hîc autem cùm Hæretici Orthodoxos ex ipsis Scripturis sacris refellere conentur, sic redarguuntur, ut Veritas à fraudibus illorum vindicetur*, Adamantio *Defendentis plerumque, interdum & Opponentis munere defungente. Itaque si Dialogus iste addatur illorum Operibus; quæ pravè, quæ've rectè sentientium fuerint arma, plenissimè cognoscemus.*

II. ORIGENIS EXHORTATIO AD MARTYRIUM, Ambrosio & Protocteto *consecrata, veluti cento est perpetuus è S. Scripturæ locis consutus: varia continens argumenta, quibus in Christi Confessione adversùs dirissimam persecutionum tempestatem munirentur. Ordo, quô ea disposuit, est tectior, aut fortè turbatior, propter amplificationes subinde inculcatas, à contrariis petitas: qualis tamen observari à me potuit, ferè talis est.* Primum *desumtum est* ab utili, *ubi passionis præmia describit:* deinde *proponit* necessitatem *Confessionis ad salutem; rationem esse dandam Deo Zelotæ.* Tertio, *urget* honestum: *quia sint Sponsa Christi, ad cujus exemplum seipsos abnegare teneantur: tùm & Animæ, partis nobilioris, habendam esse rationem.* Jucundum *subdit: Martyres Dei faciem visuros, & accepturos centupla. Ubi quæstionem miscet:* Utrum Martyres divites præ pauperibus majorem sint reportaturi gloriam? *Imò, pergit, omnes creaturas exhilarari. Quæ variis exemplis sacris, inprimis* septem fratrum Maccabæorum *illustrat, ipsius etiam Christi: cujus Passiones, Promissiones, Prædictiones & Comminationes commemorat. Inde Abnegationis noxas ac turpitudinem repræsentat, quòd in honorem Diaboli & Dæmonum, sub Deorum nominibus latentium illa fiat. Tandem exhortatur, ut* ædes super Petram *ædificent, & semen ad instar boni agri excipiant: Persecutores non inultum laturos, at Martyriô affectos exaltatum iri. Denique finit Orationem, Viros sanctos rogitando, ut à se dicta æquô animô excipiant.*

III. EPISTOLA AFRICANI *brevis quidem est, sed ipsô quoque Origene id agnoscente, rationibus gravissimis turgida; quibus fides* Historiæ de Susannâ *labefactatur, ac velut figmentum & scriptum spurium rejicitur: hoc ferè ordine:* 1. *Quia verus* Daniel *Visionibus Propheticis sua edoctus fuerit: hic verò, ex* impulsu Spiritûs *judi-*

licium f[illegible]rit. 2. *Quia lusu verborum, Mimico more, Seniores* [illegible]*vincat.* 3. *Quia lusus ille verborum græcorum, σχῖνε ad σχίσαι, &* [illegible] *ad πρίσαι, Scriptorem Græcum manifestè prodat.* 4. *Quia Captivi de Capitalibus non judicent, nec reos capite plectant.* 5. *Neque* [illegible]*dem Palatia & horti spaciosi sint.* 6. *Hebræis etiam historia illa in* [illegible]*bris sacris non sit consignata:* 7. *Nec Propheta alterius Prophetæ* [illegible]*rbis (sicut iste* Daniel) *utatur. Denique* 8. *quòd stylus multùm à* [illegible]*ri* Danielis *differat.*

Quæ rationum momenta ORIGENES RESPONSORIA *suâ* [illegible]PISTOLA *fusiùs diluere conatur, non tamen eodem servato ordine.* [illegible]xtæ *primò respondet, Exemplaria Græca Ecclesiarum opponens; in* [illegible]*ibus, multis locis, plura quàm in Hebræo contextu reperiantur: ea* [illegible]*hilominùs retineri, quòd in Ecclesiis usu longo invaluerint: ac, si* [illegible]*id hîc peccatum esset, Deum (quod absit) Ecclesiæ malè providisse.* [illegible]*dæos multa suppressisse scripta, quibus Procerum sive Seniorum ma*[illegible]*facta describerentur: unde nil in Scripturis de occisione Propheta*[illegible]*m,* Esajæ, Zachariæ, *&c. His generalibus præmissis,* Primam *solvit* [illegible]*jectionem, dicendo: Deum multipliciter olim locutum esse Prophetis:* [illegible]*g. cum* Jacobo *Patriarchâ. Ad* 2. *respondet: Indecentem esse* [illegible]*mparationem: itaque* Danielem *cum Rege* Salomone, *litem mere*[illegible]*icum dijudicante, confert. Ad* 3. *regerit: πρῖνον & σχῖνον apud* [illegible]*ebræos esse ἀνονόμαστα,* innominata: *hinc verisimile fieri, Interpretes* [illegible]*pensatione usos in versione: similes allusiones etiam in Hebræo haberi.* [illegible] *&* 5. *refellit exemplis divitum & honoratorum captivorum* To[illegible]iæ, Achiachari, Neemiæ: *nec apertè indicari, ait, utrum splendidæ an* [illegible]*ediocres fuerint ædes & hortus? Tum etiam, ex indultu Regum &* [illegible]*nperatorum, non raro Judæos subjuges habuisse Jus condemnandi* [illegible]*eos ad mortem.* 7. *opponit loca parallela: Esaj. II. & Micheæ IV. &c.* [illegible] *Simpliciter contradicit; sibi aliter videri. Denique hanc Episto*[illegible]*am salutationibus amicis claudit.*

In hac epistolicâ Disceptatione observandum: Origenem plus in[illegible]*enii ostendere, quàm Veritatis demonstrare: ut ex eo perspicuè apparet,* [illegible]*uod præcipuas aliquas rationes* Africani *extremo digito non attin*[illegible]*at; nedum refutet. V. gr. Longè latèq; probat, Multa extare in Græ*[illegible]*is sacris Libris, quæ non sint in Hebræis: & rursùm, multa hebræa de*[illegible]*iderari in Græcis. Quorum neutrum in quæstione versabatur. Sic* [illegible]*robabile reddit: Captivos aliquando Jus dicere: sed, An sententiam*

capitis

capitis in Conjugem Regis *sui ferre & exequi possent* *alto silentio premit. Plura in* Notis *attigi, si ea lustrare placeat.*

His absolutis nunc tandem, Quid à me præstitum sit, *paucis L. B. accipe.* Textum Græcum, *prout reperi, integrum exhibeo, mendis ne quidem crassissimis sublatis. Hinc illa* verba in margine *posita, quæ aut conjecturæ sunt, præsignatâ literâ* f. *aut emendationes, lit.* l. *notatæ: aut lectiones variantes; atque hæ, in dictis quidem Scripturæ, è Codicibus impressis* Aldi & Stephani; *cæteræ verò, vel ex orâ MS. nostri, cui nonnullæ sunt adscriptæ; vel è* Philocaliâ, *vel è Pico* in Dial. cont. Marcion. *vel ex* Dav. Hœschelii *atq.* Patricii Junii *editionibus in* Epistolis Africani & Origenis, *sunt collectæ.* Distinctiones *cùm in* Dialogo *atq.* Epistolis *MSS. vel omissæ, vel perperàm essent notatæ, apposui necessarias: in* Exhortatione ad Martyrium *verò, Codicem MS. prout habebat, expressum dedimus. Sicubi* Pici *Senatoris exemplar deficere, aut aliter exaratum fuisse visum est; partim in margine, partim in Notis, id monendum duxi.* Loca Scripturæ, *(quam memoriâ tenuisse fertur Origenes) diligenter margini apposita sunt.* Versio *Dialogorum* Humfredi, *ubi liberior erat, aut justo fusior, ad Græcum restricta est: Duo reliqua opuscula equidem non elegantiâ pari, sed fide non minori, Latinè vertere conatus sum strictissimè. In ipso textu etsi pleraque plana erant, aliquas tamen* Notas *adjeci ad calcem libri; partim, ut lucem inferrem obscurioribus; partim, quia ad evitandos nonnullos errores, sub antiquitatis larvâ grassantes, Lectorem commonefacere, si non necessarium, saltem non abs re videbatur. Tandem denique, Quid, quibus vel Præceptoribus, vel Monitoribus acceptum debeam, gratâ mente passim & candidè professus sum: turpe ratus, dissimulare, per quos profeceris. Verùm plus satis est morarum. Candidum Lectorem nunc ad ipsum dimitto* Origenem; *rogans erratorum (quorum indiculum in extremâ Origenis paginâ dedimus: unô fœdô mendô prateritô, pag.* 183. *lin.* 6. *à fin.* Pater, *pro,* Talis) *veniam ac emendationem; aut si quid his rectiùs noverit, benignam communicationem: quemadmodum hæc nostra hilari animo impertimur; plura & meliora, cum DEO & Die, in posterum communicaturi, siquidem hæc non ingrata fuisse comperiemus. Interea Vale, Benevole Lector, & studiis nostris bene precando fave.*

'ΩΡΙ-

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ
ΔΙΑΛΟΓΟΣ ΚΑΤΑ ΜΑΡΚΙΩΝΙΣΤΩΝ.

ΔΙΑΛΕΚΤΟΣ Ἀδαμαντίου, τοῦ καὶ Ὠριγένους, ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΙΣ ΘΕΟΝ ΟΡΘΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ πρὸς Μεγέθιον καὶ Μάρκον, Δροσέριον, Οὐάλεντα καὶ Μαρῖνον τοὺς αἱρετικοὺς, ἑκάστου μὲν ἰδίας αἱρέσεως προϊσταμένου, κακοήθως δὲ συνελθόντων ὁμοθυμαδὸν πρὸς τὸν Ἀδαμάντιον. * ἠρεθίσαντο δὲ πάντες φιλόσοφον Ἕλληνα, Εὐτρόπιον ὀνόματι, ἑκάστου τῶν λόγων κριτὴν γενόμενον. l. ᾑρετίσαντο. Ἐν οἷς Εὐτρόπιος, ἐξεταζομένης τῆς εὐσεβείας, ἐπείσθη τῇ ἀληθείᾳ, καὶ γέγονε χριστιανὸς, καὶ πολλοὶ σὺν αὐτῷ Ἕλληνες καὶ αἱρετικοί· ἦν γὰρ μετ' αὐτῶν συγκεκροτημένον ἀκροατήριον· ἡ δὲ νίκη τῆς καθολικῆς γέγονεν ἐκκλησίας, καὶ διεσπάρη τῶν αἱρετικῶν τὸ φρόνημα, ὡς * χνοῦς κατὰ πρόσωπον ἀνέμου. al. χοῦς. Vid. Not.

ORIGENIS
DIALOGUS CONTRA MARCIONITAS.

ADamantii, qui & *Origenes*, DE RECTA IN DEUM FIDE Disceptatio, contra *Megethium*, & *Marcum*, *Droserium*, *Valentem*, & *Marinum*, hæreticos; singulis hæresin suam defendentibus: conjunctisque animis, ut adversus *Adamantium* de religione disputationem instituerent, malitiosè convenientibus. Adoptarunt autem sibi omnes Philosophum græcum, *Eutropium* nomine, omnium dictorum moderatorem. Unde *Eutropius*, causâ religionis pertractatâ, persuasus veritate, evasit Christianus; & cum eo Græci pariter multi, etiam hæretici. Erat enim cum illis Auditorium, communi quasi conspiratione coactum. Victoria demum penes Ecclesiam Catholicam fuit: atque, non secus quàm * *gluma à facie venti*, hæreticorum dissipata fuit superba calliditas. al. pulvis. Psal. 34. 6. al. 35. 5.

SECTIO PRIMA,

in quâ differentes introducuntur

ADAMANTIUS, Orthodoxus: MEGETHIUS, Marcionita: & EUTROPIUS, Judex.

Præloquium.

ἈΔΑΜΆΝΤΙΟΣ. Οἱ τὸν φιλαλήθη καὶ φιλάνθρωπον τρόπον μεταδιώκοντες, καὶ τὴν τοῦδε τοῦ κόσμου δίοδον εὖ μάλα βιοῦν ἐθέλοντες, ἐπὶ τὴν ἀξιέραστον καὶ ἀξιάγαστον πίστιν τὴν εἰς Θεὸν ἀφορῶντες, ἐγκρατεῖς τῆς ἀμείνονος καὶ τελειοτάτης δόξης γίγνονται· τοὐναντίον δὲ οἱ ἀστάτῳ γνώμῃ, καὶ περιέργῳ γνώσει, καὶ ἀνοήτῳ λογισμῷ, ἀδοξίαν ἀντὶ δόξης Θεῷ περιθέμενοι. Ὅθεν μοι δοκεῖ οὐ μικρὸν κίνδυνον εἶναι τῶν τῆς ἐπισφαλοῦς καὶ φαύλης εἰς Θεὸν πίστεως· βάσιν γὰρ οἶμαι καὶ ἑδραίωμα εἶναι πασῶν τῶν ἀρετῶν τὴν ἁρμόζουσαν Θεῷ δόξαν τε καὶ πίστιν· ἐθέλω, εἴ σοι δοκεῖ, ἐχώμεθα τοῦ λόγου.

ΜΕΓΈΘΙΟΣ. Προλαβὼν ὁ ἀδελφὸς Ἀδαμάντιος, τὸν ὑπὲρ ἐμοῦ λόγον ἐποιήσατο· οἴδαμεν γὰρ καὶ ἡμεῖς, ὅτι ἡ πίστις πάντων διαφέρει, καὶ ὀρθὴ εἰς Θεὸν δόξα· χρὴ οὖν τὸν δικαστὴν ἐπακούσαντα ἀμφοτέρων δοκιμάσαι, ἐν τίνι ἐστὶν ἡ ἀληθὴς καὶ δικαία πίστις. δείξω γὰρ, ὅτι μᾶλλον βλασφημεῖτε τὸν Θεὸν, ἤπερ δοξάζετε· καὶ τὸν μὲν ἀληθινὸν Θεὸν, ὄντα ἀγαθὸν, γνωρίζειν οὐ θέλετε· ἕτερον δὲ ἀντὶ τοῦ ἀγαθοῦ

ADAMANTIUS. Qui studio veritatis ducuntur, & humanitatē morum consectantur, quique hujus mundi curriculum benè decursuri sunt; simulque in eam, quæ maximè digna est amore & admiratione, fidem de Deo, intuentur; illi præstantioris quidem & perfectissimæ gloriæ compotes sunt. Contrà verò, qui animo instabiles, scientiâ curiosi, ratione devii sunt; pro gloriâ, Deum etiam ignominiâ afficiunt. Ex quo mihi videtur non parvum periculum creare istorum lubrica & prava de Deo fides: Deo enim congruentem existimationem, & fidem, basim virtutum omnium & firmamentum censeo. Quocirca tentemus rem sermonibus, siquidem tibi visum sit.

MEGETHIUS. Quæ præfatus est frater *Adamantius*, pro me dixit. Scimus enim & nos, Fidem & rectam de Deo existimationem rebus omnibus antestare: quare ad disceptatorē aliquem res deferenda est, qui utroque audito dijudicet, in utro sit vera & legitima fides. Ostendam enim, vos Deum magis blasphemare, quàm honorem ei tribuere. Certè verum Deum, qui bonus est, non noscere vultis; sed alium, loco illius Boni,

δοξά-

δοξάζειν βούλεσθε· λέγοντος τοῦ Χριστοῦ· οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ Πατήρ.

ΕΥΤΡΟΠΙΟΣ. Ἀμφότεροι αἱρεῖσθέ με δικαστήν;

ΑΔΑΜ. Ἀμφότεροι.

ΕΥΤ. Ἐμμένετε τῇ ἐμῇ κρίσει;

ΜΕΓ. Ἐμμένω, καὶ στοιχῶ ταῖς σαῖς ἀποφάσεσιν.

ΑΔΑΜ. Ἐπίδοξοι καὶ οὐχ οἱ τυχόντες ἀκροαταὶ πάρεισιν· εἴγε καὶ αὐτοῖς παραστῇ ἡ ὑπό σου κρίσις, δικαίως προφερομένη, ἐμμένω καὶ αὐτὸς τοῖς ὑπό σου μετὰ ἀληθείας λεγομένοις.

ΜΕΓ. Βούλει, πρῶτον ἐμὲ ἐξετάσαι ἐκ τῶν γραφῶν;

ΑΔΑΜ. Ὁριζέσθω πρῶτον Μεγέθιος ὅπως ποτὲ δοξάζει, ἵν' οὕτως ἡ ἐξέτασις, καὶ ἡ ἀπόδειξις τῶν ὁρισθέντων, ἐκ τῶν γραφῶν γένηται.

ΜΕΓ. Ὁριζέσθω πρῶτον Ἀδαμάντιος, αὐτὸς γὰρ καὶ κατήρξατο τοῦ λόγου.

ΕΥΤΡ. Εὔλογόν ἐστι, τὸν προαρξάμενον αὐτὸν ὁρίσασθαι.

ΑΔΑΜ. Ἕνα Θεὸν καὶ κτίστην καὶ δημιουργὸν τῶν ἁπάντων εἶναι πεπίστευκα, καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ Θεὸν Λόγον, ὁμοούσιον, ἀεὶ ὄντα, καὶ ἐπ' ἐσχάτων καιρῶν ἄνθρωπον ἐκ Μαρίας ἀναλαβόντα, καὶ τοῦτον σταυρωθέντα καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν. Πιστεύω δὲ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, τῷ ἀεὶ ὄντι. Ὁριζέσθω δὲ καὶ οὗτος.

ΜΕΓ. Ἐγώ φημι εἶναι τρεῖς ἀρχὰς, Θεὸν τὸν Πατέρα τοῦ Χριστοῦ ἀγαθὸν, καὶ ἄλλον τὸν δημιουργὸν, καὶ

extollere ſtudetis: cùm Chriſtus affirmet, *Nemo bonus, niſi unus Pater.* Luc. 18. 19.

EUTROPIUS. An uterque me legitis in judicem?

ADAM. Uterque.

EUTR. An meo etiam judicio ſtabitis?

MEG. Stabo, tuamque ſequar ſententiam.

ADAM. Celebres & haud vulgares auſcultatores adſunt: quòd ſi etiam illis tuum judicium probaveris, juſtè prolatum; ſtabo & ego iis, quæ abs Te ſecundùm veritatem dicentur.

MEG. Vis, ut primùm ego è Scripturis hanc ordiar diſquiſitionē?

ADAM. Imò primùm inſtituat *Megethius* aliquam opinionis ſuæ delineationem: ut ſic eorum, quæ poſita ſunt, demonſtratio è Scripturis ſumatur.

MEG. Quinimò *Adamantius* definiat nobis prior, quippe is quoque fuit exorſus ſermonem.

EUTR. Æquum eſt; ut, qui orſus ſit prior, ipſe prior quoque definiat.

De Uno Vero Deo & Tribus Principiis.

ADAM. Credo, unum Deum omnium conditorem eſſe & opificem; & qui ab illo eſt Deum Verbum, conſubſtantialem, juxtaque perennem; cumq; extremis temporibus hominem ex Mariâ aſſumſiſſe, & hunc in crucē actum, & excitatum à mortuis. Credo etiā Spiritui ſancto, qui in omnem æternitatē exiſtit. Nunc definiat & iſte.

MEG. Ego Tria eſſe principia ſtatuo, Deum Patrem Chriſti Bonū, & alium Conditorem, porrò *ab his*

ἕτερον τὸν πονηρόν· ὁ γὰρ ἀγαθὸς, οὔτε δημιουργός ἐστι τῶν κακῶν, οὔτε ἐκ γυναικὸς γεγέννηται, οὔτε ὁ κόσμος οὗτος ἐξ αὐτοῦ δεδημιούργηται· ἀλλότριος δὲ πάσης κακίας, καὶ παντὸς τοῦ δημιουργήματος· καὶ δείξω πῶς οὕτως ἔχειν.

ἈΔΑΜ. Ἀρχὰς ἔφησεν εἶναι τρεῖς· ἀνάγκη σε, ὃ ἐπηγγείλω, πληρῶσαι· ἀρχὴ γάρ μοι δοκεῖ λέγεσθαι, διὰ τὸ ἄρχειν τινός· ὥσπερ καὶ Κύριος λέγεται, διὰ τὸ κυριεύειν τινῶν· τίνος τοίνυν ἄρχουσιν αἱ τρεῖς ἀρχαί; ἀπόκριναι.

ΜΕΓ. Ἡ ἀγαθὴ ἀρχὴ, τῶν Χριστιανῶν ἄρχει· ἡ δὲ δημιουργικὴ, τῶν Ἰουδαίων· ἡ δὲ πονηρὰ, τῶν Ἐθνικῶν.

ἈΔΑΜ. Ὁμόφρονες καὶ κοινωνοί εἰσιν οἱ τρεῖς, ἢ οὐδὲν κοινὸν ἔχουσι πρὸς ἀλλήλους;

ΜΕΓ. Οὐδὲν κοινὸν ἔχουσι πρὸς ἀλλήλους.

ἈΔΑΜ. Οἱ τρεῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ γενόμενοι ἔπλασαν ἢ ἐδημιούργησαν τοὺς ἀνθρώπους, ἢ ἕκαστος ἑαυτῷ ἔκτισε τὸν ἄνθρωπον, οὗ καὶ ἄρχει;

ΜΕΓ. Οὐχ οἱ τρεῖς ἔκτισαν τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλ' ὁ εἷς.

ἈΔΑΜ. Ποῖος τῶν τριῶν;

ΜΕΓ. Ὁ τῶν Ἰουδαίων.

ἈΔΑΜ. Τοῦ τῶν Ἰουδαίων Θεοῦ κτίσαντος τοὺς ἀνθρώπους, κατὰ ποῖον τρόπον, ἢ ποίαν αἰτίαν * ἄρχουσιν ὁ ἀγαθὸς, καὶ ὁ πονηρὸς, τῶν ἀνθρώπων; δείκνυται γὰρ ἐξ ἀμφοτέρων ὁ δημιουργὸς ἀγαθός· εἰ μὲν ἑκὼν συνεχώρησεν αὐτοῖς τὸ, οὐ τῶν ἰδίων ἄρχειν, ἔσται

l. ἄρχουσιν.

diversum, Malum. Nam Bonus ille nec malorum est effector, neque prognatus ex muliere, nec mundus iste ab eo est conditus; sed ab omni nequitiâ & operatione alienus est: atque hæc ita esse demonstrabo.

Adam. *Tria* dixit esse *principia*: necesse est, ut, quod promisisti, expleas. Nomen enim *Principii* mihi videtur esse dictum, quòd nimirum præsit alicui: quomodo & Dominus appellatur, quòd cuipiam dominetur: responde igitur, in quos principatum obtineant tria hæc principia?

Meg. Principium illud *Bonum*, præest Christianis; *Operans* autem, Judæis; at *Malum*, Ethnicis.

Adam. Sunt'ne hi Tres ejusdem animi & sententię, ac inter se Socii participantes; an commune invicem nihil habent?

Meg. Nihil inter se habent commune.

Adam. An tres illi pariter ad fingendos formandosq; homines convenerunt; vel separatim quisq; sibi creavit hominem, in quem principatum habeat?

Meg. Non illi tres creaverunt homines, sed Unus.

Adam. Quis ille de tribus?

Meg. Ille Judæorum.

Adam. Quum Judæorum Deus homines creârit; quo modo, aut quâ de causâ, Bonus ille simulque Malus hominibus præsident? Etenim ex utroq; doceri potest, conditorem illum Bonum esse. Si enim illis concesserit volens, ut præsint

ἐξ ἀνά-

ἐξ ἀνάγκης ὁ δημιουργὸς ἀγαθὸς, ὁ τὰ ἴδια ἀλλοτρίοις χαρισάμενος. Εἰ δὲ κατὰ ἀδυναμίαν τοῦ δημιουργοῦ ὁ ἀγαθὸς καὶ ὁ πονηρὸς ἀφήρπασαν, ἔσονται οὗτοι πονηροὶ, οἱ τῶν ἀλλοτρίων ἐφιέμενοι.

ΕΥΤΡ. Ἀγαθὸν λέγεις τὸν ἁρπάσαντα τὰ τοῦ δημιουργοῦ, καὶ ἄρχοντα τῶν ἀλλοτρίων; πῶς οἷόν τέ ἐστιν ἀγαθὸν λέγεσθαι, τὸν τὰ ἀλλότρια ἁρπάζοντα;

ΜΕΓ. Οὐχ ἥρπασεν, ἀλλ᾽ ἐλεήσας, ἔπεμψε τὸν υἱὸν ὡς ἀγαθὸν, καὶ ἐῤῥύσατο ἡμᾶς.

ἈΔΑΜ. Τὸ ἐλεεῖν τινα, συμπάθειά τις πρὸς τὸ οἰκεῖόν ἐστιν γινομένη· συνεπάθησεν οὖν ὁ ἀγαθὸς ἰδίοις, ἢ ἀλλοτρίοις;

ΜΕΓ. Ἀλλοτρίοις.

ἈΔΑΜ. Ὡς καλοῖς * συνεπάθησεν, ἢ ὡς κακοῖς;

l. συνεπάθησεν.

ΜΕΓ. Ὡς ἁμαρτωλοῖς.

ἈΔΑΜ. Πρὶν ἢ ἁμάρτωσιν οἱ ἄνθρωποι, καλοὶ πρὸς τοῦ δημιουργοῦ ἐκτίσθησαν, ἢ κακοί; Ὡς οὖν καλῶν ἐπεθύμησεν, ἢ ὡς κακῶν; Εἰ μὲν οὖν ὡς κακῶν, ἔσται κακῶν ἐπιθυμητής. ἀγαθὸς δὲ κακῶν οὐκ ἐπιθυμεῖ· εἰ δὲ ὡς ἀγαθῶν, ἔσται ὁ δημιουργὸς ἀγαθῶν ποιητὴς, ἄρα οὖν ἀγαθός. ἐξ ὧν γὰρ πράττει τις, τὰς προσηγορίας λαμβάνει· ἐλεήμων ἐκ τοῦ ἐλεεῖν, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως.

ΜΕΓ. Οὔτε ὡς ἀγαθῶν, οὔτε ὡς κακῶν, ἀλλὰ σπλαγχνισθεὶς ἠλέησεν.

iis, *qui* non *sunt eorum* proprii; bonus ut sit, necesse est, Conditor ille, utp. qui etiã propria concedit alienis. Quòd si Bonus ille pariter ac Malus, propter imbecillitatem illius Opificis, *principatum ei* eripuerint; erunt utique isti mali, ut qui res alienas appetunt.

EUTR. An bonum prædicas, qui rapit Conditori quæ ipsius sunt, & imperium sibi sumit in alienos? Quomodo fieri potest, ut Bonus dicatur is, qui rapit aliena?

MEG. Non rapuit; sed miseratus, filium suum misit ut Bonum, & nos liberavit.

ADAM. Misereri alicujus, est quidam consensus doloris erga id, quod nostrum est. Commiseratione ergo hac usus est Bonus in suos, vel in alienos?

MEG. In alienos.

ADAM. Nunquid illis condoluit tanquam bonis, an ut malis?

MEG. Velut peccatoribus.

ADAM. Antequam peccavissent homines, probi'ne sunt effecti à Conditore illo, vel improbi? An igitur tanquam bonos appetivit, vel tanquam malos? Si ut malos, est jam malorum expetitor. At Bonus nequaquam expetit malos. Sin tanquã bonos, ergo erit Conditor ille effector bonorum: ergo etiam Bonus. Nam, ex iis, quę quis facit nomen accipere solet: ut Misericors à miserendo dicitur, & cætera similiter.

MEG. Nec certè tanquam bonos eos *expetivit*, nec ut malos; sed totis visceribus motus comiserabatur.

ΕΥΤΡ. Βούλεται λέγειν Μεγέθιος, ὅτι οὔτε ἡμέρα, οὔτε νύξ· ἀλλά τι μέσον τούτων· ἑρμηνευσάτω οὖν, τί ἐστιν ὃ λέγει, εἰ μήτε καλοὺς λέγει τοὺς ἀνθρώπους ἐκτίσθαι, μήτε κακούς. τί οὖν ἐστιν μεταξὺ καλοῦ τε καὶ κακοῦ;

ΜΕΓ. Ταῦτα σοφίσματά ἐστιν, ἐγὼ γὰρ δεικνύω ἀπὸ τῶν γραφῶν, ὅτι τρεῖς εἰσὶν ἀρχαί.

ΑΔΑΜ. Ἰσοσθενεῖς εἰσὶν αἱ τρεῖς ἀρχαί, ἢ ἀτέρα θατέρας διενήνοχε;

ΜΕΓ. Μὴ γένοιτο, οὐκ εἰσὶν ἴσαι.

ΑΔΑΜ. Ποία οὖν προφερεστέρα;

ΜΕΓ. Ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἰσχυροτέρα.

ΑΔΑΜ. Ὑπόκεινται αἱ ἀτονώτεραι ἀρχαὶ τῇ ἰσχυροτέρᾳ, ἢ οὔ;

ΜΕΓ. Ὑπόκεινται.

ΑΔΑΜ. Οὐκοῦν κατὰ βούλησιν τοῦ κρείττονος αἱ ἥττονες ἀρχαὶ πάντα πράττουσιν;

ΜΕΓ. Οὐ κατὰ βούλησιν αὐτοῦ οὗτοι τὰ πονηρὰ πράττουσιν· ἅπαξ δὲ ἰσχυρότερος αὐτῶν ἐστιν· καὶ γὰρ ὁ ἐλθὼν Χριστὸς καὶ τὸν διάβολον ἐνίκησε, καὶ τὰ τοῦ δημιουργοῦ δόγματα ἀνέτρεψεν.

ΑΔΑΜ. Κατὰ βούλησιν τοῦ ἀγαθοῦ εἰσὶν οὗτοι;

ΜΕΓ. Οὔ.

ΑΔΑΜ. Ἀγνοεῖ οὖν, ὅτι εἰσίν;

ΜΕΓ. Οὐκ ἀγνοεῖ.

ΕΥΤΡ. Ἔφης, ἰσχυρότερον εἶναι τὸ ἀγαθόν· ἄλλως δὲ, καὶ μὴ βουλόμενον αὐτοὺς εἶναι· πῶς τοίνυν τοῦτο ἐνδέχεται; εἰ γάρ ἐστιν αὐτὸς ἰσχυρὸς, καὶ

EUTR. Hoc scilicet vult dicere *Megethius*: neque diem esse, neque noctem, sed quiddam inter hæc medium. Explicet igitur, quid sit, quod dicit; homines, neque bonos, neque malos, esse conditos. Quid ergo est medium inter bonum ac malum?

MEG. Captiones istæ sunt: Ego verò è Scripturis demonstrabo, Tria esse principia.

ADAM. Hæc tria tua Principia, æqualia ne potestate sunt, an alia præstant aliis?

MEG. Absit: non sunt æqualia.

ADAM. Quod nam ergo est præstantius?

MEG. Boni *Principium* multo est valentius.

ADAM. An debiliora Principia sunt robustiori subjecta, nec ne?

MEG. Subjecta sunt.

ADAM. Itaque pro arbitrio præstantioris, inferiora principia exequuntur omnia?

MEG. [Nequaquam pro voluntate illius, isti mala patrant:] sed omninò est illis potentior. Etenim ipse Christus adveniens vicit diabolum, & Conditoris evertit dogmata. [Pico desunt]

ADAM. An pro voluntate illius Boni, existunt etiam isti?

[MEG. Non.

ADAM. Ignorat ergo, illos esse?] [Pico des]

MEG. Non ignorat.

EUTR. Dicis, fortiorem esse illũ Bonum: præterea, nolle illos esse. Quo igitur pacto fieri hoc potest? Si enim ipse sit viribus præstans, &

μὴ βου-

μὴ βουλόμενος εἶναι αὐτοὺς· ἔστι δὲ
l. n. κατὰ τὸν λόγον· * ἢ βούλεται αὐτοὺς εἶναι· ἢ οὐ δύναται αὐτοὺς ἀνελεῖν· ἢ ἀγνοεῖ, ὅτι εἰσίν.

ΜΕΓ. Ἐγὼ δύναμαι δεῖξαι, ὅτι φάλσα ἐστὶ τὰ Εὐαγγέλια.

ἈΔΑΜ. Ἀπὸ ποίων ἀποδείξεων ἔχεις δεῖξαι, ταῦθ' οὕτως ἔχειν;

ΜΕΓ. Ἀπ' αὐτῶν τῶν Εὐαγγελίων δεικνύω, ὅτι φάλσα ἐστίν.

ἈΔΑΜ. Δέχῃ οὖν κἀμὲ, ἐκ τῶν Εὐαγγελίων δεικνύοντα, μὴ εἶναι πλαστά;

ΜΕΓ. Δέχομαι, ἐὰν δείξῃς· εἰπὲ δὲ πρῶτον τὰ ὀνόματα τῶν γραψάντων τὰ Εὐαγγέλια.

ἈΔΑΜ. Οἱ μαθηταὶ τοῦ Χριστοῦ γεγράφηκασιν, Ἰωάννης καὶ Ματθαῖος, καὶ Μάρκος, καὶ Λουκᾶς.

ΜΕΓ. Μάρκον καὶ Λουκᾶν, οὐδὲ εἶχε μαθητὰς ὁ Χριστὸς, ἐντεῦθεν ἐλέγχεσθε φάλσα πιστεύοντες. Διὰ τί γὰρ οἱ μαθηταὶ, ὧν γέγραπται τὰ ὀνόματα ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, οὐκ ἔγραψαν, ἀλλ' οἱ μὴ ὄντες μαθηταί; Τίς οὖν ἐστὶ Λουκᾶς, ἢ Μάρκος; ἠλέγχθητε δὴ τούτῳ * ὀνόματα (οὐ) γεγραμμένα ἐν τῇ γραφῇ προφέροντες.

ἘΥΤΡ. Ἔχων μαθητὰς ὁ Χριστὸς, οὐ μᾶλλον τούτοις ἐνεχείριζεν, ἢ τοῖς μὴ οὖσι μαθηταῖς; Φαίνεταί μοι, τοῦτο οὐ καλῶς ἔχειν. ἔδει γὰρ τοὺς μαθητὰς αὐτοὺς ἐμπιστευθῆναι μᾶλλον.

non velit eos esse; sunt autem, tuâ opinione: aut illos esse vult, aut non potest illos tollere, aut nescit eos existere.

MEG. Ego possum ostendere, *Falsa esse Evangelia.* *De Veritate Evangeliorum.*

ADAM. Quibus tandem probationibus potes demonstrare, id ita se habere?

MEG. Ex ipsis Evangeliis ostendo, Illa falsa esse.

ADAM. An admittes etiam me, si modò ab ipsis Evangeliis probavero, Ea non esse conficta?

MEG. Admittam, si modò ostenderis: sed, recense mihi primùm eorum nomina, qui Evangelia conscripserunt.

ADAM. Discipuli nimirum Christi scripserunt, Johannes, & Matthæus, & Marcus, & Lucas.

MEG. Marcum & Lucam non habuit in discipulis Christus: itaq; vel hinc reprehendi potestis, ceu falsa effingentes. Cur enim ea non perscripserunt Discipuli illi, quorum nomina in Evangelio descripta sunt; sed ii, qui non erant inter discipulos? Et quis demum est ille Lucas aut Marcus? Proin meritò caditis in hanc reprehensionem, qui nomina non signata in Scripturis profertis. Vid. Not.

EUTR. Cùm Christus discipulos haberet, annon his potius hoc muneris delegasset, quàm illis, qui discipuli non fuerunt? Nec mihi istud satis conveniens videtur: quoniam, ipsis potius discipulis officii hujus perfunctionem concredi, oportuit.

ἈΔΑΜ.

ἈΔΑΜ. Μαθηταί εἰσι καὶ οὗτοι τοῦ Χριστοῦ.

ΜΕΓ. Πρόσταξον ἀναγνωσθῆναι τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ εὑρήσεις, ὅτι οὐ γέγραπται τὰ ὀνόματα ταῦτα.

ΕΥΤΡ. Ἀναγνωσθήτω.

ἈΔΑΜ. Τῶν δώδεκα Ἀποστόλων ἀνεγνώσθη τὰ ὀνόματα, οὐχὶ καὶ τῶν οβ. Luc. 10. 1.

ΕΥΤΡ. Πόσους ἔχει ὁ Χριστὸς Ἀποστόλους;

ἈΔΑΜ. Πρώτους ἀπέστειλεν ιβ. καὶ μετὰ ταῦτα οβ εὐαγγελίσασθαι, Μάρκος οὖν καὶ Λουκᾶς, ἐκ τῶν οβ ὄντες, Παύλῳ τῷ Ἀποστόλῳ εὐηγγελίσαντο.

ΜΕΓ. Ἀδύνατον, ὅτι ποτὲ εἶδον οὗτοι Παῦλον.

ἈΔΑΜ. Δείκνυμι αὐτὸν τὸν Ἀπόστολον μαρτυροῦντα Μάρκῳ καὶ Λουκᾷ.

ΜΕΓ. Τῷ σῷ φάλσῳ οὐ πιστεύω ἀποστολικῷ.

ἈΔΑΜ. Προένεγκε τὸ ἀποστολικόν σου, εἰ καὶ τὰ μάλιστα περικεκομμένον ἐστί· καὶ δείκνυμι, ὅτι Μάρκος καὶ Λουκᾶς συνήργησαν Παύλῳ.

ΕΥΤΡ. Δεῖξον.

ἈΔΑΜ. Ἀναγινώσκω ἐν τοῖς τελευταίοις τῆς πρὸς Κολοσσαεῖς Παύλου·
Col. 4. 10, 11. Ἀσπάζεται ὑμᾶς, φησὶν, Ἀρίσταρχος
,, ὁ συναιχμάλωτός μου, καὶ Μάρκος ὁ
,, ἀνεψιὸς Βαρνάβα, περὶ οὗ ἐλάβετε
,, ἐντολὰς, ἵνα ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς· δέ-
,, ξασθε οὖν αὐτόν· καὶ Ἰησοῦς ὁ λεγό-
,, μενος Ἰοῦστος, οἱ ὄντες ἐκ περιτομῆς·
,, οὗτοι μόνοι μου εἰσὶ συνεργοὶ εἰς τὴν
,, βασιλείαν τοῦ Θεοῦ· οἵτινες ἐγενή-

ADAM. Etiam hi, diſcipuli ſunt Chriſti.

MEG. Cura, ut recitetur Evangelium: & deprehendes, ibi nullum horum nominum ſcriptū eſſe.

EUTR. Recitetur.

ADAM. Apoſtolorum nomina duodecim recitata ſunt, non etiam Septuaginta duorū Diſcipulorum.

EUTR. Quot habuit Chriſtus Apoſtolos?

ADAM. Primùm amandavit duodecim, poſtea LXXII. ut Evangelium annunciarent. Marcus igitur & Lucas, quùm in numero LXXII. eſſent, ipſi etiam Paulo Evangelium prædicabant.

MEG. Eſt hoc impoſſibile, ut illi unquam aſpicerent Paulum.

ADAM. At, ipſum oſtendam Apoſtolum, Marco ſimul & Lucæ teſtimonium tribuiſſe.

MEG. At ego fidem non tribuo tuo falſo Apoſtolico.

ADAM. Produc tuum Apoſtolicum, licet maximâ ex parte mutilatum ſit; & oſtendam, Marcum & Lucam Paulo adminiſtros fuiſſe.

EUTR. Oſtende.

ADAM. Lego in extremis epiſtolæ Pauli ad Coloſſenſes: *Salutat vos, inquit, Ariſtarchus captivitatis meæ conſors, & Marcus conſobrinus Barnabæ (de quo in mandatis habuiſtis, ut ad vos veniat) itaque excipite illum: & Jeſus cognominatus Juſtus, qui ſunt è circumciſione: hi ſoli mihi fuerunt adjutores ad regnum Dei: qui ſolatio*

θησαν

θησάν μοι παρηγορία· καὶ τὰ ἑξῆς, „Ἀσπάζεται ὑμᾶς Λουκᾶς, καὶ Δημᾶς.
l. παρέχων τὰς. * Παρέχοντας ἀποδείξεις τῆς ἐπιστολῆς. Ὁρᾷς, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ Ἀπόστολος μαρτυρεῖ αὐτοῖς.

ΕΥΤΡ. Δήλη ἡ παρὰ τούτων ἀπόδειξις.

ΜΕΓ. Ἐγὼ ἐλέγχω ἑτέρωθεν, ὅτι φάλσα ἐστὶ τὰ Εὐαγγέλια. Λέγει γὰρ ὁ Ἀπόστολος „ἓν Εὐαγγέλιον,
l. λέγετε. ὑμεῖς δὲ τέσσαρα * λέγεται.

ΑΔΑΜ. Εὐαγγελισταὶ μὲν τέσσαρες, Εὐαγγέλιον δὲ ἕν. Ἕνα γὰρ Χριστὸν εὐηγγελίσαντο, καὶ τὸ αὐτὸ ἔφρασαν· εἰ μὲν οὖν ἕκαστος αὐτῶν ἄλλον καὶ ἄλλον Χριστὸν ἠγόρευσεν, ἢ εὐηγγελίσατο, εὖ λέγεις· εἰ δὲ τέσσαρες περὶ ἑνὸς Χριστοῦ λέγουσιν, οὐκέτι τέσσαρα, ἀλλὰ ἕν.

ΜΕΓ. Ὁ Ἀπόστολος οὐκ εἶπε κατὰ τὰ εὐαγγέλιά μου, ἀλλά, κατὰ „τὸ εὐαγγέλιόν μου. Ἴδε πῶς λέγει „ἓν εἶναι, καὶ λέγει· εἴ τις ὑμᾶς εὐ-„αγγελίσεται παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα „ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω. Ἐκείνου λέγοντος, ἓν εἶναι, πῶς ὑμεῖς τέσσαρα λέγετε;

ΑΔΑΜ. Εὐαγγέλιον καὶ ἡμεῖς φαμὲν ἕν, εὐαγγελισταὶ δὲ τέσσαρες.

ΜΕΓ. Οὐδὲ τέσσαρες Εὐαγγελισταί, ἀλλ' οὐδὲ εἷς· λέγει γάρ, „ὅτι οὐκ ἔστιν ἄλλο, κατὰ τὸ εὐαγγέ-„λιόν μου· εἰ μή τινές εἰσιν οἱ ταράσ-„σοντες ὑμᾶς, καὶ θέλοντες μετα-„στρέψαι εἰς ἕτερον εὐαγγέλιον τοῦ „Χριστοῦ.

etiam mihi fuerunt: & quæ sequuntur; *Salutat vos Lucas & Demas*. Ex- vers. 14.
hibui demonstrationes hujus epistolæ. Vides igitur, ipsum etiam Apostolum illis testimonium perhibere.

EUTR. Aperta satis est, ex his facta demonstratio.

MEG. Ego verò arguo aliunde, II. *Argumentum Marcionit.*
Falsa esse Evangelia. Dicit enim Apostolus, *Unum Evangelium*: at vos memoratis Quatuor.

ADAM. Quatuor quidem sunt Evangelii scriptores, Evangelium autem unum: Unum enim Christum prædicârunt, & eandem rem enunciârunt. Quòd si alium atque alium Christum unusquisq; prædicâsset, aut Evangelio suo annunciâsset; rectè ista diceres. Si autem, de uno & eodem Christo, Quatuor concinant; non amplius quatuor *sunt Evangelia*, sed unũ duntaxat.

MEG. Non dixit Apostolus; *secundùm Evangelia mea*; sed, *secun-* Rom. 2, 16: & 16. 25.
dùm Evangelium meum. Ecce. ut 2. Tim. 2. 8.
unum commemorat esse, ac porrò dicit: *Si quis vobis Evangelium aliud* Gal. 1. 8, 9.
nunciârit, præter id, quod evangelizavimus vobis, sit anathema. Quum ille Unum esse dicat; quomodo vos Quatuor esse contenditis?

ADAM. Etiam nos, unum Evangelium esse, dicimus; sed tamen Evangelistæ quatuor sunt.

MEG. Neq; sunt Quatuor Evangelistæ, imò nec unus. Dicit enim, *Non est aliud, secundùm Evangelium* Gal. 1. 7
meum: Nisi quòd sint, qui turbant vos, & in aliud vos Evangelium Christi transversos volunt.

'ΑΔΑΜ. Παύλου λέγοντος,
Eph. 4. 11. πλείους εἶναι τοὺς εὐαγγελιστάς· πῶς φῂς, ἕνα εἶναι;

ΜΕΓ. Οὐκ εἶπεν, ὅτι πολλοὶ εὐαγγελισταί.

'ΑΔΑΜ. Ἔχω μετὰ χεῖρας τὸν Ἀπόστολον, καὶ δείκνυμι λέγοντα ἐν
Gal. 1. 8. ,, τῇ πρὸς Γαλάτας ἐπιστολῇ, Ἀλλὰ ,, κἂν ἡμεῖς, ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ ,, εὐαγγελίσηται ὑμῖν, παρ' ὃ εὐηγγε- ,, λισάμεθα. [εὐηγγελισάμεθα] εἶπεν· εἰ γὰρ εἷς ἦν, ἔλεγεν ἄν, παρ' ὃ εὐηγγελισάμην. Τὸ δὲ, εὐηγγελισάμεθα, πολλοὺς σημαίνει.

'ΕΥΤΡ. Τὸ εὐηγγελισάμεθα, πολλῶν ἐστιν καὶ οὐχ ἑνός.

ΜΕΓ. Οὐ τούτους λέγει, ἀλλὰ Σιλουανὸν καὶ Τιμόθεον.

'ΕΥΤΡ. Τὸ πρότερον λέγων, Παῦλον μόνον εἶναι εὐαγγελιστὴν, νῦν καὶ ἄλλους ὡμολόγησας· ἐξὸν ἦν καὶ τοὺς λοιποὺς μαθητὰς εὐηγγελίσασθαι, εἰ γὰρ
* Σιλουανὸς. * Σιλβανὸς, καὶ Τιμόθεος, καὶ Παῦλος, εὐηγγελίσαντο· λέγει δὲ Παῦ-
Rom. 2. 16. & 16. 25. λος κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου, εἰκὸς, πολλῶν ὄντων εὐαγγελιστῶν, ἓν λέγεσθαι τὸ
Eph. 4. 11. Gal. 1. 7. εὐαγγέλιον.

III. *Argumentum Marcionis.* ΜΕΓ. Διαφωνοῦσι τὰ εὐαγγέλια, καὶ ἄλλα καὶ ἄλλα λέγουσιν· ὅθεν φαίνεται φάλσα.

'ΑΔΑΜ. Ἄλλον καὶ ἄλλον Χριστὸν εὐαγγελίζονται; ἐν τούτῳ οἴει διαφωνεῖν;

ΜΕΓ. Οὐχ, ἀλλ' ἀντίκειται.

'ΑΔΑΜ. Ὅρισαι ὃ βούλει. Νοητὰς εἶναι λέγεις τὰς γραφὰς, ἢ

ADAM. Quum ipse asseveret Paulus, Plures esse Evangelistas; quamobrem tu unum dicis?

MEG. At nec id quidem dixit; multos esse Evangelistas.

ADAM. Habeo in manibus Apostolum, & commonstrabo, eum in epistolâ ad Galatas dicere: *Sed etiamsi nos, vel angelus de cælo, aliud vobis Evangelium nunciaverit, preterquam quod Vobis nunciavimus.* Nunciavimus, dixit. Si enim unus fuisset, dixisset, Preterquam quod vobis nunciavi: hoc verò, *Nunciavimus*, multos significat.

EUTR. Istud, *nunciavimus*, designat multos, non Unum.

MEG. Non de istis loquitur, sed de Sylvano & Timotheo.

EUTR. Quum priùs solum Paulum diceres Evangelistam; nunc confiteris etiam *esse* alios. Ergo & aliis concessum fuit Discipulis, Evangelium prædicare; siquidem Sylvanus, & Timotheus, & Paulus, id prędicârint. Cùm verò dicat Paulus, *secundùm Evangelium meum:* probabile est, multos fuisse Evangelistas, unum tamen appellari Evangelium.

MEG. Atqui dissonant Evangelia, & alia atque alia dictitant: Unde apparet, falsa esse.

ADAM. An alium atque alium Christum prædicant? An in hoc putas dissentire?

MEG. Non: sed pugnant tamen.

ADAM. Definito mihi, ut volueris. Nunquid dicis, intelligentiâ, an ex nudis literis, S. Scripturas

ψιλάς;

ψιλάς; (ἐὰν βούλῃ φράσον, ἵνα οὕτως ἡ ἐξέτασις γένηται).

ΜΕΓ. Ψιλάς, καὶ ὥσπερ γέγραπται οὕτως ἔχει, καὶ οὐδὲν ἄλλο.

ἈΔΑΜ. Λέγει οὖν ὁ Χριστὸς, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου εἰμί· υἱὸς ἀνθρώπου ἐστὶν κατὰ σὲ, καὶ οὐ Θεοῦ.

ΜΕΓ. Ὁ Χριστὸς, Θεοῦ ἐστιν υἱός.

ΕΥΤΡ. Ἔφης τὰ γεγραμμένα οὕτως ἔχειν· πῶς οὖν ἐστιν υἱὸς Θεοῦ, ἑαυτὸν λέγων υἱὸν ἀνθρώπου;

ΜΕΓ. Παραβολῇ ἐχρήσατο, λέγων υἱὸν ἀνθρώπου.

ΕΥΤΡ. Παραβολὴ, νοητή ἐστιν, ἢ αἰσθητή;

ΜΕΓ. Νοητή.

ΕΥΤΡ. Πῶς οὖν ἔφης, ψιλὰ εἶναι τὰ τῶν γραφῶν; οὐκοῦν νοητά ἐστιν καὶ *[οὐ] ψιλά· καὶ εἰς ὃ δοκοῦσι τῇ λέξει διαφωνεῖν, ὁ νοῦς ὁ αὐτὸς εὑρίσκεται.

ΜΕΓ. Τὰ μὲν νοητὰ, τὰ δὲ ψιλά.

ΕΥΤΡ. Δοκεῖς μοι ἀστάτῳ γνώμῃ φέρεσθαι.

ΜΕΓ. Ὅπου Παραβολὴ ἐπιγέγραπται, ἐκεῖνά ἐστιν νοητὰ, τὰ δὲ ἄλλα, ψιλά.

ἈΔΑΜ. Δεικνύεις οὖν, ὅτι περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου παραβολὴ ἐπιγέγραπται; Ἀνάγνωθι, ὅτι οὐκ ἐπιγέγραπται παραβολή· πόθεν οὖν δεικνύεις, ὅτι Υἱὸς Θεοῦ ἐστίν; Τῶν δύο γὰρ θάτερον ὁμολογήσεις· κατὰ γὰρ τὰ σοὶ δόξαντα, ἢ ψεύστης εὑρίσκεται ὁ Χριστὸς, ὅτι μὴ ὢν

constare? Et, si vis, eloquere; ut sic nostra fiat disquisitio.

MEG. Meris *literis constare, dico*: & sicut scribitur, ita se habet; nec aliud quicquam.

ADAM. Ait itaque Christus: *Filius hominis sum.* Ex tuâ ergo sententiâ Filius hominis est, & non Dei? Luc. 6. 5. & passim.

MEG. Christus est Dei Filius.

EUTR. Dicebas scripta sic se habere, *prout scribuntur.* Quomodo igitur est Dei filius, cùm *filium hominis* esse se dicat?

MEG. Parabolâ usus est, cùm se *Filium hominis* appellaret.

EUTR. Estne Parabola intelligibile quid, an sensibile?

MEG. Intelligibile quid est.

EUTR. Quomodo ergo ais, Nudis verbis Scripturas constare? Quin imò, in intelligentiâ consistunt, & [*non*] in nudis verbis: & in Vid. Not. quo verbotenus videntur discrepare, intellectus idem invenitur.

MEG. Partim quidem in intelligentiâ consistunt, partim in literis.

EUTR. Videris instabili sententiâ circumferri.

MEG. Ubi Parabola inscripta est, illa spectant ad intellectum; cætera verò nudis *literis ac verbis constant.*

ADAM. Illud scil. agis, de Filio hominis, Parabolam esse inscriptam? Recognosce, *illis verbis* non esse parabolam inscriptam. Unde igitur demonstras, quòd Filius sit Dei? De duobus enim confiteris alterum: nam, secundùm placita tua, vel mendax invenitur Chri-

ἄνθρωπος ἑαυτὸν ἔλεγεν υἱὸν ἀνθρώπου· ἢ νοηταί εἰσι πᾶσαι αἱ θεῖαι γραφαὶ, εἰ καὶ μὴ ἐπιγέγραπται

2.Tim.3. v.16. „ παραβολή. διὸ καὶ πᾶσα θεόπνευστος εἴρηται παρὰ τοῦ Ἀποστόλου· καὶ ἐν νοῒ αὐτῶν ἡ συμφωνία εὑρί-

Vid.Not. σκεται, [ἢ νοηταί εἰσι πᾶσαι αἱ γραφαὶ] καὶ οὐκ ἤδη τὰ γεγραμμένα ψιλὰ, ταῦτά ἐστιν τὰ ἀληθῆ καὶ σαφῆ.

ΜΕΓ. Δείξω, ὅτι ἕν ἐστι τὸ εὐαγγέλιον.

ἈΔΑΜ. Τίς ἐστιν ὁ γράψας τὸ Εὐαγγέλιον τοῦτο, ὃ ἔφης εἶναι ἕν;

ΜΕΓ. Ὁ Χριστός.

ἈΔΑΜ. Αὐτὸς ὁ Κύριος ἔγραψεν, ὅτι ἐσταυρώθην, καὶ ἀνέστην τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ; οὕτω γράφει;

ΜΕΓ. Ὁ Ἀπόστολος Παῦλος προσέθηκεν.

ἈΔΑΜ. Παρῆν γὰρ Παῦλος ἐν τῷ σταυρωθῆναι τὸν Χριστόν;

ΜΕΓ. Αὐτὸς ἔγραψε τὸ Εὐαγγέλιον ἁπλῶς.

ἈΔΑΜ. Ἐὰν οὖν δείξω, ὅτι οὐ παρῆν· ἀλλὰ καὶ μετὰ ταῦτα ἐδίωκε τοὺς τῆς ἐκκλησίας, γίνῃ Χριστιανός;

ΜΕΓ. Οὐ γάρ εἰμι Χριστιανός;

ἈΔΑΜ. Πῶς εἶ Χριστιανὸς, ὃς οὐδὲ ὄνομα Χριστιανοῦ καταξιοῦσαι

l. ὀνομάζῃ. φέρειν· οὐ γὰρ Χριστιανὸς * ὀνομάζει ἀλλὰ μαρκιωνιστής.

ΜΕΓ. Καὶ ὑμεῖς τῆς Καθολικῆς λέγεσθε· οὐκ ἐστὲ οὖν Χριστιανοί, οὔτε ὑμεῖς.

ſtus, ut qui *Filium hominis* ſe dixerit, cùm homo non eſſet: vel divinæ omnes ſcripturæ ad mentis intellectum pertinent, tametſi non inſcribatur Parabola. Quocirca etiam, *Omnis ſcriptura à Deo inſpirata*, ab Apoſtolo dicitur; ac illarum concentus in earum intellectu invenitur: [vel ſub intelligentiam mentis recidunt univerſæ ſcripturæ:] nec ea, quæ nudis verbis ſcripta ſunt, *ideò* vera & dilucida ſunt.

MEG. Docebo, unum eſſe Evangelium.

ADAM. Quis'nam eſt, qui Evangelium literis conſignavit, quod unum prædicas?

MEG. Chriſtus.

ADAM. Quid, ſcripſitné ipſemet Dominus, In crucē affixus ſum, & tertiâ die reſurrexi? Itané ſcripſit?

MEG. Paulus Apoſtolus illud addidit.

ADAM. Aderat ſcilicet Paulus, cùm crucifigeretur Chriſtus?

MEG. Ipſe ſcripſit Evangelium ſimpliciter.

ADAM. Quòd ſi demonſtravero, non adfuiſſe *Paulum*; ſed, & conſecutis temporibus inſectatum fuiſſe Eccleſiam; an fies Chriſtianus?

MEG. An'non Chriſtianus ſum?

ADAM. Cujuſmodi tandem es Chriſtianus, qui ne ſuſtines quidem appellari nomine Chriſtiani? non enim vocaris Chriſtianus, ſed *Marcioniſta*.

MEG. Et Vos à *Catholicâ* Eccleſiâ ſortiti eſtis nomen: non eſtis igitur & vos Chriſtiani.

ἈΔΑΜ.

ἈΔΑΜ. Εἰ ἀνθρώπου τὴν προσωνυμίαν ἐκεκλήμεθα, καλῶς ἔλεξας. εἰ δὲ διὰ τὸ καθ' ὅλου τοῦ κόσμου εἶναι λεγόμεθα, τί ἐν τούτῳ φαῦλον;

f. ἔξεστιν. ΜΕΓ. Δεῖξον οὖν, εἰ οὐκ * ἔστιν ὄνομα ἀνθρώπου φέρειν.

ἈΔΑΜ. Ἔτι δείκνυμι, οὐ μόνον Ἐπισκόπου μὴ ἐξὸν εἶναι φέρειν ὄνομα, ἀλλὰ μηδὲ Ἀποστόλου. τίς μείζων ἦν, Μαρκίων, ἢ Παῦλος;

ΜΕΓ. Παῦλος.

ἈΔΑΜ. Ἄκουε οὖν, εἰ βούλει, τοῦ διενηνοχότος Παύλου προστάσσοντος·
» Ἠκούσθη μοι, φησὶν, ὑπὸ
» τῶν Χλόης, ὅτι ἔριδες εἰσὶν ἐν ὑμῖν,
» ὃς μὲν γὰρ ὑμῶν λέγει. Ἐγὼ μὲν
» εἰμὶ Παύλου· ἐγὼ δὲ Ἀπολλῶ,
» ἐγὼ δὲ Κηφᾶ. Μεμέρισται ὁ
» Χριστός; μὴ Παῦλος ἐσταυρώθη
» ὑπὲρ ὑμῶν, ἢ εἰς τὸ ὄνομα Παύλου
» ἐβαπτίσθητε;

ΜΕΓ. Σύ μοι ἐπιφέρεις τὸ ὄνομα· ἐγὼ Χριστιανὸς λέγομαι· καὶ γὰρ ὧδε λέγονται Σωκρατιανοί τινες.

ἈΔΑΜ. Ἐγὼ τὸ Σωκράτους ὄνομα ἀρνοῦμαι, οὐκ εἰδὼς τίς ἐστιν.

l. ἐπιφέρετε. ΕΥΤΡ. Εἰ ἀλλήλοις * ἐπιφέρεται τὰ ὀνόματα, ἀνάγκη ἀμφοτέρους ἀρνήσασθαι.

ἈΔΑΜ. Οὔπω οἶδα τίς ἐστι Σωκράτης· ἀρνεῖται καὶ οὗτος Μαρκίωνα;

ΜΕΓ. Μαρκίων Ἐπίσκοπός μου ἦν.

ἈΔΑΜ. Ἐξ ὅτου Μαρκίων ἐτελεύτησε, τοσούτων Ἐπισκόπων, μᾶλλον δὲ ψευδεπισκόπων, παρ' ὑμῖν

ADAM. Rectè quidem diceres, si hominis cognominationem susciperemus. Sin, propter universitatem, quæ per totum mundum dispersa est, sic appellamur; quid hîc subest mali? *Christiani non assumunt nomen ab hominibus.*

MEG. Proba igitur: fas non esse, hominis insigniri nomine.

ADAM. Ampliùs demonstrabo: non solùm non ab Episcopo; sed ne ab Apostolo quidem, licitum esse Nomen accipere. Uter fuit major, Marcion, an Paulus?

MEG. Paulus.

ADAM. Audi igitur, si placet, ipsum Paulum, qui præstantior erat, interdicentem: *Auditum est mihi*, inquit, *ab his qui sunt Chloës, quòd contentiones inter vos fiut. Nam alius vestrûm prædicat, Ego sum Pauli, ego autem Apollo, Ego verò Cephæ. num divisus est Christus? Num Paulus pro vobis crucifixus est? vel in Pauli nomine baptizati estis?* 1. Cor. 1. 11,12,13.

MEG. Tu mihi nomen attribuis: ego appellor Christianus. Quin & hîc quidā *Socratiani* nominantur.

ADAM. Ego prorsus inficior nomen *Socratis*: nescio, quis fuerit.

EUTR. Si uterque accersatis vobis nomina; necessum est, ut uterque illis renuntiet.

ADAM. Ego *Socratem*, quis fuerit, nescio; repudiat ne & ille *Marcionem*?

MEG. Episcopus meus fuit Marcion.

ADAM. Ex quo tempore Marcion è vitâ decessit, cùm tam numerosæ Episcoporum, imò veriùs Pseudepiscoporum, successiones

διαδοχαί γεγόνασι· διατί μὴ τῇ τῶν διαδόχων ἐπωνυμίᾳ κέκλησθε, ἀλλὰ τοῦ σχισματοποιοῦ Μαρκίωνος;

Ἐυτρ. Τοῦ Ἀποστόλου Παύλου αἰτιωμένου, διὰ τὸ, τινὰς ἐπ᾽ ὀνόματος αὐτοῦ, ἢ Ἀπολλῶ, ἢ Κηφᾶ φέρεσθαι. δείκνυται, μὴ δεῖν ὀνόματι Ἐπισκόπου κεχρῆσθαι. δεῖ γὰρ μᾶλλον τῷ διαφέροντι ὀνόματι προσπελάσαι, ἢ τῷ ἥττονι.

De tribus Principiis Marcionis. Μεγ. Ἐαὶ μοι συγχωρήσητε εἰπεῖν, δείξω, ὅτι καὶ τρεῖς ἀρχαί εἰσι· καὶ ὅτι ἄλλος ἐστὶν ὁ τοῦ Νόμου Θεὸς, καὶ ἕτερος Θεὸς ὁ πονηρός· καὶ ἀπὸ τῶν ἡμετέρων γραφῶν δείξω, ὅτι οὕτως ἔχει.

Ἐυτρ. Πρότερον δειχθήτω, εἰ

ἢ. legit Pic. τρεῖς ἀρχαί; * εἰ τρεῖς φύσεις; καὶ τότε φανήσεται ἡ ἑκάστου διοίκησις.

Ἀδαμ. Δεῖξον, ὅτι τρεῖς εἰσιν ἀρχαί καὶ τότε λέγε, ὃ βούλει.

Μεγ. Δεικνύω, ὅτι ὁ Δημιουργὸς ἄλλα ἐνομοθέτησε· καὶ ὁ Χριστὸς ἄλλα ἐναντία τούτου.

Ἀδαμ. Διὰ τὸ, διαφόρους καὶ ἐναντιουμένους τοὺς νόμους ὑπονοεῖν σε, διὰ τοῦτο οἴει, ἄλλον καὶ ἄλλον Θεὸν εἶναι;

Legem & Evangelium contrariari. Μεγ. Καὶ μάλα· ἑαυτῷ οὐδεὶς ποτε ἐναντιοῦται, οὐδὲ ἀντίκειται, ὥσπερ ἀντίκειται τὸ Ευαγγέλιον τῷ Νόμῳ.

Ἀδαμ. Τὸν δημιουργὸν Θεὸν ἔφης τῶν Ἰουδαίων εἶναι· μόνος καὶ εἷς ἐστὶν, ἢ πολλοί;

Μεγ. Εἷς, ὁ τῶν Ἰουδαίων.

extiterint; quamobrem, non successoris alicujus, sed illius schismatici Marcionis, nomē assumpsistis?

Eutr. Cùm Apostolus Paulus vitio dederit aliquibus, quòd ipsius, & Apollo, & Cephæ nominibus se venditarent; docuit pariter, fas non esse, nomen Episcopi usurpare. Magis enim convenit, ad excellentius nomen accedere, quàm ad inferius.

Meg. Si dicendi potestatem feceritis, ostendam: Tria esse principia: &, quod alius sit *Legis Deus*, alius *Deus ille malus*: & hæc è scripturis vestris demonstrabo, ita se habere.

Eutr. Primùm demonstretur, An tria sint Principia? an tres Naturæ? & tum liquebit, quæ sit cujusque dispensatio.

Adam. Ostende, Tria esse principia; & postea dic, quod lubet.

Meg. Ostendam: Conditorem illum alia legibus mandâsse, & Christum alia, huic contraria.

Adam. Quia nimirum suspicaris Diversas & inter se repugnantes esse leges; propterea, alium atque alium Deum esse, putas?

Meg. Et jā profectò. Nemo unquam sibi ipsi contrariatur, aut repugnat; sicut Evangelium Legi ex adverso repugnat.

Adam. Conditorem illum Deum, anteà * dixisti, Judæorum esse: an solus est & unus, vel multi sunt? ** sup. pag. 4. med.*

Meg. Unus est, nempe Judæorum ille.

Ἀδαμ.

'ΑΔΑΜ. Οὐδενὸς εἰκὸς μικροῦ* παραδείγματος ἅψασθαι, πρὸς τὸ συνετώτερον γενέσθαι τὸ λεγόμενον· ὃν τρόπον γυνὴ τετοκυῖα παιδίον, οὐ πρότερον τελείαν* τοῦτο προσκομίζει τὴν τροφήν. ἀλλὰ γαλακτοτροφεῖ· καὶ μετέπειτα μείζοσι καὶ ἰσχυροτέροις κέχρηται βρώμασιν. εἶδε γὰρ καὶ ὁ Ἀπόστολος Παῦλος, κατὰ προκοπὴν νομοθεσίας τοῖς ἀνθρώποις προσάγειν, λέγων·
„Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα,
„οὔπω γὰρ* δύνασθε, ἀλλ' οὐδὲ* ἔστι
„νῦν δύνασθε· ἔτι γὰρ σαρκικοί ἐστε.
Τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ Θεὸς, κατὰ γὰρ αὔξησιν τοῖς ἀνθρώποις ἐνομοθέτησεν· ἄλλα τῷ Ἀδὰμ, ὡς νηπίῳ, ἄλλα τῷ Νῶε, ἄλλα τῷ Ἀβραάμ· ἕτερα διὰ Μωϋσέως. καὶ ἄλλα διὰ τοῦ Εὐαγγελίου, κατὰ προκοπὴν δεχομένου τοῦ κόσμου, καὶ μεσάζοντος, καὶ τελειουμένου τὸ τέλειον τῷ τελείῳ ταμιευσάμενος. ἵν' οὖν μὴ δόξῃς, ἀσύστατόν με τὸν λόγον ποιεῖσθαι, παρέξομαι τὰς ἀποδείξεις· ὅπως ὁ αὐτὸς Θεὸς ἀμφότερα ἐνομοθέτησε. προστάττει γὰρ τῷ Ἀβραὰμ, φονεύειν αὐτοῦ τὸν υἱόν· μετὰ ταῦτα νομοθετεῖ διὰ Μωσέως, μὴ δεῖν φονεύειν· ἀλλὰ, τὸν δράσαντα ἀνδροκτονίαν, ἔχον ἀντανακτείνεσθαι. ἐπεὶ οὖν ὁ αὐτὸς δικαιοῖ, φονεύειν καὶ μὴ φονεύειν, δύο ἔφης εἶναι Θεοὺς καὶ ἠναντιωμένους* ἀλλήλους.

l. παραδείγματος. l. τούτῳ. l. δύνασθε. l. ἔτι. l. ἀλλήλοις.

ΕΥΤΡ. Ὁ αὐτὸς κελεύει φονεύειν, καὶ μὴ φονεύειν;

ΑΔΑΜ. Ὁ αὐτός· καὶ οὐ μόνον ἐν

ADAM. Non exiguum mihi exemplum videtur attingendum, quo planius fiat, quod dicitur. Quemadmodum mulier, quæ prolem peperit, non statim solidū illi exhibet cibum; sed lacte primùm molliusculè nutrit: ac deinde vegetioribus cibis utitur & fortioribus: (novit enim Apostolus etiam Paulus, hominibus juxta profectus eorum leges aptare, inquiens: *Lactis potione vos alui, non cibo; nondum enim poteratis: imò etiamnum quidem non potestis: adhuc namq; carnales estis.*) Consimili ratione usus est Deus. Nam & is, secundùm progressus hominum eis leges suas posuit. Adamo enim alia, velut infanti, proposuit; alia, Noę: Abrahamo alia: alia per Mosem sanxit: alia Evangelio prodidit: pro captu & profectibus Mundi, tùm nascentis, pòst medii, tandem adulti & perfecti: perfectis perfecta recondens. Sed, ne inconsistenti oratione me uti putes, evincam argumentis; unum Deum utriusque auctorem & Legislatorem fuisse. Mandavit enim Abraamo, ut suum filium interficeret: postea verò lege statuit per Mosem, Neminem interficiendum; sed, qui cædem fecerit, vicissim occidendum. Cùm igitur idem pro justo habeat, Occidere & Non-occidere: ideò Duos inquies Deos esse, sibique mutuò adversantes.

Vid. Not. 1. Cor. 3. 2, 3. Gen. 22. 2. Exod. 20. 13. Gen. 9. 6.

EUTR. Idem'ne præcipit Occidere, & Non occidere?

ADAM. Omninò idem. Nec in hoc solùm talia ipse præcepisse

τούτῳ

τούτῳ δέδειχε), ἀλλὰ καὶ ἐν πολλοῖς πολλάκις· καὶ ἔσθ' ὅτε μὲν νομοθετεῖ, θυσίας καὶ ὁλοκαυτώματα αὐτῷ προσφέρεσθαι· καὶ πάλιν, μὴ προσφέρεσθαι. ἀποκρινάσθω οὖν, εἰ

l. κελεύων. ἄλλος ἐστὶν ὁ * κελεύων σφάζεσθαι τὸν Ἰσαὰκ, καὶ ἄλλος προστάττων μὴ φονεύειν, καὶ θυσίας προσφέρεσθαι, καὶ μὴ προσφέρεσθαι.

Ἐυτρ. Οὕτως περιέχει ἐν τῇ

l. ἐπιτρέπων. γραφῇ· ποτὲ μὲν * ἐπιτρέπει θυσίαν προσκομίζειν, ποτὲ δὲ μὴ βούλεσθαι; τί λέγεις Μεγέθιε; ὁ αὐτός ἐστιν Θεὸς ὁ ἐναλλάσσων τοὺς νόμους, ἢ δύο εἰσὶν, ὧν ὁρίσω ἕνα τὸν δημιουργὸν εἶναι; καὶ οὐκέτι τρεῖς ἀρχαὶ, ἀλλὰ τέσσαρες, καὶ οὐχ ἵσταται ὑμῶν τὸ δόγμα.

Μεγ. Ὁ τῶν Ἰουδαίων, ὁ αὐτός ἐστιν ὁ Δημιουργός· ὁ δὲ ἡμέτερος, οὐκ ἔστιν αὐτοῦ υἱός.

Ἀδαμ. Ποία ἀπόδειξις οὖν, μὴ εἶναι τὸν Χριστὸν υἱὸν τοῦ Δημιουργοῦ.

Christum evertisse Leges Dei Creatoris. Μεγ. Ὅτι ὁ Χριστὸς ἀνέτρεψε τὰ τοῦ Δημιουργοῦ· καὶ δείκνυμι, ὅτι ἀνέτρεψεν.

Ἀδαμ. Δεῖξον, ὅτι ἀνέτρεψε.

I. Argumēt. Marcionis. Μεγ. Ὁ Θεὸς τῆς γενέσεως ἐντέλλεται Μωϋσεῖ ἐκβαίνοντι ἐκ γῆς

Ex 12.12. & 35. „ Αἰγύπτου, λέγων· Ἕτοιμοι γένεσθε
„ τὴν ὀσφὺν ἐζωσμένοι· τοὺς πό-
„ δας ὑποδεδεμένοι, τὰς ῥάβδους ἐν
„ ταῖς χερσὶν ὑμῶν, τὰς πήρας ἔχοντες
„ ἐφ' ἑαυτοὺς, χρυσὸν καὶ ἄργυρον, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ἀπενέγκασθε τῶν Αἰγυπτίων. ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν ὁ ἀγαθὸς, ἀποστέλλων τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει. Μήτε

legitur, sed & in multis aliis. Itaq; nonnunquam legem tulit de victimis & sacrificiis sibi offerendis; aliàs verò, non offerendis. Respondeat igitur, Num alius Deus fuit, qui Isaac mandavit occidendum; alius, qui hoc prohibuit? rursus, qui sacrificia offerre jussit, & qui non offerre?

Eutr. Sicci'ne in scripturis continetur; aliquando ut permittat fieri sacrificationes, aliàs ut aspernetur? quid refers *Megethi*? idemné Deus est, qui Leges immutat; vel bini sunt, quorum unum nobis Conditorem definivisti? Itaq; non jam Tria principia, sed quatuor erunt: & vestrum simul dogma non consistet.

Meg. Ille *Deus* Judæorum, idem Conditor est: at, qui noster est, non est ejus filius.

Adam. Quo tandem illud docebis argumento; Christum non esse filium illius Conditoris?

Meg. [Isto, inquā] quòd Christus omnia Conditoris acta perfregerit; & liquidè ostendam, Ea illum evertisse.

Adam. Quin probas, Quod everterit.

Meg. Deus ille generationis, Mosi ex Ægypto egredienti præcepit: Parati estote *lumbis præcincti, pedibus calceati, virgas in manibus vestris habentes, & sacculos super vos; aurum & argentum,* cæteraque omnia *auferte* ab Ægyptiis. Noster autem Dominus Bonus, discipulos suos per orbis universitatem ablegans, dixit: *Neque*

ὑπο-

„ ὑποδήματα ἐν τοῖς ποσὶν ὑμῶν,
„ μήτε πήραν, μήτε δύο χιτῶνας·
„ μήτε χαλκὸν ἐν ταῖς ζώναις ὑμῶν·
ἴδε, πῶς τηλαυγῶς ὁ ἀγαθὸς τοῖς ἐκείνου ἐναντιοῦται δόγμασιν.

ΕΥΤΡ. Τὸ αὐτό μοι φαίνεται τοῦτο, ὥσπερ τὸ φονεύειν καὶ μὴ φονεύειν, καὶ τὸ διδόναι θυσίας, καὶ μὴ διδόναι. ταυτὸν οὖν ἐστιν, καὶ τὸ λαμβάνειν ἀργύριον, καὶ πήραν, καὶ μὴ λαμβάνειν. Ζητῶ δὴ τοῦτο, εἰ, τοῦ δημιουργοῦ προστάξαντος τῷ Ἀβραὰμ φονεύειν τὸν υἱὸν, ἄλλος ἐστὶν ὁ νομοθετήσας μὴ φονεύειν, καὶ ἄλλος ὁ τῷ Ἀβραὰμ προστάξας;

ΑΔΑΜ. Εἰ δὲ εἷς ἐστιν, ὁ ταῦτα νομοθετήσας τὰ ἠναντιωμένα, ἅπερ αὐτὸς ἐδοκίμασεν εὖ ἔχειν· εἰ καὶ ὑμῖν δοκοῦσιν ἐναντία εἶναι· πῶς διὰ τὸ δοκεῖν ἠναντιῶσθαί τινα τῶν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ταῖς τοῦ Νόμου προστάξεσι, δύο λέγεις εἶναι Θεοὺς, τοὺς προστάσσοντας μὴ δείξας; πῶς οὖν ὁ αὐτὸς τοῦ Νόμου Θεὸς, εἷς ὢν, εἶπε, φονεύειν, καὶ μὴ φονεύειν; εἰ δ᾽ ἐξὸν αὐτῷ ὡς Θεῷ, κατὰ καιροὺς, ὃ βούλεται, μᾶλλον δὲ ὃ δοκιμάζει χρήσιμον, νομοθετεῖν· ὁ αὐτὸς δείκνυται, ὁ προστάξας λαμβάνειν ἐφόδια τῆς ὁδοῦ, καὶ μὴ λαμβάνειν. Τὴν δὲ αἰτίαν τούτων, ἐγὼ εἰπεῖν οὐκ ἔχω· τὰ δὲ πράγματα ὅμοια τυγχάνει.

ΕΥΤΡ. Τί λέγεις Μεγέθιε; ὁ αὐτὸς Θεὸς εἷς ἐστιν, ἢ δύο, οἱ ἐν τῷ νόμῳ ἐναντία προστάσσοντες;

ΜΕΓ. Οὗτος μὲν ὁ αὐτός ἐστιν· ὁ δὲ Χριστὸς οὐκ ἔστιν αὐτοῦ υἱός.

calceamẽta in pedibus veſtris, neq; ſac- Matt.10.10.
culũ, neq; binas tunicas, neq; æs in Zonis Luc.10.4.
veſtris. Ecce! quàm luculẽter Bonus iſte noſter, illius decretis repugnet.

Eutr. Iſtud quidem, *argentum & peram accipere*, *& non accipere*, idem omninò mihi videtur, quod *Occidere* & *non occidere*, *Sacrificia dare* & *non dare*. Ergo iſtud quæro: cùm ille Conditor Abraamo mandârit, ut filium ſuum jugularet; alius'ne ſit ille Legiſlator, qui ſanxit, Nõ eſſe occidendũ; & alius, qui Abraamo contrarium mandaverat?

Adam. Quòd ſi Unus ſit, qui hæc pugnãtia ſanxerit, quę quidẽ ceu bona & recta etiam ipſe approbârit (quantumvis nobis videantur diſcrepãtia eſſe) quomodo exinde, quòd aliqua in Evangelio videntur eſſe quibuſdam legis ſanctionibus contraria, colligis, Duos eſſe Deos; cùm tamen eos, qui illa jubent, non demonſtres? Quomodo igitur ipſe idem Legis Deus, unus cùm ſit, dixit, Occidendum, & Non occidendum? Si verò ipſi liceat, tanquam Deo, juxta opportunitates, quicquid voluerit; imò verò, quod utile arbitratur; legibus mandare: apertum ſit, Eundẽ eſſe, qui præcepit, ut viatica ſumerent, & non ſumerent. Cauſam verò horum ego non poſſum dicere: res autẽ mihi ſimiles videntur eſſe.

Eutr. Quid ais *Megethi*? ille Deus nunquid unus eſt, an Duo, qui in Lege pugnantia mandant?

Meg. Ille quidem idem eſt: attamen Chriſtus non eſt ejus filius.

ΕΥΤΡ. Εἰ διὰ τὸ δοκεῖν ἐναντιοῦσθαι τὰς νομοθεσίας λέγεις, * ἀλλ' οὐ υἱὸν εἶναι τὸν Χριστὸν, πλάττῃ Μεγέθιε· * ἐδείχθη γὰρ ὁ αὐτὸς τὰ ἴδια ἀνατρέψας, ὡς καὶ αὐτὸς ὡμολόγηκας.

l. ἄλλου.
l. ἰδ. ἀχ-

ΑΔΑΜ. Καὶ εἰ ἦν ὁ προέτεινε κεφάλαιον, ἐδεικνύετο ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ· Ὅμως δὲ δείκνυμι, μὴ εἶναι ἐναντίον τοῦτο, ἀλλὰ διαφορὰς πραγμάτων· οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ὑπὸ Χριστοῦ πεμπόμενοι, εἰρήνην εὐαγγελίσασθαι ἀπεστέλλοντο· οἱ δὲ ἐξ Αἰγύπτου, πολέμῳ ἐδιώκοντο ὑπὸ τῶν ἰδίων·
Gen. 9. 25. „ Χὰμ γὰρ παῖς οἰκέτης
„ ἔσται τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, φησὶν ἡ γραφὴ περὶ τῶν υἱῶν τοῦ Νῶε, Σὴμ, Χὰμ,
„ Ἰαφέθ. Χὰμ παῖς οἰκέτης ἔσται τῶν
„ ἀδελφῶν αὐτοῦ οἰκετῶν. Ἔδει οὖν τοὺς οἰκέτας, τοὺς τὸν πόλεμον αἱρησαμένους, ὑπὸ πολέμου ἀναλωθῆναι· καὶ τὸ εὐαγγέλιον δὲ οἶδε τοὺς κακοὺς ἀμύνεσθαι καὶ φονεύειν, οὕτω γὰρ λέγει.
Matt. 24. v. 50. „ Ὅτι ἥξει ὁ Κύριος τοῦ κακοῦ δούλου
„ ἐν ἡμέρᾳ, ᾗ οὐ γινώσκει, καὶ ἐν ὥρᾳ,
„ ᾗ οὐ προσδοκᾷ, καὶ διχοτομήσει αὐ-
„ τὸν, καὶ θήσει τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν
l. ἀπίστων. V. Not. * ἀπιόντων. Ἔστι τοίνυν δίκαιον τοὺς πολεμοῦντας ἀδίκως, ἀντιπολεμεῖσθαι δικαίως. Οὕτως τοίνυν δίκαιον, τοὺς εἰρήνην εὐαγγελιζομένους, δί-
f. ἄλλως. χα ὅπλων εὐαγγελίσασθαι. * ἄλλως δὲ καὶ Ἡσαΐας ὁ Προφήτης
Esa. 52. 7. „ ἔλεγεν, Ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν
„ εὐαγγελιζομένων εἰρήνην. ἦν δὲ παρὰ τῷ προφήτῃ καὶ διεδοκιμασμένος ὁ καιρὸς, πότε τὰ ὅπλα

EUTR. Si eâ de causâ, Christum Alterius filium esse, dicas; quòd Legum quædã videatur esse repugnantia; simulas tu quidẽ *Megethi*. Siquidẽ jam patefactum est, Eundem ipsũ leges etiã suas exauctorare. quod etiam ipse confessus es.

ADAM. Etiamsi, quod antea pro capite & firmamento sumsit, consisteret; demonstratum tamen esset, Unius hæc & ejusdem Dei esse. Veruntamẽ ostendo, hoc non esse contrarium, sed rerum tãtummodò differentias arguere. Nam, qui ab Hierusalem à Christo mittebantur, illi quidem annunciandę pacis gratiâ dimittebantur: qui verò ex Ægypto; bello suorum hominum divexati fuerunt. *Cham enim puer servus erit fratribus suis*, ait Scriptura de filiis Noë, Sem, Cham, & Japhet: *Cham servus servorum erit fratribus suis*. Oportuit igitur, domesticos servos, qui bellum hoc præoptârunt, bello exscindi. Quin imò etiam Evangelium novit, malos ulcisci & occidere. Sic enim loquitur: *Veniet Dominus servi illius nequam, ad diem quam ignorat, & ad horam, quam non expectat; & dissecabit illum, & partem ejus reponet cum incredulis*. Quocirca justum est, ut qui bellum injustè moverunt, justis armis opprimantur. Sic etiam par est, ut qui pacẽ prædicãt, absq; armis prædicent. præsertim cùm aliàs quoque Esajas Propheta dixerit: *Quàm speciosi sunt pedes Evangelizantium pacem*. Quin & exquisita est apud Prophetam illũ temporis denotatio, quando arma

συγκα-

» συγκοπῆναι ἔδει. Φήσαντος, Ἐκ
» Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος
» Κυρίου ἐξ Ἱερουσαλὴμ, καὶ κρινεῖ ἀνὰ
» μέσον ἐθνῶν, καὶ ἐλέγξει λαὸν πολὺν καὶ
» συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν
» εἰς ἄροτρα, καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς
» δρέπανα· καὶ οὐ μὴ λήψεται ἔθνος ἐπ'
» ἔθνος μάχαιραν, καὶ οὐ μὴ μάθωσιν
» ἔτι πολεμεῖν.

ΕΥΤΡ. Αὕτη οὐκ ἔστιν ἐναντίωσις, ὁπότε ἐδείχθη καὶ ὁ Χριστὸς τοὺς κακοὺς ἀμυνόμενος, λέγων, διχοτομεῖσθαι τὸν δοῦλον τὸν κακόν.

ΜΕΓ. Ὁ Προφήτης τοῦ Θεοῦ τῆς γενέσεως, πολέμου συσταθέντος πρὸς τὸν λαὸν, ἀναβὰς ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ ὄρους, ἐξέτεινε τὰς χεῖρας αὐτοῦ πρὸς τὸν Θεὸν, ἵνα πολλοὺς τῷ πολέμῳ ἀνέλῃ. Ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν, ἅγιος ὢν, ἐξέτεινε τὰς χεῖρας αὐτοῦ, οὐχὶ τοῦ ἀνελεῖν τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ τοῦ σῶσαι· Τί οὖν ὅμοιον, ὁ μὲν διὰ τῆς ἐκτάσεως τῶν χειρῶν ἀναιρεῖ, ὁ δὲ σώζει;

ΑΔΑΜ. Ἀναγκαῖον ἂν εἴη, ἀκριβῶς τὰς ἐκτάσεις ἀμφοτέρων δοκιμάσαι, Μωσέως τε καὶ τοῦ Χριστοῦ· καὶ ἐὰν μὲν ὅμοιαι, εὖ ἂν ἔχοι· εἰ δὲ ἐναντίαι πρὸς ἀλλήλας, * ἀποδεκτέον· καὶ ἡ Μωσέως γὰρ ἔκτασις τῶν χειρῶν, τὸν λαὸν πιστὸν τῷ Θεῷ ἔσωσε, τοὺς δὲ ὑπεναντίους ἀπώλεσε· καὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ οὕτως ἐποίησεν. Εἰ μὲν οὖν ἔκτασις τῶν χειρῶν τοῦ Χριστοῦ πάντας ἔσωσε, πιστούς τε καὶ ἀπίστους, καὶ φονεῖς, καὶ μοιχοὺς, δοκεῖς τι λέγειν· εἰ δὲ οἱ πιστεύσαντες μὲν αὐτῷ ἐσώθη-

* l. ἀποδεικτέον.

confringi oportuit. Dicit enim: *De Sion exibit Lex, & Sermo Domini de Hierusalē: & judicabit in medio gentiū, & populum copiosum arguet; & gladios suos concident in aratra, & lanceas suas in falces, nec gens in gentem sumet gladium, nec ultrà bellum discent gerere.* Es. 24.3.4.

EUTR. Non est hîc ulla repugnātia: quum sit probatum, etiam Christum pœnam irrogare malis, cùm dicit; *nequam illum servum esse medium dissecandum.*

MEG. Propheta Dei Creationis, prælio contra suum populum instante, verticem montis conscendens, manus suas expandit ad Deum, quò multos bello tolleret: at noster Dominus, sanctus videlicet, manus suas non pro internecione hominum extendit, sed pro eorum conservatione. Quid ergò simile est: cùm ille manuum extensione deleat, hic servet? *4. Argum. Marcionit.* Ex. 17.8.11.

ADAM. Necesse est, ut expansiones manuum utriusque tam Mosis quàm Christi, accuratè consideremus: & siquidem fuerint similes, bene habet; sin adversæ inter sese, id sanè demonstrandum. Etenim manuū Mosis extensio populum quidem Deo credentem servavit; adversarios autem extinxit. Sic etiam illa Christi fecit. Siquidem igitur extensio manuum Christi omnes servaret, tam credentes quàm incredulos, & homicidas, & adulteros; videris ratione aliquâ niti. Sin verò credentes quidem in ipsū salutē sunt conse-

σιν· οἱ δὲ ἀπιστήσαντες αὐτῷ ἀπώλοντο, ὡς ὁ Ἀμαλὴκ, τί ἐναντίον; Καὶ γὰρ μετὰ τὴν ἔκτασιν τῶν χειρῶν τοῦ Χριστοῦ, τῶν ἀπίστων καὶ ὁ ναὸς, καὶ ἡ πόλις κατεστράφη· καὶ διεσπάρη ὁ λαὸς, καὶ ἀπώλετο. Ὁμοία τοίνυν ἐστὶν ἡ ἔκτασις τῶν χειρῶν ἀμφοτέρων, προτύπωσις τοῦ Χριστοῦ ἡ Μωσέως γινομένη· ἄμφω γὰρ τοὺς μὲν πιστοὺς ἔσωσαν, τοὺς δὲ ἀπίστους ἀπώλεσαν.

ΜΕΓ. Οὐκ ἔστιν ἴσον, οὔτε ὅμοιον.

ΕΥΤΡ. Δοκεῖς μοι, μὴ νοεῖν τὰ λεγόμενα· τότε γὰρ δοκεῖ διαλλάττειν, ὁπόταν ὁ εἷς τοὺς * πολλοὺς σώσῃ, ὁ δὲ ἕτερος τοὺς ἀπίστους· ἀμφότεροι δὲ εὑρίσκονται τὸ αὐτὸ προτρέποντες· οὐδὲν οὖν τὸ ἀντιπίπτον. Λέγε, εἴ τι ἕτερον ἔχεις.

I. πιστὰς. Vid. Not.

3. *Argumēt. Marcionit.* Matth. 5. v. 43, 44.

ΜΕΓ. Ὁ ἐν τῷ νόμῳ Κύριος
λέγει· Ἀγαπήσεις τὸν ἀγαπῶντά σε, καὶ
» μισήσεις τὸν ἐχθρόν σου· ὁ δὲ Κύριος
» ἡμῶν, ἀγαθὸς ὢν, λέγει· Ἀγαπᾶτε τοὺς
» ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν
» διωκόντων ὑμᾶς.

ΑΔΑΜ. Εἰ μὲν γὰρ ἐν μόνῳ
τῷ εὐαγγελίῳ ἔκειτο, καλῶς ἔλεξας.
Εἰ δὲ καὶ ἐν τῷ νόμῳ εὑρίσκομεν διε-
Ex. 23. 4, 5. σταλμένον, Ἐὰν ἴδῃς, φησὶ, τὸν βοῦν ῥεμ-
» βόμενον τοῦ ἐχθροῦ σου, οὐκ ἐάσεις αὐτὸν
I. ἀνάξας, Vid. Not. » ἀπολέσθαι· * ἀνοίξας ἀποδώσεις αὐτῷ
» τὸν βοῦν αὐτοῦ· καὶ πάλιν φάσκει, Ἐὰν
» ἴδῃς τὸν ὄνον τοῦ ἐχθροῦ σου ἐν τῇ ὁδῷ πε-
» σόντα, οὐ μὴ ἀντιπαρέλθῃς αὐτὸν,
» ἕως ἐπάρας γομώσῃς τὸν ὄνον. Ἀλλ'
οὖν γε καὶ ὅτε λαὸς ἐπῆλθεν ἀνε-
λεῖν Μωϋσέα, καὶ ἐπεσκίασεν

cuti, non-credentes autem interierunt; (perinde ut Amalec:) quid dissentaneum est *utrinque*? Imò, post illam extensionem manuum Christi, Templum simul & Urbs eorum incredulorum eversa fuerunt, populusq; dispersus fuit, & periit. Proinde compar fuit utriusque manuum extensio: & illa Mosis, præfiguratio fuit ejus, quæ *erat* Christi: Ambo siquidem credentes servârunt, at incredulos perdiderunt.

MEG. Nec par est, neq; simile.

EUTR. Videris mihi, non intelligere quæ dicuntur. Tum enim res discrepare videntur, cùm unus fidelibus, alter verò infidelibus salutem confert. Atqui, utrumque idem effecisse, compertum est. Nihil igitur est, quòd hîc contraveniat. Dic age, si quid aliud habes.

MEG. Legalis Dominus inquit: *Diligentem Te diliges, & odio persequeris inimicum tuum*: Noster verò Dominus, qui Bonus est, ait: *Diligite inimicos vestros, & orate pro insectantibus vos.*

ADAM. Pulchrè quidem abs te dictum fuisset, siquidem in Evangelio solo esset positum. Si verò etiam in Lege invenitur præscriptum: *Cùm videris*, inquit, *bovem inimici tui errantem, non sines eum perire, sed aperies & restitues illi bovem suum.* Et rursum dicit: *Si videris asinum inimici tui in viâ collapsum, non præteribis illum, quoad erectum asinum rursus oneraveris.* Itaque cùm populus impetum fecisset ad tollendū è vita Mosem, *& inumbravit*

ἡ δόξα

ἡ δόξα Κυρίου· ἦν δὲ ὅσιον, τοὺς
ἐπελθόντας ἐχθρῶν δίκην ἀναιρεῖ-
» σθαι· καὶ ἔπεσε, κατὰ τὸ γεγραμμένον,
» ἡ θραῦσις· καὶ ἔμελλεν ὄλλυσθαι ὁ
λαὸς, εἰ μὴ Μωϋσῆς, παραπέμψας
τὴν ἔχθραν, ἐδεήθη τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ
» τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, εἰπών· Ἀαρὼν,
» ἀπάντησον τῷ ὀλοθρευτῇ, λαβὼν
» ἐν τῇ χειρί σου τὸ πυρεῖον· ἀκούσας
» Ἀαρὼν ἀπήντησε, καὶ ἐκόπασεν ἡ
θραῦσις. Ἀλλὰ καὶ Δαβὶδ διωκόμε-
νος ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ, καὶ εὑρὼν τόπον
ἀνελεῖν αὐτὸν, οὐκ ἀνεῖλεν, ἀλλὰ
τοὐναντίον, εὐχὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ποιεῖ-
ται· ἀλλ' οὖν γε καὶ Ἱερεμίας βλη-
θεὶς ὑπὸ ἐχθρῶν εἰς * λάκκαν, οὐκ (l. λάκκον.)
ἐμνησικάκησεν, ἀλλὰ τοὐναντίον, καὶ
αὐτὸς ηὔχετο ὑπὲρ αὐτῶν. Λέγει δὲ ἐν
» τῷ γράμματι τοῦ Εὐαγγελίου· Ἀναχω-
» ρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνο-
μίαν· Ὁρᾷς, ὅτι συνᾴδει τὸ Εὐαγγέ-
λιον τῷ Νόμῳ.

ΜΕΓ. Ἐν τίνι συνᾴδει;

ΕΥΤΡ. Πῶς οὐκ ἔστι τὰ αὐτά;
ἃ προέτρεψεν ὁ Χριστὸς γενέσθαι, ταῦ-
» τα ἐν τῷ νόμῳ γέγονεν. Ἐχθροὺς ἀγα-
» πᾶν προσέταξε, καὶ ὁ νόμος ἐχθροὺς
μὴ ἀμύνεσθαι προσέταξεν. ἀλλ'
οὐδὲ μέχρι βοὸς, ἢ ὄνου παρορᾶν κε-
λεύει. Πῶς δὲ καὶ ὁ Χριστὸς οὐ μισήσει τοὺς
τὰ φαῦλα πράσσοντας, ὡς ἐχθρούς;
» λέγων· Ἀναχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ. Τοῦτο οὐκ
ἔστιν ἀγάπης, τὸ ἀπώσασθαι τοὺς ἐχθρούς.

ΜΕΓ. Ὁ Προφήτης τοῦ Θεοῦ τῆς γε-
νέσεως, ἵνα πολεμῶν πλείονας ἀνέ-
λῃ, ἔστησε τὸν ἥλιον, τοῦ μὴ δῦσαι
μέχρι συντελέσῃ ἀναιρῶν τοὺς πο-

eum gloria Domini: (erat autem ju- Num. 16. v.42,&c.
stum, irruentes illos ad instar ho-
stium è medio tolli:) *& irruit*,
sicut scriptum est, *plaga*: & jam-
jam periturus erat populus, ni-
si Moses, depositis inimicitiis, pro
inimicis suis Deum precibus soli-
citâsset; dicens Aaroni: *Occurre Va-* Num. 16. 46-48.
*statori, & cape tibi acerram in manu
tuâ. Audiens Aaron occurrit, ac conti-
nuò cessavit plaga.* Quinetiā David
persecutione Saulis appetitus, et- 1. Reg. 24. & 26.
si locus ei dabatur illius interi-
mendi, non tamen interemit; imò
contrà, pro eo preces fudit. Porrò,
& Hieremias, conjectus ab inimi- Jer. 38. 6. 20.
cis in foveam, non recordatus fuit
injuriarum, sed è contrario ipse
quoq; pro illis deprecatus est. Evā-
gelicis deinde literis dicit: *Discedi-* Matt. 7. 23.
te à me, qui operamini iniquitatem.
Vides, Evangelium Legi con-
sentire.

MEG. In quo consentit?

EUTR. Quid ni eadem sint?
nempe, quae Christus proposuit
faciunda, illa ipsa in Lege praestita
fuerunt. Praecepit ille, *Diligere ini-
micos*: Lex itidem, ultionem nul-
lam inimicis inferre, praecepit;
imò nec bovem, nec asinum ejus
negligi jussit. Quomodo verò
Christus non oderit maleficos in-
star hostium? dicens illis, *Discedite
à me*. Hoc certè non est amoris *in-
dicium*, Repellere *aliquos ut* hostes.

MEG. Propheta Dei creationis, 4. Argum. Marcionit.
quò plures belligerando confice-
ret, Solis occasum sistebat, dum Jos. 10. 13.
internecio facta fuisset eorum, qui

πολεμοῦντας πρὸς τὸν λαόν. Ὁ δὲ Κύ-
Eph. 4. 26. ριος ἀγαθὸς ὢν λέγει· Ὁ ἥλιος μὴ
» ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν.

ἈΔΑΜ. Πέρα τοῦ, τοὺς ἀδίκως πό-
λεμον κατὰ δεσποτῶν συστησαμένους
ὅσιον δικαίως ἀναιρεῖσθαι, ἀποδέδει-
κται· ἐξ ὧν καὶ ὁ Χριστὸς τὸν φαύλως
Matt. 22. 13. ἀναστραφέντα, κελεύει βληθῆναι εἰς
& 25. 30. » τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, ὅπου ὁ κλαυ-
» θμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. Ἕνε-
Eph. 4. 26. » κεν δὲ τοῦ, ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ
» τῷ παροργισμῷ ὑμῶν· τοῦτο δείκνυ-
ται, οὐ μόνον δι' ἐντολῆς ἐν τῷ νόμῳ,
ἀλλὰ δι' ἔργου γεγονός· ὡς γέγραπται·
Num. 12. ὅτι παρώργισαν τὸν Μωϋσῆν ἐν τοῖς ἔρ-
γοις αὐτῶν Ἀαρὼν καὶ Μαρία ἡ
ἀδελφὴ αὐτοῦ. Συμβῆναι δὲ τὴν Μα-
ρίαν λέπρα περιπεσεῖν διὰ τὸν πα-
ροργισμόν. Ὁ δὲ Μωϋσῆς παρὰ τοῦ Ἀα-
Vid. Not. ρὼν οὐκ ἀνέμεινε, τὸν ἥλιον δῦσαι·
ἀλλὰ τοὐναντίον ἱκέτευσε τὸν Θεόν,
ἰαθῆναι τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ. Ὅρα
τοίνυν, ὅτι καὶ ἐν τῷ νόμῳ τοιαῦτα
Vid. Not. ἐγίνετο* πῶς μὴ ἐπιδύῃ ὁ ἥλιος
ἐπὶ τῷ παροργισμῷ. Ἀλλὰ μὴν καὶ
Zach. 7. 10. ὁ Προφήτης κηρύσσει ἀναφανδόν, Μὴ
» μνησικακείτω ἕκαστος πρὸς τὸν πλη-
l. ὅδε. » σίον αὐτοῦ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν.* Ὁ δὲ
πέφηνε τοίνυν, καὶ ἐν νόμῳ, καὶ ἐν εὐ-
Eph. 4. 26. » αγγελίῳ εἶναι τὸ, ἥλιος μὴ ἐπιδυέ-
» τω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν.

ΜΕΓ. Οὐδὲ γέγραπται τοῦτο ἐν τῷ νόμῳ, περὶ τοῦ μὴ ἐπιδύειν τὸν ἥλιον· τί ἄλλα ἀντ' ἄλλων λέγεις;

ἘΥΤΡ. Βούλει μόνον φιλονεικεῖν ἀδίκως, Μεγέθιε· ἐρρήθη καὶ ἔργῳ, καὶ τῷ ἐπαγγελίᾳ γὰρ [illegible] ἐν τῷ νόμῳ.

contra populum pugnabant. Dominus autem, qui Bonus est, dicit: *Sol ne occidat super iracundiam vestrã.*

Adam. Equidem illud; si qui adversùs Dominos arma injustè corripiant, eos excindi justè, licitum esse piumque; demonstratum est. * Ideò Christus etiã ipse eum, qui sceleratè vixit, *in tenebras exteriores praecipitem dari* jubet, *ubi ploratus est, & stridor dentium.* Quod verò ad illud: *Sol ne occidat super exacerbationem vestram*; hoc ostenditur, in Lege non modò praecepto, sed etiam opere ipso factum. Sicut scriptum est; *Aaronem*, & *Mariam* sororem ejus, factis suis iritâsse *Mosem*: & inde, propter hanc iritationem, *Mariam* in lepram incidisse: *Mosem* autem *opem illi* ab *Aarone* non expectavisse, donec Sol occideret; sed contrà, Deum rogavisse supplicẽ, ut soror ipsius sanaretur. Quamobrem vide, haec etiam in lege usu venisse, ut super iracundia Sol non occiderit. Verùm etiam Propheta concionatur clarissimè: *Ne sitis memores injuriarum quisque adversùs proximum suum in cordibus vestris.* Ex quo patescit: tum in Lege, tum in Evangelio illud extare: *Sol ne occidat super iracundiã vestrã.*

* sup. pag. 18. med.

Meg. Neutiquam verò hoc uspiam in Lege scriptum est; ne Sol occidat, &c. Quid alia pro aliis profers?

Eutr. Tu verò *Megethi*, tantummodò contendere vis absque justa causa. Nã illud, tã facto, quàm mãdato, expressum in Lege reperitur.

τὸ γὰρ

τὸ γὰρ παραγγεῖλαι τὸν Προφήτην, μὴ μνησικακεῖν, οὐ δοκεῖ σοι ἀκριβέστερον εἶναι; ὁ μὲν οὖν Χριστὸς κἂν μιᾶς ἡμέρας προθεσμίαν τῷ παροργισμῷ ἔδωκεν, ὁ δὲ ὁ Προφήτης, οὐδὲ ὅλως μνησικακεῖν, προσέταξε.

ΜΕΓ. Ὡς φαίνεται, οὐ δικαστὴς εἶ, ἀλλὰ ἀντίδικος.

ἈΔΑΜ. Οὐκ Εὐτρόπιος ἀντίδικός σου ἐστὶν, ἀλλ' ἡ ἀλήθεια· αὕτη γὰρ ἀντιδικεῖν τοῖς ψευδηγόροις πέφυκε. καὶ γὰρ ἀήττητος καὶ ἀθάνατος ὑπάρχει ἡ ἀλήθεια, βλάστημα τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ οὖσα.

ΕΥΤΡ. Οἱ παρόντες ἀκροαταὶ λεγέτωσαν, εἰ παρὰ τὸ δίκαιον ἀπεφηνάμην· καὶ γὰρ αὐτὸς Ἕλλην ὤν, βούλομαι Χριστιανὸς γενέσθαι· ἀνάγκη οὖν τὸ κρεῖττόν με αἱρήσασθαι.

ΜΕΓ. Δείξω, ὅτι ἠναντίωται τὸ Εὐαγγέλιον τῷ Νόμῳ.

ΕΥΤΡ. Τὸ ἠναντιῶσθαι, οὐκ ἤδη δύο Θεοὺς δείκνυσι· καὶ γὰρ ὡμολόγηται ὑπὸ σοῦ, ὅτι εἷς ἦν ὁ λέγων, φονεύσον, καὶ μὴ * φονεύσῃς.

† φονεύσεις.

ΜΕΓ. Ἐκ τούτου δείκνυται μὴ ὢν ἀγαθὸς ὁ δημιουργὸς, ὅτι ἑαυτῷ ἐναντιοῦται.

ἈΔΑΜ. Εἰ διὰ τὸ, διαφόρους νόμους αὐτὸν τεθεικέναι, λέγεις, αὐτὸν μὴ εἶναι ἀγαθόν· ἄκουε ἴσος ὤν, ὅτι καὶ ὁ Χριστὸς οὐδὲν διαλλάττει αὐτοῦ, ἀλλὰ ἴσως τοῦ δημιουργοῦ, καὶ αὐτὸς διάφορα νομοθετεῖ· λέγει γάρ, Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν· καὶ μετὰ ταῦτα λέγει τοῖς ἐχθροῖς τῆς πίστεως, Πορεύεσθε εἰς τὸ * σκότος τὸ ἐξώτερον. Πῶς ἠγάπα

* πρὸς τὸ αἰώνιον. V. Not.

Quòd enim Propheta mandat, *injuriarum* prorſus *obliviſci*, non'ne exactius videtur eſſe? præſertim, cùm Christus unius diei terminum iræ indulgeat; Propheta autem, omnẽ prorſus injuriarum memoriam deponendam eſſe, præcipiat.

MEG. Non mihi tu judicem agere videris, ſed adverſarium?

ADAM. Nequaquam *Eutropius* adverſarius tuus eſt, ſed ipſa Veritas. Illa enim adverſari ſolet mendacibus. Nimirum invicta & immortalis eſt Veritas: quippe Dei ipſius Boni germen & ſurculus. NB.

EUTR. Judicent ſanè ii, qui coràm adſunt auditores, nunquid præter æquum dixerim? nam & ipſe, Græcus licèt ſim, Christianus fieri pervelim: ideoque oportet, meliori me ſententiæ accedere.

MEG. Oſtendam, Legi repugnare Evangelium.

EUTR. Repugnantia illa non *illicò* Duos Deos demonſtrat: quoniam tute confeſſus es, Unum & eundem dixiſſe, Occide, & Non occidas.

MEG. Ex eo *interim* conficitur, Conditorem illum Bonũ non eſſe; ut qui ipſe ſibi contrariatur.

ADAM. Si, quòd diverſas leges ille poſuit, idcirco eum eſſe Bonum neges; æquâ mente & hoc audi: Christum ab illo non diſtare, ſed pariter cum Conditore illo etiam ipſum diſcrepantes leges ſanxiſſe. Ait enim, *Diligite inimicos veſtros*: & deinde dicit inimicis fidei, *Ite in tenebras exteriores.* Quomodo diligit inimicos, Matt. 5. 44. Matth. 25. v. 30. & 41.

τοὺς

τοὺς ἐχθροὺς, οὓς ἀπέστελλεν εἰς τὸ σκότος
τὸ ἐξώτερον; ἐν τούτῳ ποία ἀγάπη;

5. Argum. Marcionis. ΜΕΓ. Ἐν τῷ νόμῳ λέγει, Ὀφθαλ-
Ex. 21. 24. μὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ
ὀδόντος. Ὁ δὲ Κύριος, ἀγαθὸς
Matth. 5. v. 39. ,, ὢν, λέγει ἐν τῷ εὐαγγελίῳ· Ἐάν τίς σε
,, ῥαπίσῃ εἰς τὴν σιαγόνα, παράθες
Luc. 6. 29. ,, αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην.

ΑΔΑΜ. Κάλλιστα καὶ ἁρμοδίως
τίθενται αἱ φωναὶ νομοθεσίας. ἡ μὲν
Ex. 21. 24. γὰρ πρώτη ἐν τῷ νόμῳ, ὀφθαλμὸν
Matt. 5. v. 38. ,, ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, φόβῳ συγκέκραται.
ὅπως μή τις τολμήσῃ θατέρου
l. παύσωνται. ὀφθαλμὸν ἐξελεῖν, καὶ * παύσονται τῆς
πρὸς ἀλλήλους μνησικακίας. Ὥσπερ
οὖν ἐν τῷ νόμῳ ὁ φόβος ἐκώλυσε τὴν
μάχην, οὕτως καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ
τὸν αὐτὸν τρόπον κεκώλυται, μὴ διὰ
τὸ ἐλάχιστον ῥάπισμα ἀντιλέγειν
καὶ μνησικακεῖν, ἀλλὰ εἴκειν καὶ πεί-
θεσθαι. ταῦτα τοίνυν ἐστὶ φόβος καὶ
ἐπιείκεια, ἀμφότερα εἰρήνης κα-
τασκευαστικά· καὶ ὃς μὲν διὰ τὸν
φόβον πέπαυται τῆς μάχης, ὃς δὲ διὰ
τῆς ἐπιεικείας τὴν εἰρήνην ἠσπάσατο. εἰ
δὲ μόνον ἐν τῷ Νόμῳ τὰς ἀνταποδόσεις
λελέχθαι λέγεις, ἄκουε τοῦ εὐαγγελίου
Matt. 7. 2. ,, λέγοντος· ᾧ μετρεῖτε μέτρῳ ἀντιμε-
l. μάθετε. ,, τρηθήσεται ὑμῖν· * μάθετε σαφέστερον ἐκ
2. Cor. 5. v. 10. ,, τοῦ αὐτοῦ εὐαγγελίου ὅτι ἕκαστος, κα-
,, θὸ ἔπραξε τοῦτο κομίζεται· ὥσπερ
Matth. 10. ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, ἐν τῷ
v. 33. ,, λέξαι· Ὅς ἂν με ἀρνήσηται ἔμπροσθεν
,, τῶν ἀνθρώπων, ἀρνήσομαι κἀγὼ αὐ-
,, τὸν ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός μου, τοῦ ἐν
,, οὐρανοῖς. Δέδεικται τοίνυν καὶ διὰ Νό-
μου καὶ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου, ὅτι ἑκα-

quos *in tenebras exteriores* amādat? In hoc, qualis tandem charitas?

MEG. In Lege ait: *Oculum pro oculo, dentem pro dente*: at Dominus, utpote Bonus, in Evangelio dicit: *Si quis Te percusserit in unam maxillam, obverte illi & alteram.*

ADAM. Pulcherrimè & congruēter hæ voces in Legislatione ponuntur. Prima enim harum in Lege: *Oculum pro oculo*: ex terrore conflata est; ne quis alterius oculum audeat eruere, desinantque inter se commemorare injurias. Itaq; sicut in Lege terror pugnam prohibuit; sic & in Evangelio eâdem ratione prohibetur, Ne propter levissimam alapam contrà responsemus, mutuasque injurias recordemur; sed potiùs, cedamus & morem geramus. Hæc hęc sunt, Metus & æquanimitas: quorum utrumque pacem constituit. Ac iste quidem propter terrorem à pugnâ cessat: ille autem propter æquanimitatem pacem exosculatur. Si autem, tantummodo in Lege istas retaliationes contineri dicas; audi, quid nobis Evangelium referat: *Quâ metimini mensurâ, remetietur & vobis.* Imò, dilucidiùs adhuc ex eodem Evangelio discite: quòd *Quisq; secundùm ea, quæ fecit, feret*; nempe quodammodo, oculum pro oculo: scilicet cùm dicit, *Qui me negaverit coram hominibus, & ego negabo eum coram Patre meo, qui est in cœlo.* Itaque demonstratum est, tùm ex Lege, tùm ex Evangelio: Unumquem-

στος,

στος, πρὸς ἃ πράττει πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, τοῦτο κομιεῖται.

Μεγ. Ὁ Προφήτης τοῦ Θεοῦ τῆς γενέσεως, ἐκ δρυμοῦ, Ἐλισσαῖος, ἄρκτον εἶπεν ἐξελθεῖν, καὶ καταφαγεῖν τοὺς ἀπαντήσαντας αὐτῷ παῖδας. Ὁ δὲ ἀγαθὸς Κύριος ἄφετε, φησὶν, τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρὸς με, τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

Ἀδαμ. Χρὴ τοίνυν ἀμφοτέρων τῶν παιδίων τὰς προσελεύσεις ἱστορῆσαι· καὶ εἰ μὲν ἴσαι εἰσὶν αἱ προσαγωγαὶ, εὖ ἂν ἔχοι· Ἐστὶ γὰρ τὸ πᾶν αἴτιον τοῖς προσιοῦσιν. Οἱ μὲν τῷ Χριστῷ προσεληλυθότες, δι᾽ εὐλογίας προσήεσαν. Οἱ δὲ διὰ χλεύην καὶ ὕβριν πρὸς τὸν Προφήτην, ἐπεσπάσαντο

f. ἑαυτοῖς. * σὺν αὐτοῖς ὄλεθρον θηριώδη. Δέδεικται γὰρ, ὅτι πρὸς ἃ πράττει ἕκαστος, οὕτω κομίζεται· δίκαιον τοίνυν, τοὺς προσεληλυθότας λαβεῖν εὐλογίας, τυχεῖν τῆς ἑαυτῶν προαιρέσεως· καὶ τοὺς ὑβρίσαντας τὸν τοῦ Θεοῦ Προφήτην, καὶ τοὐναντίον τούτους θηριοβρώτους γενέσθαι· καθὼς ἐκολάσθη εἰς Κύριον ἀσεβήσας Ἰούδας· αὐτὸς γὰρ ὁ Χριστὸς ἀπεφήνατο λέγων· οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ δι᾽ οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται· συμφέρει αὐτῷ, εἰ μὴ ἐγεννήθη· ἢ γεννηθέντα μυλῷ ὀνικῷ προσδεθῆναι, καὶ

l. καταποντι- * κ̃ξπαλισθῆναι ἐν τῷ βάθει τῆς θαλάσσης. Εὑρήσεις δὲ καὶ τοὺς Προφήτας, πολλάκις πολλοὺς ἐλεήσαντας· Ἀλλ᾽ οὖν γε καὶ νεκροὺς ἐγείραντας· ἀλλὰ καὶ Σωμανῖτις δεηθεῖσα τοῦ Προφήτου, ἀπείληφε τὸν τεθνηκότα αὐτῆς υἱόν· ἀποδέδεικται οὖν φα-

que, qualia fratri suo fecerit, talia reportaturum.

Meg. Propheta Dei Creationis, Helisæus, è sylva ursam evocavit, ut occurrentes sibi pueros devoraret: Bonus autem Deus, *Sinite*, inquit, *parvulos venire ad me, talium enim est regnum cœlorum.* *6. Argum. Marcionit.* 4.Reg.2.24. Matt.19.14 Marc.10.14.

Adam. At verò par est, utrorumq; puerorum adventus commemorare. Et, siquidem eodem studio accesserunt, benè habet. Tota enim causa in ipsis accedentibus posita est. Qui Christum adierunt, benedictionis causâ accesserunt: qui autem ad Prophetam illum propter irrisionem & contumeliã cucurrerunt; traxerunt cum † illis, ut à feris necarentur. Jam enim ostensum est, *Unumquemque prout gesserit recepturum.* Jure itaq; optimo, qui ad benedictionem adipiscendam venerunt, voti sui compotes evasêre: contrà, qui Prophetæ illuserant, à feris devorati sunt. Quo etiam modo pœnas luit Judas, qui in Dominum impius fuit. Sic enim ipse Christus sententiam tulit, dicens: *Væ homini per quem Filius ille hominis traditur: melius erat illi, si natus non fuisset; vel postquam natus est, ut mola asinaria ei appenderetur, & in profundo maris demergeretur.* Porrò invenies etiam Prophetas, multoties multorum esse misertos: quin & mortuos suscitâsse. ac pariter Sunamitis, cùm rogâsset Prophetã, mortuum suum filium recepit. Probatum ergo est liquidò, Unius & ejus-

† *sibi ipsis.* 2.Cor.5.10. Matt.26.24. Matt.18.6. 4.Reg.4.37.

νεκρῶς, ἑνὸς Θεοῦ τοὺς Προφήτας ὄντας,
καὶ τὸν Χριστόν. Εἷς γὰρ ὤν, ὅν, ὡς εἰ-
δὼς ἔφης, ἀγαθὸν μόνον εἶναι, οὐχὶ
καὶ δίκαιον, ὁ Χριστὸς, τίνι λόγῳ κε-
λεύει, τὸν ἀδίκως ἀσεβήσαντα Ἰούδαν
δικαίως εἰς θάλασσαν ῥίπτεσθαι; Οἴ-
l. τῷ. μαι γὰρ, * τὸ τοὺς ἁμαρτάνοντας κο-
λάζειν, δικαίους εἶναι καὶ οὐκ ἀγαθοὺς,
κατά σε. Ἀγαθὸς γὰρ ὢν μόνον, καὶ οὐχὶ καὶ
δίκαιος, ὀφείλει μηδένα κολάζειν.
Εἰ δὲ κολάζει, ἔσται καὶ δίκαιος. λε-
κτέον τοίνυν καὶ τοῦτο. δῆλον γὰρ, ὅτι
δίκαιος ὁ δημιουργὸς οὐδὲν εἶχε πρᾶ-
γμα κολάσαι τὸν Ἰούδαν, μηδὲν ἠδι-
κηθεὶς παρ' αὐτοῦ. ἀλλ' οὐδὲ διάβο-
λος ἠδύνατο κολάσαι τὸν Ἰούδαν,
μηδὲν ὑπ' αὐτοῦ βλαβεὶς, μᾶλλον
l. ὠφελ. δὲ τοὐναντίον βοηθηθείς· ὃν γὰρ * ἀφο-
Matt. 8.29. „ βεῖτο καὶ ἐβόα, Τί ἐμοὶ καὶ σοί; ἦλθες
Luc. 8.28. „ πρὸ καιροῦ βασανίσαι με· τοῦτον ἐθε-
ώρει θανάτῳ ὑποβληθέντα ὑπὸ τοῦ
Ἰούδα. εἰκὸς οὖν, μήτε ὑπὸ τοῦ ἀγα-
θοῦ Χριστοῦ κολάζεσθαι τὸν Ἰούδαν. ἀγα-
θὸς γὰρ οὐδέποτε κολάζει. τίνα τοί-
νυν τῶν τριῶν φὴς κεκολακέναι τὸν
f. ὅτι. Ἰούδαν; Δέδεικται γὰρ, * ὅ, τε δίκαιος,
οὔτε ἀδικηθεὶς αὐτὸς, οὐκ ἐκόλασε,
μηδὲν βλαβείς. Εἰ δὲ ἐκόλασεν,
ἀνάγκη, αὐτὸν ὡς ἔκδικον καταστάν-
τα εἶναι παρὰ τοῦ ἀδικηθέντος. Εἰ
δὲ ὁ διάβολος ἐκόλασε τὸν Ἰού-
δαν, ἔσται δίκαιος, καὶ οὐ κακός.
Ὁ γὰρ κατακρίνας τὸν ἀδίκως
l. παραδόντα. * παραδοθέντα, δίκαιος ἔσται οὖν

dem Dei; & Prophetas & Christum esse. Etenim ille unus, (quem tu, quasi probè gnarus, *solum Bonum* dixisti, non autem & Justum) nimirum Christus, quâ ratione jubet; Judam injustè impium, justè in mare projici? Puto enim eos, qui delinquentes puniunt, justos esse, non item bonos; juxta sententiam tuam: qui enim solummodo Bonus est, & non item justus; neminem debet punire. Si verò puniat, erit quoque justus. Istud itaque pariter dicendum est. Nam illud patet: *Justum* illum Conditorem, nihil habuisse causę, cur Judam puniret, quippe nullâ injuriâ ab eo affectus. Sed neque Diabolus Judam punire poterat, cùm ab eo læsus non fuisset; sed contrà, potiùs adjutus. Quem enim reformidavit, exclamans: *Quid mihi tecum? venisti ante tempus, ut me torqueres?* hunc vidit à Judâ morti traditum. Quapropter consentaneum videtur; neque *Bonum* Christum punivisse Judam: bonus enim à nullo unquam pœnas deposcit. Quem'nam igitur istorum tuorum Trium punivisse Judã dicis? Jam enim ostensũ est: quòd *Justus* ille, quippe nec lacessitus injuriâ, neque læsus, non puniverit. Sin autem puniverit, necessum est, eum quasi Vindicem fuisse constitutum ab illo, qui injuriam acceperat. Quòd si verò *Diabolus* Judam puniverit; non jam Malus, sed Justus erit. Is enim Justus est, qui injustum Traditorem condemnat. Erit proinde

δίκαιος,

δίκαιος, καὶ ὁ πονηρός. Εἰ δὲ ὁ Χριστὸς ἐκόλασε, τοὐναντίον τῆς σῆς γνώμης ἐστίν· ἀγαθὸς γὰρ οὐδέποτε κολάζει. Εἰ δὲ ἐκόλασε δικαίως, * καὶ οὐ καθὼς δίκαιος ἐστί; Ἄκουε δὲ τοῦ Ἀποστόλου, λέγοντος· Ὅτι ἕκαστος παρὰ Χριστοῦ κομίζεται, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακόν.

f. πῶς, vel οὐχί.

ΜΕΓ. Τί ὅμοιον, ὁ Προφήτης ἀπέκτεινεν, ὁ δὲ Χριστὸς ἔσωσεν.

ΑΔΑΜ. Τοὐναντίον δὲ τοὺς ἀπίστους ἀπώλεσεν. Ἔλεγε γὰρ ἑκάστῳ· ἡ πίστις σου σέσωκέ σε. Εἰ οὖν ἡ πίστις ἑκάστου, ἡ ἐκ προαιρέσεως, πέφυκε σώζειν, τοὐναντίον ἡ ἀπιστία ἀπώλεσεν.

ΕΥΤΡ. Οἱ τῷ Προφήτῃ προσελθόντες, εὐλογίας λαβεῖν προσῆλθον;

ΑΔΑΜ. Οὐκ, ἀλλὰ χλεύης ἕνεκεν καὶ ὕβρεως, ἀμέλει φαλακρὸν τοῦτον ἐκάλησαν.

ΕΥΤΡ. Δίκαιον ἦν κατὰ τὴν προαίρεσιν τῆς * προσαγωγῆς, οὕτως καὶ κομίσασθαι. μάλιστα τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· παρὰ τοῦ Χριστοῦ ἀγαθὰ καὶ κακὰ κομίζεσθαι.

f. προσαγ.

ΜΕΓ. Ὁ δημιουργὸς οὐδὲ ᾔδει, ποῦ ἐστιν ὁ Ἀδὰμ, λέγων· Ποῦ εἶ; Ὁ δὲ Χριστὸς καὶ τοὺς διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων ᾔδει.

ΑΔΑΜ. Πῶς οὖν καὶ ὁ Χριστὸς περὶ Λαζάρου λέγει· Ποῦ τεθείκατε αὐτόν; ἠγνόει ἴσως, ποῦ κεῖται;

ΜΕΓ. Οὐ γέγραπται ἐν τῷ ἡμετέρῳ εὐαγγελίῳ.

ΑΔΑΜ. Οἶδας, ὅτι ἐπηγγείλω ἐκ τοῦ ἡμετέρου εὐαγγελίου δεικνύναι. ἐπεὶ οὖν βούλει τοῦτο· Πῶς πυνθάνεται ὁ Θεὸς παρὰ τοῦ ἀρχιδαίμονος,

non Malus, sed Justus. At, si Christus illum puniverit; erit hoc tuæ sententię contrarium. Bonus enim nunquam punit. Sin verò puniverit justè, an non simulatque justus erit? Audi tandem & illud Apostoli, dicentis: *Quisque à Christo recipiet sive bonum, sive malum.* 2.Cor.5.10

V.Not.

MEG. Quid omninò simile? Occidit Propheta ille: at Christus servavit.

ADAM. E contrario perdidit incredulos. Dixit namque singulis: *Fides tua salvum te fecit.* Quare, si fides cujuscunque, certo suscepta judicio, servare solet: utiq; è contrario perdit infidelitas. Matt. 9. 22. & passim.

EUTR. Qui Prophetam illum accesserant; accesserant'ne, ut benedictionem acciperent?

ADAM. Minimè; sed ut ludibrio & contemtui haberent; quippe quem *calvum* vocitabant. 2.Reg.2.23.

EUTR. Justum erat, ut pro accessûs sui ratione ac proposito, paria quoq; reciperent: præsertim cùm dicat Apostolus: *A Christo bona & mala reportari.* 2.Cor.5.10.

MEG. Conditorem latebat, Ubi Adam esset. Inquit enim, *Ubi es?* Christus autem *cogitationes hominum noverat.* 7. *Argum. Marcionit.* Gen.3.9. Luc.6.8.

ADAM. Quî Christus igitur dicit de Lazaro, *Ubi posuistis eum?* ignoravit fortassis, ubi jaceret? Joh.11.34.

MEG. Non extat scriptum in nostro Evangelio.

ADAM. Scis, te recepisse, *ex nostro Evangelio tua probaturum, at quia ita vis, dic: unde fit, quòd Deus à Principe dæmoniorum *sup pag.14.*

Luc.8.30. „ λέγων. Τί σοι ἐστὶν ὄνομα; Ὁ, δὲ φησὶν εἶπε· Λεγεών. Ἴσως οὖν κατὰ σὲ ἠγνόει, καὶ διὰ τοῦτο ἐπυνθάνετο.

ΜΕΓ. Οὐχ ὅμοιον.

l. ἀμφότερα. ΕΥΤΡ. * Ἀμφότεραί μοι δοκοῦσιν ἄγνοια εἶναι, τότε λέγειν· ποῦ

f. λέγει. εἶ; καὶ τὸ, τίς * λέγει;

ΑΔΑΜ. Οὐχ ὡς πυνθανόμε-

Gen.3.9. νος ὁ Θεὸς τοῦ Ἀδὰμ φάσκει· ποῦ εἶ; ἀλλ' ὑπομιμνήσκειν αὐτὸν ἐβούλετο, τὸ πρότερον γὰρ ἐν μακαριότητι διάγοντα, καὶ μικρὸν ὕστερον παρακούσαντα τῆς ἐντολῆς, καὶ ὄντα γυμνὸν, ὑπομιμνήσκει, ποῦ εἶ; λέγων, ὅρα ἐν ποίοις ἦς; καὶ ποῦ εἶ, ἐκπεσὼν τῆς τρυφῆς παραδείσου.

8. *Argum. Marcionit.* ΜΕΓ. Πῶς οὖν ἐν τῷ νόμῳ λέγει;

Lev. 24. 19. ἱμάτιον ἀντὶ ἱματίου. Ὁ δὲ ἀγαθὸς Κύ-

Matt. 5. 40. ριος λέγει, Ἐάν τις σοῦ ἄρῃ τὸ ἱμάτιον,

Luc.6.29. „ πρόσθες αὐτῷ καὶ τοὺ * χιτῶνα.

l. τὸν. ΑΔΑΜ. Τοῦτο μὲν τὸ κεφά-

Ex.21.24. „ λαιον, ὅμοιόν ἐστιν τοῦ, Ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος. Ἀλλ' ἵνα μὴ οἰηθῇς, ἀργῶς ἡμᾶς πρὸς τὰς προτάσεις φέρεσθαι. εἰ καὶ μάλιστα δικαστοῦ τόπον φθάσας κατείληφας, ἐν τῷ ἐπιφέρειν τὰς ἐκ τῶν γραφῶν ἐρωτήσεις· ὁ γάρ τοι ἐπιφέρων, μείζων ἐστὶν τοῦ ἐπιλυο-

„ μένου. Τοῦτο τὸ, Ἐάν τις σοῦ ἄρῃ τὸ ἱμάτιον, ἐν μὲν τῷ εὐαγγελίῳ γέγραπται. Ἐν δὲ τοῖς Πατριάρχαις ἔργῳ

Gen.45.&c. γεγένηται. Ἰωσὴφ * ἀποδεθεὶς τὸ

„

l. ἀποδυθεὶς. ἱμάτιον ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν, οὐ μόνον τὸν χιτῶνα προσδίδωσιν, κατὰ τὸ λεχθὲν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, ἀλλὰ καὶ σιτία· καὶ ἐν καιρῷ λιμοῦ τροφὰς, καὶ ὅσα πλεῖστα ἄλλα χρήματα. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ Νόμῳ

sciscitatur, *Quod est tibi nomen?* Ille autem ait, *Legio*. Itaque forsitan, secundùm te, nescivit; & idcirco percontatus est.

MEG. Nihil prorsus simile.

EUTR. Utrumque mihi videtur ex ignoratione proficisci; sive quis dicat, Ubi es? sive, Qui vocaris?

ADAM. Non interrogandi Adami animo dicit Deus, *Ubi es?* sed eum submonere voluit. Etenim antea benè beateque viventem, & paulò post negligentem dati sibi præcepti, jamque nudum existentem, submonet verbis: *Ubi es?* quasi diceret: Vide, in quo statu fueris; & ubi sis, quum ex Paradisi deliciis excideris.

MEG. Cur ergo in Lege dicit: *Vestem pro veste?* At verò hic bonus Dominus; *Si quis tuam auffert vestem, præbe illi & tunicam*.

ADAM. Hoc argumentum consimile est illi; *Dentem pro dente*. At, ne tu putes, oscitanter nos respondere ad tuas propositiones: (licet etiam locum judicis præoccupâris, dum tuas ex Scripturis obtrudis quæstiones: potior enim est, qui eas movet ac objicit, quàm qui dissolvit.) Illud, *Si quis tuam aufert vestem*, in Evangelio quidem scribitur; in Patriarchis autem facto ipso præstitum est. Joseph veste dispoliatus à fratribus, non modò tunicam addidit; sicut in Evangelio dictum est; sed & cibaria, & tempore famis victum, atque omnia ad usum cultumque vitę necessaria. Quinimò & in Lege præ-

τοῦτο

» τοῦτο προστέτακται, Ἐὰν λάβῃ σου ὁ
» ἀδελφὸς ἀργύριον ἢ ἱμάτιον, τῷ
» ἑβδόμῳ μηνὶ, καὶ τὸν τόκον καὶ τὸ κεφά-
» λαιον ἀφήσεις αὐτῷ, καὶ τὸν χιτῶνα.

cipitur: *Si frater tuus abs te argentum aut vestitum acceperit, septimo mense & fœnus & sortem illi restitues, atque tunicam.* Ex. 22. 25. 26 Lev. 25. 36.

ΜΕΓ. Ὁ Προφήτης τοῦ Θεοῦ τῆς
» γενέσεως, λέγει· Τὰ τόξα μου ἐντεταμένα,
» καὶ τὰ βέλη μου ἠκονημένα· Ὁ
» δὲ Ἀπόστολός φησιν· ἐνδύσασθε τὴν
» πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, πρὸς τὸ δύνασθαι
» τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα
» σβέσαι.

MEG. Propheta Dei generationis, ait, *Arcus mei intensi sunt, & tela mea acuta sunt*: Apostolus verò: *Induite armaturam Dei, ut possitis ignita illius Mali jacula restinguere.* 9 Argum. Marcionit. Es. 5. 28. & Psal. 45. 5. & 120. 4. Eph. 6. 13. & 16.

ἈΔΑΜ. Καλὸν καλῷ οὐκ ἀντίκειται· οὔτε κακὸν κακῷ, οὔτε φῶς φωτὶ, οὔτε λευκὸν λευκῷ· ἀλλὰ τὸ μέλαν τῷ λευκῷ. πῶς τοίνυν οἴει ταῦτα ἀντικεῖσθαι, τὰ τοῦ Προφήτου, καὶ τὰ τοῦ Ἀποστόλου; ἢ ἀγνοεῖς, ὅτι τόξα, καὶ ἡ μάχαιρα, καὶ θυρεὸς, καὶ βέλη, καὶ ὅπλα πάντα, πολεμικά;

ADAM. Bonum bono non opponitur, nec malum malo, nec lux luci, nec candido candidum; sed atrum albo contrarium est. In quo igitur hæc Prophetica opponi Apostolicis verbis censes? An ignoras, arcum, & ensem, & scutum, & tela, & arma omnia, ad rem bellicam pertinere? Eph. 6.

ἘΥΤΡ. Ὁ Προφήτης τίνος ἦν, τοῦ Δικαίου, ἢ τοῦ πονηροῦ;

EUTR. Utrius erat ille Propheta; Justi'ne illius, an Mali?

ΜΕΓ. Τοῦ Δικαίου.

MEG. Justi.

ἈΔΑΜ. Πῶς οὖν πονηρὸν λέγει ὁ Ἀπόστολος τὸν δίκαιον, λέγων· Τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ;

ADAM. Quâ ergo de causâ Malum vocat Apostolus illum Justum, dicens; *Tela illius Mali*?

ἘΥΤΡ. Οὐ ταυτόν ἐστιν.

EUTR. Non idem est. V. Not.

ΜΕΓ. Ὁ Θεὸς τῆς γενέσεως ὑποχυθέντα τὸν Ἰσαὰκ, οὐκέτι ἐποίησε * διαβλέψαι. Ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν, ἀγαθὸς ὢν, πολλῶν τυφλῶν, ἤνοιξεν ὀφθαλμούς. (* l. διαβλέψαι.)

MEG. Deus creationis *caligantem Isaac* non amplius visui restituit: at, noster Dominus, naturâ Bonus, multis cæcis oculos aperuit. 10. Argum. Marcionit. Gen. 27. 1.

ἈΔΑΜ. Ἀγνοεῖς τὴν οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ. Ὁ οὖν δοὺς τῷ Ἀβραὰμ παρὰ προσδοκίαν ἐπὶ τῷ γήρᾳ υἱοὺς, καὶ * τῷ Βία χαρισάμενος τὸ βλέπειν. ἵνα μὴ, πάντα τὰ μεγαλεῖα διεξερχόμενοι, μηκύνωμεν τὸν λόγον· ἠδυ- (* l. Τωβίᾳ.)

ADAM. Non intelligis dispensationem Dei. Qui Abrahamo in senectute preter expectationem liberos dedit; qui Tobiæ visum donavit; (ne omnia magnifica facta percensendo protraha- Gen. 21. 2. Tob. 11. 15.

νατο καὶ τὸν Ἰσαὰκ μὴ συγχωρῆσαι
ὑποχυθῆναι. Ἀλλ' ἐπεὶ ἔμελλεν ὁ
Ἰσαὰκ τὸν Ἡσαῦ εὐλογεῖν· ἦν δὲ εἰρη-
Gen.25.23. μένον τῇ Ῥεβέκκᾳ, ὅτι ὁ μείζων δου-
λεύσει τῷ ἐλάττονι· διὰ τὸ μυστήριον
τῶν δύο λαῶν ὑπεχύθη· ὅπως
ἄκων εὐλογήσῃ τὸν νεώτερον Ἰακώβ.
τουτέστι, τὸν μεταγενέστερον τῶν Ἰου-
δαίων λαὸν τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας.

11. *Argum. Marcionit.* ΜΕΓ. Ἐκ τοῦ διωχθῆναι ἡμᾶς
πολλάκις, καὶ μισεῖσθαι, οὐκ ἔστι φα-
νερὸν, ὅτι ἄλλου ἐσμὲν Θεοῦ, καὶ τοῦ τῆς
Prov.21.1. γενέσεως ἀλλότριοι· λέγει γὰρ, Καρδία
» βασιλέως ἐν χειρὶ Θεοῦ. Δῆλον οὖν,
ὅτι αὐτὸς, ὁ τῆς γενέσεως Θεὸς, ἡμᾶς
» ἐδίωκεν, ἀπὸ τοῦ ἐν χερσὶν ἔχειν τὰς
» καρδίας τῶν βασιλέων.

ἈΔΑΜ. Ταῦτα μὲν εἰ περὶ τού-
των τῶν χρόνων ἐσοφίζου, ὅπως ποτὲ
εἶχε λόγον· εἶχε δὲ καὶ εὐχερῆ τὴν
l. ἐπίλυσιν. * ἐπίλησιν· οἴομαι δὲ ἀναρμόστως,
καὶ ἀνεπιτηδείως τοῦ καιροῦ, σε προενη-
νοχέναι τοῦτο τὸ κεφάλαιον· νῦν δὲ
Vid.Not. τοῦ βασιλέως ὄντος θεοσεβοῦς, τί
φής; ἕτερον, τὸν ἐν τοῖς πρὸ τούτου
κατέχοντα τὰς καρδίας ἐκείνων, καὶ
διώκοντα, καὶ ἕτερον Θεὸν, τὸν κατέ-
χοντα τὴν καρδίαν τούτου; κρεῖττον
γὰρ, καὶ τοὐναντίον τῶν βασιλέων ἐκεί-
νων, αὐτὸς βασιλεύει. Ἃ γὰρ
ἐκεῖνοι καθεῖλον, αὐτὸς ἀνῳκο-
δόμησεν· οὓς ἐκεῖνοι ἐμίσησαν, οὗ-
τος ἠγάπησεν· οὓς ἐκεῖνοι ἐτί-
μων ναούς τε καὶ εἴδωλα, αὐτὸς κα-
θεῖλε· κατὰ σε οὖν ἄλλος Θεὸς ἦν
ἐν ἐκείνοις, καὶ ἕτερος ἐν τού-
τῳ· πολλὴ ἐν τούτῳ ἄνοια. ἀλλ'

mus oratione:) poterat quidē prohibere ne Isaac cæcutiret: sed, quia volebat Isaac in Esavū suā conferre benedictionem; eratque dictum Rebeccæ, *Major serviet minori*: propter arcanam duorum illorum populorum significationem, hæc illi offusa est caligatio: ut nolens juniori *filio* Jacobo, i. e. succedenti Judæorum populo Catholicæ Ecclesiæ, benediceret.

Meg. Ex eo, quòd crebris jactamur persecutionibus & odio habemur, non'ne luce clarius est, Nos alterius Dei esse, & à Deo creationis alienos? Etenim inquit: *Cor Regis in manu Dei.* Ergo liquidum est, Deū illum creationis nos persequi, eò quòd *in manu* suâ *corda Regū* habeat.

Adam. Siquidem has argutias antegressis temporibus confinxisses, utcunq; rationem habuissent: habuissent tamen & facilem solutionem. (Ego autem arbitror, istud argumentum te ineptè adduxisse; & ad tempus parùm accommodatè.) Nunc verò cùm Rex pius existat; quid? ais'ne, alterum quempiam *Deum*, superiorum Regum, ante hunc corda tenuisse, & persecutorem fuisse; alterum autem Deum hujus cor moderari? meliùs enim, & contrà quàm illi Reges, hic *pius* imperat. Quæ enim dissipârunt illi, restaurat iste: quos oderunt illi, diligit iste: quæ illi fana & idola in honore habuerunt, hæc iste subvertit. Quocirca, quòd tibi videtur, alium Deum in illis fuisse, alterum verò in hoc esse; in eo magna elucet amentia.

οὐ μόνον

οὐ μόνον ἡμεῖς ἐδιώχθημεν, ἀλλὰ καὶ
οἱ Προφῆται πολλοὶ ἐμαρτύρησαν·
» ἀλλὰ καὶ οἱ τρεῖς παῖδες πρὸ τούτου·
» καὶ τοῦτό φησιν ὁ Προφήτης· Ἕνεκα
» σοῦ θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν·
ὅθεν καὶ Παῦλος, τῇ αὐτῇ προφητι-
κῇ φωνῇ χρησάμενος, ἔλεγεν·
» Ἕνεκά σου θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέ-
» ραν. Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ τοῦ Χριστοῦ μα-
θηταὶ, κατόπιν τῶν Προφητῶν βαίνον-
τες, ὡσαύτως ἐδιώκοντο· ἀνάγκη σε
ἀλλότριον εἶναι τοῦ κανόνος τῶν διω-
χθέντων Προφητῶν, καὶ δικαίων,
Ἀποστόλων τε, καὶ τῶν διωκομένων
διὰ Χριστὸν μαθητῶν.

ΕΥΤΡ. Πῶς οὖν ἀποκέχρηται τοῖς Προφήταις; εἰ γὰρ οἱ προφῆται λέγουσι, καὶ αὐτὸς ὁμοίως· δῆλον, ὅτι οὐχ εὗρεν, ἀλλ' ὥσπερ καλοῖς καὶ νομίμοις κέχρηται.

ΜΕΓ. Οὐδενὶ ῥητῶς ἀποκέχρηται τῶν ἀρχαίων, ἀμήχανον.

ἈΔΑΜ. Δείκνυμι ἐν πολλοῖς λέγοντα τὸν Ἀπόστολον, καὶ ἐπικυροῦντα, καὶ οὐκ ἀποβάλλοντα. Λέγει γὰρ ἐν τῇ πρὸς Κο-
» ρινθίους πρώτῃ Ἐπιστολῇ· Ὅπως μὴ
» καυχήσηται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον αὐτοῦ· ἐξ
» αὐτοῦ δὲ ὑμεῖς ἐστὲ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς
» ἐγενήθη σοφία ἡμῖν ἀπὸ Θεοῦ, δικαιο-
» σύνη τε καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις·
» ἵνα, καθὼς γέγραπται, ὁ καυχώμενος
» ἐν Κυρίῳ καυχάσθω. Ἀκριβέστερον δὲ
ἐν τῇ αὐτῇ Ἐπιστολῇ ἐμφαίνει, λέγων·
» Τίς ποιμαίνει ποίμνην, καὶ ἐκ τοῦ γά-
» λακτος οὐκ ἐσθίει; μὴ κατὰ ἄνθρωπον
» ταῦτα λαλῶ; ἢ οὐχὶ καὶ ὁ νόμος ταῦτα
» λέγει; ἐν γὰρ τῷ Μωσέως νόμῳ γέ-
γραπται·

Atqui, non solùm nos passi sumus persecutiones; sed & Prophetæ multi, sed & antehac *Tres illi pueri*, Dan.3.13.
martyres fuerunt. Hoc ipsum Propheta clamat: *Propter Te morti tra-* Ps.43.24.
dimur totâ die. Unde Paulus eâdem Propheticâ voce usus dixit: *Pro-* Rom.8.36.
pter Te morti tradimur totâ die. Similiter & Christi discipuli, qui à tergo Prophetarū successerant, in pares quoque persecutiones inciderunt. Necesse est, te longè abesse ab hac regulâ, tùm Prophetarum, qui persecutionibus agitati sunt; tùm justorum, sive Apostolorum, sive Discipulorum, qui easdem propter Christum pertulerunt.

EUTR. Quî fit ergo, quòd *Pau-* Vid.Not.
lus Prophetas allegat? si namque Prophetæ dicant, quæ & ille pariter; liquidum est, illum non invenisse *, sed iis velut probatis, & legitimè dictis, usum esse.

* *excogitasse.*

MEG. Nullo antiquorum ad verbum usus est: *sed* fortuitò.

ADAM. Demonstro ex multis, Apostolum ea citare, ac approbare, nec rejicere. Dicit enim in primâ ad Corinthios Epistolâ:
Ne glorietur omnis caro in conspectu 1.Cor.1.29.
ejus: ex illo vos estis in Christo Jesu, 30.31.
qui factus est sapientia nobis à Deo, & justitia, & sanctificatio, & redemtio:
ut, quemadmodum scriptum est; Qui Jer.9.23,24
gloriatur, in Domino glorietur. Disertiùs quoque in eadem Epistolâ
declarat, dicens: *Quis pascit gre-* 1.Cor.9.
gem, & de lacte non edit? num secun- v.7.8.9.10.
dùm hominem ista dico? An non & Lex ea dicit? In Lege enim Mosis scri-

Deut. 24.4. γεγράφθαι, Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα. » Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ, ἢ δι' ἡμᾶς » πάντως λέγει; δι' ἡμᾶς γὰρ ἐγράφη, » ὅτι ὀφείλει ἐπ' ἐλπίδι ὁ ἀροτριῶν » ἀροτριᾶν.

ptum est: Non obturabis os bovi trituranti. Num de bobus cura est Deo; an propter nos omninò id dicit? Propter nos utique scriptum est: eò quòd, qui arat, debeat sub spe arare.

ΜΕΓ. Οἶδας, ὅτι Μωσέως νόμον εἶπεν, οὐ τοῦ Θεοῦ;

MEG. Viden', eum *Mosis legem* dicere, non Dei?

ΕΥΤΡ. Οἶδα, ὅτι Μωσέως νόμον εἶπεν· ἀλλ' ἐκύρωσεν εἰπών, Μὴ » περὶ τῶν βοῶν μέλει, φησί, τῷ Θεῷ; » ἢ δι' ἡμᾶς πάντως, λέγει; δι' ἡμᾶς » γὰρ ἐγράφη. Ὁρᾷς, ὅτι κυροῖ, καὶ ὡς καλῶς κειμένῳ κέχρηται; οὐδεὶς γὰρ σαπρῷ νόμῳ κέχρηται πρὸς ἀπόδειξιν, ἢ φαύλῳ, ἀλλὰ κρείττονι καὶ τελείῳ· εἰ γὰρ συμβουλόμενος συνιστᾶν τὰ ὑπὸ σοῦ λεγόμενα, Παύλῳ κέχρησαι μάρτυρι, ἵνα βέβαια ᾖ τὰ ὑπὸ σοῦ λεγόμενα. οὕτω καὶ ὁ Ἀπόστολος ἀπεχρήσατο μάρτυρι τῷ Νόμῳ.

EUTR. Video, eum Mosis legem dicere: tamen probavit his verbis: *Num de bobus*, inquit, *cura est Deo? an propter nos omninò dicit? Propter nos utique scriptum est.* Vides'ne ut communiat? ut illud ceu rectè positum adhibeat? Nemo enim ad demonstrationem exoletâ lege aut vitiosâ utitur, sed meliore & solidâ. Si namque cogitares, sententiam tuam confirmare, Paulo in testem adhibito, quò firma essent, quæ à te dicuntur: perinde quoque Apostolus Lege teste usus est.

12 *Argum. Marcionit.* ΜΕΓ. Ἐγὼ ἐκ τῶν γραφῶν δείξω, ὅτι ἄλλος ἐστὶν ὁ τοῦ Χριστοῦ Πατήρ, καὶ ἄλλος ὁ δημιουργός. Ὁ δημιουργὸς ἐγνώσθη τῷ Ἀδάμ, καὶ τοῖς κατ' ἐκεῖνον καιρόν, ὡς ἐν ταῖς γραφαῖς δηλοῦται, ὁ δὲ τοῦ Χριστοῦ Πατήρ, ἄγνωστός ἐστιν, ὡς αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἀπεφήνατο,
Matt. 11.27. περὶ αὐτοῦ εἰπών· Οὐδεὶς ἔγνω τὸν Πα- » τέρα, εἰ μὴ ὁ Υἱός, οὐδὲ τὸν υἱόν τις γινώ- » σκει, εἰ μὴ ὁ Πατήρ.

MEG. E scripturis probabo, alium esse Christi Patrem; alium, Fabricatorem. Fabricator, (ut è scripturis patescit) Adamo, cæterisq; eâ tempestate hominibus, notus erat: Christi verò Pater, ignotus est: sicut ipse Christus ostendit, hæc de illo locutus: *Nemo Patrem novit, nisi Filius; neque Filium quisquam novit, nisi Pater.*

ΑΔΑΜ. Πάνυ δυσνοήτως φέρῃ περὶ τὰς γραφάς· οἴει γάρ, μόνον ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος λελέχθαι τοῦτο.
Es. 1. 3. ἄκουε Ἡσαΐου λέγοντος, Ἔγνω βοῦς τὸν » κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ » Κυρίου αὐτοῦ· Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ

ADAM. Admodum imperitus es Scripturarum. Hoc enim à Servatore solùm prolatum putas. Audi Esajam dicentem: *Bos cognovit possessorem, & asinus præsepe Domini sui; Israël verò non agnovit me, & po-*

ὁ λαὸς

» ὁ λαός μου οὐ συνῆκεν. Καὶ Ἱερεμίας λέγει, ὡς πάλιν μὴ γνωσθέντα αὐ» τὸν· λέγει γὰρ, Πάντες με γνώσονται
» ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου αὐτῶν.

Μεγ. Πῶς οὖν ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ λέ• γει· Ἐπεγνώσθην τοῖς πατράσιν ὑ» μῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ;

Ἀδαμ. Οὐχ ἤδη διὰ τὸ τὸν Ἰε-
l. φήσαι. ζεκιὴλ * φήσας, Ἐγνώσθην τοῖς πα» τράσιν αὐτῶν, καὶ αὐτοὶ ἔγνωσαν αὐτόν· καὶ γὰρ ὁ Κύριος ὑμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, τοσούτῳ χρόνῳ συνδιατρί» βων τοῖς μαθηταῖς, ἔλεγεν· οὐδεὶς γινώ» σκει τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ Πατήρ· καίτοι ὑπὸ πάντων ἑωρᾶτο, ἀλλ' οὐκ ἐγινώ» σκετο. λέγων, ἀναχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ
» οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν· οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς· μὴ ὁ καρδιογνώστης οὐκ ἐπέγνω αὐτούς; ἀλλ' οὐχ ὡς ἐβούλετο ἐπολιτεύοντο· τὸ γὰρ συνιέν, γινώσκειν λέγεται. Ὡς καὶ ὁ Δαβὶδ, Οἱ πα» τέρες ὑμῶν οὐ συνῆκαν τὰ θαυμάσιά
» μου, ἐν γῇ Χαναάν· καίτοι εἶδον. οὔτε γὰρ, ἐκ τοῦ θεωρεῖν, ἤδη καὶ τὸ συνιέν
l. διεί- παρέπεται. Φανερῶς * διελέγχει, μὴ
σκη μόνον Προφήταις ἀντιλέγων, ἀλλὰ καὶ τῷ Εὐαγγελίῳ. Τοῦ γὰρ Χριστοῦ ὑπὸ πάντων θεωρουμένου ἀναφανδὸν, καὶ λέγοντος· οὐδεὶς οἶδε τὸν υἱόν· ὑμεῖς, ἐναντίους τοὺς Προφήτας, οἴεσθε. Σαφῶς τοίνυν, καὶ ὁ Χριστὸς, καὶ οἱ Προφῆται, ἐμήνυσαν περὶ γνώσεως Θεοῦ καὶ ἀγνωσίας.

Ἐυτρ. Δῆλον, ὅτι τὸ συνιέν, γινώσκειν, αἱ γραφαὶ λέγουσιν. ὁπότε
» γὰρ ὁ Προφήτης λέγει· Ἰσραὴλ δέ με
» οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκεν

pulus me non intelligit. Et Hieremias, quasi olim non fuisset ille cognitus, ait: *Omnes me cognoscent* Jer. 31. 34.
à minimo usque ad maximum eorum.

M EG. Unde igitur apud Ezechielem inquit: *Agnitus eram Patri-* Ezech. 20.
bus vestris in deserto? v. 9-12.

ADAM Non jam, quia Ezechiel ait: *Cognitus eram Patribus eorum*: illi quoq; cognoverũt eũ. Etenim Dominus noster Jesus Christus, tanto tempore cum Discipulis commoratus, dixit: *Nemo novit Filium, nisi* Matt. 11. 27
Pater: quamvis conspiceretur ab omnibus, non erat tamen cognitus. *Porrò*, dicens: *Discedite à me* Matt. 7. 23.
perpetrantes iniquitatem; non novi vos. Nunquid ille cordium scrutator eos non cognovit? Sed, illi non, ut volebat, vitam suam instituebant: nam, *Intelligere* quandoque dicitur *Cognoscere.* Ut & David, *Patres* (ait) *vestri non intellexe-* Ps. 106. 7.
runt mirabilia mea, in terrâ Canaan: etiamsi viderant. Neque enim ex visu statim consequitur intelligentia. Palàm deprehenderis, non solùm Prophetis, sed & Evangelio contradicere. Cùm enim Christus manifestò visus sit ab omnibus, & dicat; *Nemo novit Filium*: Matt. 11. 27
Vos opinamini, Prophetas illi reclamare. Ergo, & Christus, & Prophetæ, tam Agnitionem Dei, quàm Ignorationem, præclarè patefecerunt.

E U T R. Apertum est, quòd Scripturæ, *Intelligere*, significent per *Cognoscere*: quandoquidem ait Propheta, *Israël me non cogno-* Es. 1. 3.
vit, & Populus me non intellexit.

Ὅμως ἢ καὶ ὁ Χριστὸς, συνδιατρίβων
Matt. 11. 27. τοῖς μαθηταῖς, ἔλεγεν· οὐδεὶς οἶδε τὸν Υἱὸν,
„ εἰ μὴ ὁ Πατήρ. Ἀλλὰ καὶ συνὼν ἔλεγεν
Matt. 7. 23. „ αὐτοῖς, Οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς.

II. *Argum. Marcionit.* ΜΕΓ. Ἐναργέστερα μοί ἐστιν ἀπόδειξις τοῦ, μὴ εἶναι υἱὸν τοῦ δικαίου τὸν Χριστόν· ὁ γὰρ τοῦ Νόμου οὔπω ἐλήλυθε. εἰ γὰρ ἦλθεν, ἐπληροῦτο ἂν τὰ εἰς αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Δαβὶδ κηρυχθέντα,
Psal. 2. 12. „ λέγοντος· Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη,
„ καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά· παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ· καὶ
Ibid. v. 8. „ πάλιν. Αἴτησαι παρ᾽ ἐμοῦ καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὰ
& 9. „ ἑξῆς. Ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ. ἐκ τούτου δείκνυται, ὅτι ὁ ἐλθὼν Χριστὸς, ἄλλος ἐστὶν ἐκ τοῦ, μήτε βασιλεῖς, μήτε ἄρχοντας γενέσθαι κατ᾽ αὐτοῦ· μήτε ἔθνη ποιμανθῆναι ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ.

ΑΔΑΜ. Οἱ βασιλεύειν δοκοῦντες ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ ἄρχειν, καὶ ἔχοντες ἐξουσίαν θανατοῦν καὶ σώζειν, πάντες κατὰ τοῦ Χριστοῦ παρεγένοντο. καὶ ὅτι ῥάβδῳ σιδηρᾷ ἐποιμαίνθησαν, ἀποδεκτέον κατὰ τὴν προφητείαν τοῦ
Dan. 2. 40. „ Δανιὴλ, λέγοντος· Μετὰ τὴν χρυσῆν,
„ καὶ ἀργυρέαν, καὶ χαλκῆν, ἐγερθήσεται
„ βασιλεία σιδηρᾶ· ἥτις δέδεικται οὖσα τῶν Ῥωμαίων. δι᾽ ἧς ἐποιμάνθησαν οἱ κατὰ Χριστοῦ γεγονότες· τὰ γὰρ ἔθνη εἰς κληρονομίαν αὐτῷ ἦν δεδομένα. περὶ ἧς κληρονομίας λέγει ὁ Δα-
Ps. 106. 4. 5. βὶδ, Κύριε, μνήσθητι ἡμῶν ἐν τῇ εὐ-
„ δοκίᾳ τοῦ λαοῦ σου, ἐπίσκεψαι ἡμᾶς ἐν

Tamen etiam Christus, dum suis cum discipulis familiariter viveret, dixit: *Nemo novit Filium, nisi Pater.* Sed & conversatus illis, ajebat: *Nequaquam novi vos.*

Meg. Luculentiùs demonstrare possum; Christum non esse illius Justi filium. Quia nimirum legalis *Filius* ille nondum venit. Si enim venisset, utique impleta essent, quæ à Davide de eo prædicta erant. *Quare*, inquit, *fremuerunt gentes: & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes coacti sunt in unum, adversus Dominum, & adversus Christum ejus.* Et rursus: *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.* Et consequenter: *Pasces eos in virgâ ferreâ.* Ex hoc patet; Christum illum, qui jam venit, alium esse: quòd neque Reges, neque Principes contra illum fuerint: neque gentes pastæ sint in virgâ ferreâ.

Adam. Qui regnare videbantur in Israël, & Principatu potiri, mortisque ac vitæ potestatem habere, omnes adversus Christum convenerunt. Quòd autem *virgâ ferreâ* pascerentur, juxta prophetiam Danielis accipiendum est, qui ait: *Post aureum, argenteum, & æneum, exsurget regnum ferreum*: id quod Romanorum esse, probatum fuit; quo pascebantur ii, qui contra Christum conspirârunt. Sunt enim *gentes in hæreditatem* ei datæ. De quâ hæreditate dicit David: *Domine, recordare nostrûm in favore Populi tui; visita nos in sa-*

τῇ σω-

„ τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἐθνῶν σου τοῦ ἐπαινεῖσθαί με τῆς κληρονομίας σου. δῆλον οὖν, ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ κληρονομία τῶν ἐθνῶν, ὧν ᾐτήσατο.

ΕΥΤΡ. Εἰ μὴ βασιλέων καὶ ἀρχόντων ἐξουσία παρῆν, πῶς οἷόν τε ἦν σταυρωθῆναι τὸν Χριστόν;

ΜΕΓ. Δανιὴλ λέγει, Εἶδον, καὶ ἰδοὺ, λίθος ἐτμήθη ἐξ ὄρους ἄνευ χειρῶν, καὶ ἐπάταξε τὴν εἰκόνα ἄνευ χειρῶν, καὶ ἐποίησεν αὐτὴν ὡς κονιορτόν. καὶ ἐξεφυσήθη ὑπὸ ἀνέμου. Ὁ λίθος ἦν ἐκ Θεοῦ βασιλεία, ἐν δόξῃ φαινομένη, καὶ ἡ εἰκὼν, ἡ ἐπὶ τῆς γῆς βασιλεία * συνέστηκεν. δείκνυται οὖν, * τὸν διὰ Νόμου καὶ Προφητῶν Χριστὸν μηδέπω ἐληλυθέναι· εἰ γὰρ ἐληλύθει, οὐκ ἂν ἦν ἑτέρα βασιλεία ἐπὶ τῆς γῆς, ὡς ἐμήνυσε Δανιήλ. ἐκ δὲ τοῦ, πάντας τὰς βασιλείας συνεστήκειν, δείκνυται, μήπω ἐληλυθὼς ὁ διὰ Νόμου καὶ Προφητῶν Χριστός.

ΑΔΑΜ. Τὰ δικαίως ἐν ταῖς γραφαῖς εἰρημένα, βούλει ἀδίκως νοεῖν· Οἱ γὰρ Προφῆται καὶ τὸ εὐαγγέλιον δύο Χριστοῦ παρουσίας διασαφοῦσι· μίαν ἐν ταπεινοφροσύνῃ τὴν πρώτην, καὶ τὴν μετὰ ταῦτα ἔνδοξον. Περὶ μὲν οὖν τῆς πρώτης Ἡσαΐας οὕτως εἶπεν, „ Εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχε κάλλος, οὔτε εἶδος, ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, ἐκλεῖπον ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· καὶ πάλιν· Ἰδοὺ ὁ παῖς, ὃν ᾑρέτισα, ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου· οὐκ ἐρίσει, οὐδὲ κραυγάσει ἐν ταῖς πλατείαις, κάλαμον συντετριμμένον οὐ κατεάξει,

lute gentis tuæ, ut celebreris cum hæreditate tuâ. Palàm est itaque, hanc esse hæreditatem gentium, quas postulavit.

Eutr. Si Regum & Principum auctoritas non adfuisset; quî fieri poterat, ut Christus in crucem tolleretur?

Meg. Daniel ait: *Vidi, & ecce lapis recisus erat à monte absque manibus, & percussit simulacrum, & redegit in pulverem, & difflabatur à vento.* Iste *Lapis* erat ex Deo Regnũ, gloriâ conspicuum: & *simulacrum* illud Regnum in terrâ *designabat.* Apparet ergo, Illum per Legem & Prophetas designatum Christum, nondum venisse: quia, si venisset; aliud in terrâ Regnum non esset: ut indicavit Daniel. At, ex eo, quòd omnia regna constabilita sint, liquet; Christum illum legalem & Propheticum nondum advenisse.

Dan. 2. 34. & 35.

Vid. Not.

Adam. Quæ in Scripturis rectè dicuntur, cum studio vis perperàm intelligere. Prophetæ namque & Evangelium, duos Christi adventus declarant; alterum, humilem, scil. priorem; alterum, posteriorem, Gloriâ illustrem. De priori Esajas ita; *Vidimus illum,* ait, *& decorem non habuit, neque formam; sed forma ipsius inhonorata erat, filiis hominum contemtior.* Et rursus: *Ecce puer quem elegi, dilectus, in quo conquiescit anima mea: non contendet, neque clamabit in plateis: calamum attritum non confringet,*

Es. 53. 2.

Es. 42. 1, 2, 3.

» καὶ λίνον τετυφωμένον οὐ σβέσει· καὶ
» πάλιν· χαῖρε θύγατερ Ἱερουσαλὴμ
» σφόδρα, κήρυσσε θύγατερ Σιών·
» ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεται πραΰς,
» ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον· ὡς ἐν τῷ Εὐ-
Matt.31.7. αγγελίῳ διεδήλωται, ὅτι καθίσας
ἐπὶ ὄνου εἰσῆλθεν εἰς Ἱερουσαλήμ.
Τηλαυγὲς οὖν τὸ, ποτὲ μὲν ἐν δό-
ξῃ, ποτὲ δὲ ἐν πραΰτητι· οἶδε δὲ
τὴν ἐν δόξῃ καὶ Παῦλος ὁ Ἀπόστολος,
Thess. 4. v.16.17. λέγων· Ἐν κελεύσματι Θεοῦ ἐν
» τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι καταβήσεται Κύ-
al. ἀναστήσονται. ριος ἀπ' οὐρανοῦ· καὶ οἱ νεκροὶ * ἐγερ-
» θήσονται πρῶτον, ἔπειτα καὶ ἡμεῖς οἱ
» περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν
» αὐτοῦ, ἅμα σὺν αὐτοῖς, ἁρπαγησό-
» μεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν
» αὐτοῦ· καθὼς καὶ ὁ Δανιὴλ λέγει, εἶδον
Dan.7.13. » ὡς υἱὸν ἀνθρώπου διὰ τῶν νεφελῶν
» ἐρχόμενον. Λέγει δὲ καὶ ἐν τῷ Εὐαγγε-
Matt.24.27 al. ἐξέρχεται. λίῳ· ὥσπερ ἡ ἀστραπὴ * ἐκβαίνει ἀπὸ
» ἀνατολῶν, καὶ φαίνεται ἕως δυσ-
» μῶν· οὕτως ἔσται ἡ ἔλευσις τοῦ υἱοῦ τοῦ
» ἀνθρώπου. Τηλαυγέστατα δέδεικται ἡ
ἔλευσις αὐτοῦ ἡ πρώτη, ἐν ταπεινο-
φροσύνῃ γεγονυῖα, καὶ ἡ μέλλουσα
ἐν τῇ δόξῃ· αὐτοῦ τοίνυν ἐν τῇ γῇ
ὄντος, καὶ ἄλλην παρουσίαν κηρύτ-
τοντος, τὴν ἐν δόξῃ ὀφείλουσαν
γενέσθαι, Ἴσως ὑμεῖς ἐναντιοῦσθε ταῖς
δύο παρουσίαις· οὔτε γὰρ τὴν πρώ-
την αὐτοῦ παρουσίαν ἐπέγνωτε, οὔτε
τὴν ἄλλην προσδοκᾶτε, μὴ συνιέντες
τὰ θειωδῶς προστεταγμένα.

III. *Argum. Marcionit.* ΜΕΓ. Ἀκριβῆ σοι ἀπόδειξιν πα-
ρέξω, ὅτι ἀλλότριος ἦν ὁ τοῦ Νόμου καὶ
τῶν Προφητῶν Χριστός. Ἰωάννης οὐκ

& linum fumigans non extinguet. Et iterum: *Exulta filia Jerusalem plurimùm, clama filia Sion: Ecce Rex tuus venit mitis, insidens asino:* uti & in Evangelio manifestatur, quòd asino insidens ingressus sit Jerusalem. Itaque clarum est, quandoque in gloriâ, aliàs in humilitate venisse. Hunc gloriosum *adventum* Paulus quoque intellexit, inquiens: *In cohortatione Dei, in voce Archangeli, in ultimâ tubâ, descendet de cœlis Dominus: & mortui excitabuntur primi, deinde & nos, qui reliqui sumus in adventum ipsius, simul cum ipsis, rapiemur in nubibus, in occursum ejus.* Sicut & expressit Daniel: *Vidi quasi filium hominis per nubes venientem.* Et in Evangelio dicit: *Sicuti fulgur descendit ab Oriente, & apparet usque in Occidentem: sic erit adventus filij hominis.* Demonstratum est evidentissimè, Adventum ipsius primum, humilem fuisse; magnificum, alterum, futurum. Itaque cùm ipse in terrâ fuerit, aliumque adventum prædicaverit, qui fieri deberet in gloriâ: Vos forsan utrique huic Adventui refragamini; nec enim priorem ejus adventum agnovistis, nec alterum illum expectatis; utpote qui divinitùs tradita non intelligitis.

MEG. Accuratè tibi demonstrabo: Illum Legis & Prophetarum Christum, planè fuisse alienum. Johannes eum non agno-

ἐπέγνω-

ἐπέγνωκεν αὐτόν· ὃ ἦν ἀδύνατον, Προφήτην τὸν ἐκ γενέσεως ἀγνοῆσαι τὸν Χριστὸν αὐτοῦ· ἀκούσας γὰρ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τὰ ἔργα τοῦ Χριστοῦ, ἔπεμψε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ πρὸς αὐτόν, λέγων· Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν;

ἈΔΑΜ. Εἰ περὶ Χριστοῦ ἐπυνθάνετο Ἰωάννης, ἔλεξε· σὺ εἶ ὁ Χριστός; Φάσκει γάρ· σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν; Νῦν τοίνυν οὐκ ἔστι φρονήσεως τὸ τῶν παρόντων ἐξετάσαι· σὺ εἶ; Ὁ λέγων· ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· οὐκ ἠγνόει, ὅτι αὐτός ἐστιν. ἀλλ', ἐπεὶ πρόδρομος ἐγίνετο καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ, ἐπυνθάνετο· l. ἤδειν. * ἤδη γὰρ λέγοντα αὐτὸν, ὑπάγω καὶ πέμπω τὸν Παράκλητον, τουτέστι, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἄλλως δὲ, καὶ τὸ ἀληθέστερον, μάθε· Ἐπειδὴ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἦσαν ἀναγινώσκοντες μὲν δύο παρουσίας τοῦ Χριστοῦ, ἀγνοοῦντες δὲ ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων ἐξιέναι ἐκ τοῦ κόσμου· ὁ Ἰωάννης μέλλων παραδιδοὺς τῷ Δεσπότῃ τοὺς μαθητάς· ἦν γὰρ θέμις, τοὺς ἀπὸ Ἰωάννου μαθητευθέντας τῷ Χριστῷ μεταπαραδοθῆναι· ὁ οὖν Ἰωάννης ἀπέστειλε τοὺς μαθητάς, ὅπως μάθωσιν, ὅτι ἐκεῖνός ἐστιν· μήπως μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν σφαλῶσιν· Ἀπέλθετε οὖν ὑμεῖς, ἀκροάσασθε, φησιν, εἰ αὐτός ἐστιν. Ὁρᾶτε δὲ καὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἀπόκρισιν. Μεταπαραλαβὼν τοὺς μαθητὰς, καὶ βουλόμενος δεῖξαι, τὰ ἔργα προέβαλλεν

verat: quod nullo modo fieri poterat: nempe, ut Propheta à nativitate, Christum suum ignoraret. *Postquam enim in carcere audivisset* Matt.11.2. *Christi facta, misit ad ipsum suis Discipulis, dixit: Tu'ne es ille, qui venturus est; an alium expectemus?*

ADAM. Si de Christo sciscitatus fuisset Johannes, dixisset, Tu'ne Vid.Not. es Christus? dicit enim, *Tu'ne es ille, qui venturus erat, an alium expectemus?* Nunc verò non est prudentiæ, à præsenti aliquo exquirere, *Tu'ne es?* Qui dicebat: *Ecce Agnus* Joh.1.29. *ille Dei, qui tollit peccata Mundi*: is non ignorabat, quòd ipsus esset. Sed quia *Præcursor* erat dictus, etiam apud inferos, ideò sciscitabatur. Noverat enim illũ ipsum, qui diceret: *Vado, & mitto Paracletum,* Joh.16.7. hoc est, Spiritum illum Sanctum. Aliter, & quidem veriùs, accipe: Cùm Discipuli ejus Duos Christi adventus legerent, ignorarent autem, quòd is ex hoc Mundo exiturus esset: Johannes, traditurus Domino suos Discipulos (fas enim erat, Discipulos, à Johanne præparatos, Christo postea tradi:) ille, inquam, Johannes Discipulos suos ablegavit, uti discerent, Quòd ille ipse esset: ne quando post suum obitum errarent. Abite ergò vos, audite, inquit, num ille sit? Spectate verò & Christi responsum. Is adjungens sibi Discipulos illos, cùm vellet iis *quæsitum* demonstrare, facta sua protulit,

Matt.11.5.6. εἰπών· Τυφλοὶ ἀναβλέπουσι, καὶ
» κωφοὶ ἀκούουσι, καὶ νεκροὶ ἐγείρονται·
» καὶ μακάριος, ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλι-
» σθῇ ἐν ἐμοί. Αὐτοὺς οὖν μεταπαραλα-
βὼν ἐνουθέτει διὰ τῶν ἔργων, ἵνα πει-
Joh.14.6. σθῶσιν, ὅτι αὐτός ἐστιν ἡ ἀλήθεια
πᾶσα.

IV. Argum. Marcionit. ΜΕΓ. Οὕτως ἀλλότριοι ἦμεν τοῦ φανέντος Χριστοῦ, καὶ ὁ φανεὶς Χριστὸς τοῦ ποιήσαντος Θεοῦ. Παῦ-
Gal.3.13. » λος λέγει, ὅτι Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασε. δῆλον οὖν, ὅτι ἀλλοτρίους. Ἰδίους γὰρ οὐδείς ποτε ἀγοράζει. ἀγοράζει γὰρ ἀλλοτρίους, οὐκ ἰδίους·

ΑΔΑΜ. Πάνυ ἀπαρακολουθήτως φέρεσθε. ὃ οὖν ὑπενόησας, εἰ δείξειας, εὖ ἂν ἔχοι· εἰ δὲ λόγον θηρεύεις μὴ ἐπιλυόμενον, οὐχ ὁσίως φρονεῖς. Τὸν πεπρωμένον, ἔφης, εἶναι τὸν Χριστόν· ὁ πεπρακὼς, τίς ἐστιν; οὐκ ἦλθεν εἰς σὲ ὁ ἁπλοῦς μῦθος· ὅτι ὁ πωλῶν καὶ ὁ ἀγοράζων ἀδελφοί εἰσιν· εἰ κακὸς ὢν ὁ διάβολος τῷ ἀγαθῷ πέπρακεν, οὐκ ἔστι κακὸς, ἀλλὰ ἀγαθός· ὁ γὰρ ἀπ' ἀρχῆς φθονήσας τῷ ἀνθρώπῳ, νῦν οὐκ ἔτι ὑπὸ φθόνου ἄγεται, τῷ ἀγαθῷ τὴν νομὴν παραδιδούς. ἔσται οὖν δίκαιος ὁ τοῦ φθόνου, καὶ παντὸς κακοῦ παυσάμενος. αὐτὸς γοῦν ὁ Θεὸς εὑρίσκεται πωλήσας· μᾶλλον δὲ οἱ ἡμαρτηκότες ἑαυτοὺς ἀπηλλοτρίωσαν οἱ ἄνθρωποι, διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν· πάλιν δὲ ἐλυτρώθησαν διὰ τὴν εὐσπλαγχνίαν
Es.50.1. » αὐτοῦ. τοῦτο γάρ φησιν ὁ Προφήτης, Ταῖς
» ἁμαρτίαις ὑμῶν ἐπράθητε, καὶ ταῖς ἀνο-

inquiens: *Cæci vident, & surdi audiunt, & mortui excitantur; & beatus, qui non offensus erit in Me.* Ipse proin ad hunc modum sibi eos asciscens, per opera sua admonebat, ut crederent, *Ipsum esse* universam *Veritatem.*

Meg. Sic adeò nos ab illo, qui apparuit Christo, alieni eramus; & ipse Christus, qui apparuit, à Deo, qui creavit, *diversus erat*: ut Paulus dicat: *Christum nos redemisse.* Certum ergo, *Nos alienos.* Proprios enim nemo unquam emit: nimirum alienos emit, *&* non proprios.

Adam. Omninò inconsequenter argutamini; Si modò probares, quod suspicaris; præclarè se haberet. Sin rationē venaris non-* explicitam; haud piè sentis. *intricatam. V.Not.
Dicebas: Christum Redemptorem esse: Venditor quis erat? Nunquid pervenit ad te simplex fabula, *Vendentem & Ementem fratres esse*? Si Diabolus, qui Malus est, Bono illi vendiderit; malus non est, sed bonus; quoniam, qui ab initio invidebat homini, nunc non ampliùs agitur invidiâ, cùm prædam suam Bono illi tradiderit. Erit igitur justus: & qui invidiâ, omnique malitiâ cessarit. Itaque invenitur Deus ipse vendidisse. Imò potiùs ipsi homines peccatores sese abalienarunt, per peccata sua: rursum verò per intimam illius Misericordiâ sunt redemti. Hoc enim ait Propheta: *Divenditi estis peccatis vestris, & iniquitatibus*

» μίαις ἐξαπέστειλα τὴν μητέρα ὑ-
f. ἄλλως. μῶν· καὶ * ἄλλος πάλιν· Δωρεὰν
» ἐπράθητε, καὶ οὐ μετὰ ἀργυρίου λυ-
» τρωθήσεσθε. τὸ, οὐδὲ μετὰ ἀργυρίου·
δηλονότι, τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ.
» τοῦτο γὰρ φάσκει ὁ Προφήτης· ὅτι αὐ-
» τὸς ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας
» ἡμῶν, τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰά-
» θημεν· Εἰκὸς δὲ, ὅτι κατὰ σὲ ἐπρίατο,
διὰ τοῦ ἑαυτοῦ τὸ αἷμα· πῶς οὖν καὶ ἐκ
f. Εἰ. νεκρῶν ἠγείρετο; * Ὁ γὰρ λαβὼν τὴν
τιμὴν τῶν ἀνθρώπων, τὸ αἷμα,
ἀπέδωκεν, οὐκέτι ἐπώλησεν. Εἰ
δὲ μὴ ἀπέδωκε, πῶς ἀνέστη Χριστός·
» Οὐκέτι οὖν τὸ, Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι, καὶ
» ἐξουσίαν ἔχω λαβεῖν, ἵσταται· ὁ γοῦν
διάβολος κατέχει τὸ αἷμα τοῦ
Χριστοῦ, ἀντὶ τῆς τιμῆς τῶν ἀνθρώ-
πων; πολλὴ βλάσφημος ἄνοια·
φεῦ τῶν κακῶν! ἀπέθανεν, ἀνέστη
ὡς Δυνατός· ἔθηκεν, ὃ ἔλαβεν· αὕ-
τη ποία πρᾶσις; τοῦ Προφήτου λέ-
» γοντος, Ἀναστήτω ὁ Θεὸς, καὶ
» διασκορπισθήτωσαν οἱ ἐχθροὶ αὐ-
» τοῦ. Ὅπου ἀνάστασις, ἐκεῖ θά-
» νατος.

ΕΥΤΡ. Δοκεῖ μοι, μὴ παρ' ἄλλου ἠγορακέναι· Τίς δέ ποτε τὰ ἴδια ἀγοράζει; δεῖξον.

ΑΔΑΜ. Αὐτὸς ὁ Χριστὸς, συ-
» νᾴδων τοῖς Προφήταις, ἔλεγε· Πᾶς ὁ
» ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστι τῆς
» ἁμαρτίας.

ΜΕΓ. Παρὰ τῆς ἁμαρτίας ἠγόρασεν;

» ΕΥΤΡ. Δῆλον, ὅτι τὴν ἁμαρτίαν Κύριον ὠνόμασε, καὶ ἐλυτρώσατο, καταχρηστικῶς εἰπὼν ἠγορακέναι.

quitatibus abdicavi matrem vestram. Iterum alibi: *Gratis venditi estis, & nō cum argento redimemini.* Hoc, *Non cum argento*, idem est; quod, sanguine Christi. Istud enim asserit idem Propheta: *Ipse vulneratus est propter peccata nostra: vibice ipsius nos sanati sumus.* Verisimile est, quòd & juxta opinionem tuam, Christus nos redemerit dato suo ipsius sanguine. Quomodo igitur postea ex mortuis excitatus est? Nam, si ille, qui pretium hominum accepit, sanguinem, *eundem* reddidit; non jam vendidit. Si verò non reddidit; quî Christus resurrexit? Non ergo illud consistit: *Potestatem habeo ponendi* animam *& potestatem habeo accipiendi.* Ergo'ne pretii hominum loco, Diabolus Christi sanguinem possidet? O magnam & blasphemam amentiam! ô scelera! Mortuus est, resurrexit ut Potens: *posuit*, quod † *accepit.* Hæc qualis erat emtio? Prophetâ dicente: *Resurgat Deus, & dissipentur hostes ipsius.* Ubi *Resurrectio*, ibi Mors.

Es. 52. 3.
Es. 53. 5.
Vid. Not.
Joh. 10. 18
† *scil. Animam. Vid.* Es. 53. 12.
Psal. 67. 1.

EUTR. Videtur mihi, Non emisse ab alio. Quis unquam propria sua emit? cedò.

ADAM. Christus ipse Prophetis accinit, cùm inquit: *Omnis, qui facit peccatum, servus est peccati.* Joh. 8. 34.

MEG. A' Peccato'ne redemit?

EUTR. Manifestum est, Eum *Peccatum* appellâsse *Dominum*; & pro *Redemit*, per abusionem dixit *Emisse*.

MEΓ.

ΜΕΓ. Οὐκ εἶπεν, ὅτι ἡ ἁμαρτία Κύριός ἐστιν.

ΕΥΤΡ. Πολλὴ ἀνοησία. τῷ εἰπεῖν, Πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας· οὐκ ἔδειξε σαφῶς;

ΑΔΑΜ. Σαφέστερον ἐπεργάζεται τῷ λόγῳ ὁ Ἀπόστολος, λέγων·
Rom. 6. 20. » ὅτε ἦτε δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας, ἐλεύθεροι ἦτε τῇ δικαιοσύνῃ. πῶς γὰρ λεχθείη Κύριος, μὴ ὑφεστῶτος τοῦ κυριευομένου;

ΕΥΤΡ. Δέδεικται τοῦτο σαφῶς.

Instantia Marcionit. Matt. 6. 24.
ΜΕΓ. Ὁ Χριστὸς φανερῶς λέγει· » ὅτι οὐδεὶς δύναται δυσὶ Κυρίοις δουλεύειν· τί ἕτερα ἀνθ' ἄλλων εἰσάγετε;

ΑΔΑΜ. Πόσους Κυρίους, οἴει, αὐτὸν εἰρηκέναι;

ΜΕΓ. Καθὼς λέγει τὸ Εὐαγγέλιον·
Matt. 7. 18. Lu. 6. 43-46 al. ποιεῖν.
» Οὐ δύναται δένδρον σαπρὸν καρποὺς καλοὺς * ἐνεγκεῖν, οὐδὲ δένδρον καλὸν, καρποὺς κακοὺς ἐνεγκεῖν· οἱ δύο Κύριοι ἐδείχθησαν. Ὁρᾷς δύο φύσεις, δύο Κυρίους;

ΑΔΑΜ. Διὰ τί μὴ ὅλην τὴν ἀκολουθίαν τοῦ ῥητοῦ εἶπας, ἀλλ' ἐκλεξάμενος, ἃ δὴ νομίζεις σοι προσαρμόζειν, μόνα ταῦτα εἰσηγήσω; λέξω
Matt. 6. 24. τοίνυν ὡς γέγραπται· Οὐδεὶς, φησι, » δύναται δυσὶ Κυρίοις δουλεύειν· ἢ γὰρ » τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει· » ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει· » οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν καὶ Μαμ- » μωνᾷ.

ΕΥΤΡ. Μαμωνᾶν τίνα βούλεται ὀνομάζειν;

ΑΔΑΜ. Τὰ χρήματα, τὰ ἀργυρᾶ,

MEG. At non dixit, Peccatum esse Dominum.

EUTR. O magnam inconsiderantiam! In eo, quod ait: *Omnis, qui facit peccatum, servus est peccati;* non'ne id clarè satis demonstrat?

ADAM. Clariùs adhuc suo sermone explicavit Apostolus, his verbis: *Quando eratis servi peccati, liberi eratis Justitiæ.* Quorsum enim est dicendus *Dominus*, non existente, qui subsit, servo?

EUTR. Probatum est hoc dilucidè.

MEG. Christus dixit planè: *Nemo potest duobus Dominis servire.* Quid alia pro aliis ingeritis?

ADAM. Quos Dominos putas illum dixisse?

MEG. Quemadmodum dicit Evangelium: *Non potest arbor mala ferre fructus bonos: Neque arbor bona malos fructus ferre:* duo illi demonstrantur Domini. Vides duas Naturas, duos Dominos?

ADAM. Cur non totum istius dicti contextum recitas? sed quæ tibi convenire judicâsti exceptis, eaq; solumodò inducis? Recitabo igitur, ut scribitur: *Nemo,* inquit, *duobus potest servire Dominis: vel enim unum odio habebit, & alterum diliget: vel uni adhærebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo servire & Mammona.*

EUTR. *Mammonem* quem vult nominare?

ADAM. Divitias & argentum.

Πείθ

πείσει δέ σε καὶ ὁ ἔξωθεν λόγος·
» Ὧι ἕκαστος ὧ ἥττηται, τούτῳ καὶ
» δεδούλωται. προστάττει τοίνυν καὶ
ὁ Χριστὸς, μὴ ἀντέχεσθαι χρημάτων,
μήτε δοῦλον τῷ Μαμωνᾷ γενέσθαι,
ἀλλὰ Θεῷ μόνῳ προσανέχειν. πᾶς
» γάρ, φησιν, ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν,
» δοῦλός ἐστιν τῆς ἁμαρτίας.

ἘΥΤΡ. Εἰ τὸν Μαμωνᾶν βούλεται φύσιν ἰδίαν εἶναι, καὶ ἰδίαν ἀρχὴν, τουτέστι τὰ χρήματα· οὐκ ἔτι δύο ἢ τρεῖς ἔσονται ἀρχαὶ, ἀλλὰ πλεῖσται ὅσαι. Ἔσται γὰρ καὶ ἥλιος ἰδίαν ἔχων φύσιν καὶ ἀρχὴν, καὶ σελήνη ὁμοίως, καὶ ἄστρα, καὶ ἀὴρ, καὶ ὕδωρ. Πῶς τοίνυν φὴς, τὰ χρήματα ἰδίαν ἀρχὴν καὶ ἰδίαν φύσιν εἶναι;

ΜΕΓ. Οὐκ ἐγὼ εἶπον· Ὁ Χρι-
» στὸς εἶπεν, ὅτι οὐ δύναται δένδρον σα-
» πρὸν καρποὺς καλοὺς προενεγκεῖν,
» οὐδὲ δένδρον καλὸν καρποὺς σαπροὺς
» προσενέγκαι.

ἈΔΑΜ. Τοῦτο τὸ κεφάλαιον οὐ φύσεως ἕνεκα λέγεται, ἀλλὰ ἀνθρώπων· καὶ εἰ περὶ φύσεως ἔλεγεν, οὐκ ἂν καρποὺς ὠνόμασεν· ἀδύ-
l. φύσιν. νατον γὰρ * φησιν μεταβληθῆναι.
Ἔτι δείκνυμι ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου, ὅτι περὶ ἀνθρώπων αὐτεξουσίων λέγει· καὶ οὐ περὶ ἀρχῶν. Λέγει γὰρ οὕτως· Ἔρ-
» χονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβά-
» των, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες·
» ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐ-
» τούς. καὶ πάλιν λέγει· Ὁ ἀγαθὸς ἄν-
» θρωπος, ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ προφέ-
» ρει ἀγαθά· καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος
» ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ προφέρει πο-

(ac hujus, etiam profanus sermo, Vid.Not.
tibi fidem faciet.) quia, *A quo quis-* 2.Pet.2.19.
que vincitur, ejus quoque servus est.
Itaque Christus præcipit: Opes Matt.6.24.
non consectari, neque Mammo- & seqq.
næ servire; sed Deo soli adhære-
scere. *Quisquis enim*, inquit, *facit* Joh.8.34.
peccatum, servus est peccati.

EUTR. Si Mamonam, (hoc est, Divitias) vult peculiarem Naturã esse,& peculiarem † Principatum; † *Principẽ.* non erunt jam Duo aut Tres, sed *sup Dominum dixit.* quàm plurimi Principatus. Quippe, Sol suam quandam naturam propriam habebit, & Principatum: Luna etiam pariter, & astra, & aër, & aqua. Quomodo igitur ais (*Megethi*) Divitias proprium aliquod esse Principium, propriamque Naturam?

MEG. Ego non dixi: *Sed*, di- Matt.7.18.
xit Christus: *Non potest arbor*
mala fructus bonos proferre: neque
arbor bona fructus malos proferre.

ADAM. Hæc particula *contextûs* non Naturæ ergo, sed hominum causâ, profertur. Etenim si de Naturâ locutus esset; non sanè
fructus nominâsset: fieri enim non Vid. Not.
posse dicit, ut mutentur. Ad hæc, ostendo ex Evangelio: De hominibus, qui suo vivunt arbitrio, loqui Christum; & non de Prin-
cipiis. Sic etenim dicit: *Venient* Matth.7.
ad vos in vestitu ovium, intus verò v.15.16.
sunt lupi rapaces: à fructibus eorum
agnoscetis eos. Et rursus: *Bonus ho-* Luc.6.45.
mo, ex bono thesauro profert bona: &
malus homo ex malo thesauro profert

» νηρά· ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας
» τὸ στόμα λαλεῖ· ἐκ γὰρ τῆς καρδίας
» ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροί. Ὁ-
ρᾷς, ὅτι ἐκ μιᾶς φύσεως ἀνθρώπων
καὶ καλὸν, καὶ κακὸν, ὁ Σωτὴρ λέγει
προφέρεσθαι.

ΜΕΓ. Οὐ περὶ ἀνθρώπων τοῦτο λέγει.

ΕΥΤΡ. Τούτου ποίαν ἐναργεστέραν ἀπόδειξιν ζητεῖς;

ΑΔΑΜ. Ἀμεταβλήτους, ἔφης,
τὰς φύσεις εἶναι· λέγει δὲ ἐν τῷ Εὐ-
Matth. 3. 9. αγγελίῳ· Ἐκ τῶν λίθων τέκνα ἐγεῖ-
» ραι τῷ Ἀβραάμ· λέγει δὲ τοῦτο καὶ
1. Tim. 1. 13 Παῦλος ὁ Ἀπόστολος· Τὸν πρότε-
» ρον ὄντα με βλάσφημον, καὶ διώ-
» κτην, καὶ ὑβριστήν. Ὁποῖον δένδρον
ἦν, καλὸν ἢ σαπρόν; ἀποκρίνου.

ΜΕΓ. Οὐ περὶ Παύλου ζητῶ.

ΑΔΑΜ. Διώκτης ἦν τὸ πρότερον· μετὰ ταῦτα γέγονεν Ἀπόστολος. Πῶς τοίνυν τὸ σαπρὸν δένδρον γέγονε καλὸν, εἰ οὐ δύναται δένδρον σαπρὸν καρποὺς καλοὺς ἐνεγκεῖν; καὶ Ἰούδας τὸ πρότερον ὁποῖον δένδρον ἦν;

mala; ex abundantiâ cordis os loquitur. Ex corde namq; proficiscuntur ratiocinationes malæ. Vides, quòd, ex unâ Naturâ hominum, Servator dicat, & bonum & malum proferri?

MEG. Non de hominibus hoc dicit.

EUTR. Ecquam demonstrationem lucidiorem hac postulas?

ADAM. Dixeras, Naturas esse immutabiles: Verùm in Evangelio dicitur: *Ex lapidibus* Deum *filios excitare Abrahamo.* Quod ipsum & Paulus Apostolus testatur? *Me, qui prius eram blasphemus, & persecutor, & contumeliosus.* Qualis arbor erat; bona an mala? Responde.

MEG. Non † quæro de Paulo. † *disputo.*

ADAM. Persecutor erat priùs: postea factus est Apostolus. Quomodo verò mala arbor fit bona; si non possit arbor mala fructus bonos ferre? Et *Judas* priùs cujusmodi arbor erat?



Πρώτη νίκη τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας.

Prima Victoria Ecclesiæ Catholicæ.

SECTIO II.

SECTIO II.

ubi colloquuntur

ADAMANTIVS, Orthodoxus: MARCVS & MEGETHIVS, Marcionitæ: EVTROPIO, Judice.

ΜΑΡΚΟΣ ΜΑΡΚΙΩΝΙΣΤΗΣ· Ἐγὼ ὁρίζομαι, οὐ τρεῖς ἀρχὰς εἶναι, ἀλλὰ δύο, πονηρὰν καὶ ἀγαθήν.

ΑΔΑΜ. Αὐτοφυεῖς εἰσὶν αἱ δύο ἀρχαὶ, καὶ ἄναρχοι, ἢ ἡ μὲν ἀρχὴν ἔχει τοῦ εἶναι, ἡ δὲ ἄναρχος;

ΜΑΡΚ. Αὐτοφυεῖς, καὶ ἄναρχοι οὖσαι.

ΑΔΑΜ. Ἀπέραντοι δύο ἀρχαὶ, ἢ πεπερασμέναι; *

ΜΑΡΚ. Ἀπέραντοι.

ΑΔΑΜ. Πάντη οὖν καὶ ὁ πονηρὸς ἐπεκτείνεται, καὶ ὁ ἀγαθός; τὸ γὰρ ἀπέραντον, πανταχῆ εἶναι δεῖ.

ΜΑΡΚ. Πάντη ἐστὶν, καὶ τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ πονηρόν.

ΑΔΑΜ. Οὐκοῦν συμπεπλεγμέναι εἰσὶ, ψαύουσαι ἀλλήλων;

ΜΑΡΚ. Οὔτε συμπεπλεγμέναι, οὔτε ψαύουσαι.

ΑΔΑΜ. Τὸ οὖν ἀπό τινος διεστὸς, οὐκέτι πανταχῆ. πῶς οὖν δύνανται δύο πράγματα ἀπειρομεγέθη ὑπάρχειν, ἀλλήλων κεχωρισμένα; τὰ γὰρ ἀλλήλων κεχωρισμένα, ἐξ ἀνάγκης ἐν πέρασι εὑρίσκεται· τὸ δὲ πέρας ἔχον, καὶ ἀρχὴν ἕξει· τὸ δὲ ἀρχὴν ἔχον, καὶ τέλος ἔχει· οὔτε οὖν ἄναρχα, οὔτε

MARCUS MARCIONISTA. Ego definio: *Non Tria esse, sed Duo Principia; scil.* Malũ & Bonum. *De Duobus Principiis Marcionit.*

ADAM. An per se ista Duo Principia existunt, & principio carent? vel, alterum habet principium suæ essentiæ, alterum autem principio caret?

MARC. Per seipsa sunt, omnis principii expertia.

ADAM. Sunt'ne hæc duo principia infinita, an finita? * V.Not.

MARC. Infinita sunt.

ADAM. Ubivis ergo tam Malus quàm Bonus extenditur. Quod enim infinitum est, ubivis esse oportet.

MARC. Ubique penitus est, & Bonum, & Malum.

ADAM. Ergo connexa sunt *illa Principia*, seq; mutuò contingunt?

MARC. Neq; connexa sunt, neque contigua.

ADAM. Quod ergo distat ab aliquo, non jam ubique est. Quomodo igitur duæ res infinitæ magnitudinis, possunt existere à se invicem separatæ? Etenim quæ à se invicẽ sejuncta sunt, necessariò in suis terminis inveniũtur. Quod autem terminum habet, habebit & principium: & quod principiũ habet, etiam finem habebit. Proinde nec absque principio, nec

ἀτελεύτητος νομισθήσεται· ἀνάγκη δὲ, καὶ τὸν περιέχοντα τόπον, μείζονα εἶναι τῶν περιεχομένων.

ΕΥΤΡ. Εἰ κεχωρισμέναι ἀπ' ἀλλήλων εἰσὶν αἱ δύο ἀρχαὶ, ἀνάγκη ἐν μέρει εἶναι λέγειν τὸν Θεόν· μερικὸν δὲ τὸν Θεὸν, καὶ πέρας ἔχοντα, οὐκ ἄν τις εὖ φρονῶν ὑπολάβοι· εἰ δὲ δι' ἀλλήλων χωρεῖν τὰς δύο ἀρχὰς ἐθέλοιεν· ὧν τὸ μὲν ἀγαθὸν, τὸ
f. τὸ. δὲ πονηρόν· ἀνάγκη μετέχειν * τὸν
f. τὸ. πονηρὸν τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ * τὸν ἀγαθὸν τοῦ πονηροῦ.

ΜΑΡΚ. Ἔχει ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν.

ΑΔΑΜ. Εἰ ἕκαστος ἔχει τὴν ἰδίαν δύναμιν, εἰκὸς, ὅτι ἕκαστος
f. κλῖσιν. ἔχει τὴν ἰδίαν * κλῆσιν. Καὶ τίνος φὴς εἶναι τοὺς ἀνθρώπους, τοῦ ἀγαθοῦ, ἢ τοῦ πονηροῦ;

Picus l. V. Not. [ΜΑΡΚ. Τοῦ πονηροῦ.]

ΕΥΤΡ. Πῶς συνέλαβεν ὁ ἀγαθὸς τοὺς τοῦ πονηροῦ, τῶν δύο τὰς δυνάμεις ἴσας ἐχόντων;

ΜΑΡΚ. Ὁρῶν ὁ ἀγαθὸς, μέλλοντας τοὺς ἀνθρώπους καταδικάζεσθαι ὑπὸ τοῦ πονηροῦ, ἐλθὼν, τῆς μὲν κα-
l. ἀμνηστίαν. Vid. Not. ταδίκης ἐρρύσατο, * ἀμνηστείαν δὲ, καὶ ἄφεσιν ἔδωκε τῶν ἁμαρτηθέντων.

ΕΥΤΡ. Τίνι ἦσαν ἡμαρτηκότες οἱ ἄνθρωποι;

ΜΑΡΚ. Τῷ πονηρῷ.

ΕΥΤΡ. Τίς οὖν ἀνέξεταί σου τῆς γραολογίας; οἱ τῷ ἰδίῳ Δεσπότῃ ἡμαρτηκότες, ὑπὸ ἄλλου ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαμβάνειν δύνανται;

absque termino esse censebuntur. Præterea, Locum continentem, ampliorem esse oportet iis, quæ continentur.

EUTR. Si à se invicem separata sunt illa duo Principia; Deum ipsum in parte esse, necessariò dicendum. Deum autem partibilem esse, vel terminum habere, nemo sanè mentis existimaverit. Sin autem velint, hæc Duo Principia, quorum alterum Bonum, alterum Malum, sese mutuò penetrare; necesse est malum Boni, & Bonum Mali particeps esse.

MARC. Suam habet unusquisque vim & potentiam.

ADAM. Si unusquisque habeat suam potentiam propriam; etiam
suam cuique propriam † creatu- † *possessionem.*
ram esse, verisimile est. Eccujus esse dicis homines? Boni an Mali?

[MARC. Mali.]

EUTR. *At*, quomodo Bonus comprehendit eos, qui ad Malum pertinent: cùm æqualis sit horum duorum potentia?

MARC. Cùm Bonus hic videret, homines jamjam à Malo illo condemnatum iri; adveniens, eos à damnatione liberavit, ac oblivionem remissionemque peccatorum tribuit.

EUTR. In quem'nam peccârunt homines?

MARC. In Malum.

EUTR. Quis has aniles tuas ineptias ferret? An qui proprio deliquerunt Domino, ab alio delictorum remissionē consequi possunt?

ΑΔΑΜ.

Ἀδάμ. Τίνος χάριν τὸν μὲν αὐτῶν πονηρὸν, τὸν δὲ ἀγαθὸν λέγετε; ὀνόμασι μόνοις ἀποχρώμενοι, ἢ πράγματι αὐτῷ, ὁ μὲν ἀγαθὸς, ὁ δὲ πονηρὸς φαίνεται.

Μαρκ. Πράγμασιν αὐτοῖς εἰσὶν ὁ πονηρὸς, καὶ ὁ ἀγαθός.

Ἀδάμ. Πῶς;

Μαρκ. Ὅτι ὁ ἀγαθὸς σώζει· ὁ δὲ πονηρὸς κατακρίνει.

Ἀδάμ. Διὰ τὸ σώζειν ἀγαθὸς λέγεται;

Μαρκ. Καὶ πάνυ· ἀγαθοῦ γάρ ἐστι τὸ σώζειν.

Ἀδάμ. Αἴτιος οὖν τῆς τούτου ἀγαθωσύνης ἔσται ὁ πονηρός;

Μαρκ. Πῶς;

Ἀδάμ. Ὅτι, εἰ μὴ τοῦ δημιουργοῦ ἄνθρωποι ἥμαρτον, τούτου ἡ ἀγαθωσύνη οὐκ ἂν ἐφάνη ποτέ. ὡς εἰ μηδεὶς ἦν τῶν ἁμαρτανόντων, ὁ Θεὸς οὐκ ἂν ἐκλήθη ἀγαθός· καὶ αἰτία τῆς ἀγαθωσύνης αὐτοῦ, ἡ κατὰ δίκην τῶν ἁμαρτωλῶν πέφηνε. Καὶ ἄλλως δὲ δείκνυται μὴ ὢν ἐξ ἀρχῆς ἀγαθὸς, εἰ διὰ τὸ σώζειν ἀγαθὸν αὐτὸν λέγεις.

Μαρκ. Πάντοτέ ἐστιν ὁ ἀγαθός.

Ἀδάμ. Πότε κατῆλθε σῶσαι τοὺς ἀνθρώπους;

Μαρκ. Καθὼς περιέχει τὸ Εὐαγγέλιον, ὅτι ἐπὶ Τιβερίου Καίσαρος, ἐπὶ τῶν χρόνων Πιλάτου.

Ἀδάμ. Μετὰ τὸ πλάσαι τὸν δημιουργὸν τὸν ἄνθρωπον, ἑξακισχιλιοστῷ ἔτει κατῆλθεν· Ὁ οὖν τοσούτῳ χρόνῳ μηδένα σώσας, πῶς ἦν ἀγαθός;

Adam. Quamobrem horum alterum, Malum; alterum, Bonum dicitis? An solis nominibus abutimini, aut reipsa alter Bonus, alter Malus † videtur. † comperitur.

Marc. Rebus ipsis sunt alter Bonus, alter Malus.

Adam. Quomodo?

Marc. Quoniam Bonus servat, at Malus condemnat.

Adam. Nunquid Bonus appellatur, quòd conservat?

Marc. Maximè: Boni enim proprium est, Servare.

ἈΔΑΜ. Σαφέστερόν σε πείσει ὁ Σωτὴρ, ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ προσελθόντος αὐτῷ τινος· Διδάσκαλε
Luc. 18. 18, 19 &c „ ἀγαθὲ, τί ποιήσας, φησὶ, ζωὴν αἰ-
„ ώνιον κληρονομήσω; Εἶπε δὲ Ἰησοῦς, „ τί με λέγεις ἀγαθόν; Οὐδεὶς ἀγα-
„ θὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός. Ὁ δὲ ἔφη,
„ τὰς ἐντολὰς οἶδας· μὴ φονεύσῃς,
„ μὴ μοιχεύσῃς, μὴ κλέψῃς, μη-
l. ψεύσῃς. τί-μα τ. δὲ ψευδομαρτυρήσεις. Τίμαζον
„ τὸν Πατέρα σου, καὶ τὴν Μητέρα σου. Καί
al. ἐφυλαξά-μην. φησιν, Ταῦτα πάντα* ἐφύλαξα ἐκ
al. με. „ νεότητος*. Ἀκούσας ταῦτα ὁ Ἰησοῦς,
al. ἔτι ἕν. „ εἶπεν αὐτῷ* ἕν σοι λείπει, πάντα ὅσα
al. διάδος. ἔχεις πώλησον, καὶ* δὸς πτωχοῖς, καὶ
„ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ.

ΕΥΤΡ. Ὁρᾷς Μάρκε πάντας τοὺς ἀκροατὰς πεπηγότας ἐπὶ τῶν παρα-
f. ἀποδείξεσι δόξοις* ἀποταγαῖς; Ὁ ἐλθὼν, ὡς ἔφης, λύσαι τὸν νόμον, καὶ ξένα δογμα-

mœchaberis, Non furaberis, & si quod sit aliud Præceptum; in hoc sermone quasi summatim colligitur, Diliges proximum tuum ut teipsum. Dilectio proximo malum non commolitur: Expletio igitur Legis est Charitas.

MARC. Hoc verbum ἀνακεφαλαιωθῆναι, *in unum quasi caput* aut summam *recolligi*, prioris dissolutionem denotat. *Recapitulari.*

EUTR. Audivi Apostolum Legis completionem exponentem. Si enim id, quod deficit, completur; non jam quod accessit, erit ab eo, quod expletur, peregrinum; sed commixtum: Et quod in unam summam redigitur, non erit ideò à priori alienum.

ADAM. Clariùs Servator ista tibi persuadebit in hoc Evangelio: *Cùm eum adiret quidam; Præceptor bone, quid faciam,* inquit, *ut in vita æternæ hæreditatem veniam? Dixit autem Jesus, Quid me vocas bonum? Nemo bonus est, nisi Unus Deus. Dixit autem ille: Nôsti præcepta, Non occides, Non mœchaberis, Non furaberis, Non falsò testificaberis. Honora Patrem tuum & Matrem tuam. Et ait, Hæc omnia servavi ab adolescentiâ. Audiens hoc dixit illi Jesus: Unum tibi deest, omnia quæ habes, vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælis.*

EUTR. Viden', *Marce*, omnes Auditores ad hæc paradoxa & † renunciationes obstupefactos esse? *Qui venerat*, ut tu dixisti, *ad solvendum Legem*, & ad dogmatizan- *† demonstrationes.*

τίζων.

τίζων, ἔφασκεν ἄν, ἔτι σοι [ἓν] λείπει, ἵνα κομίσῃ θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ; Οὐκοῦν τηλαυγῶς τὸ ἕν, τῶν λοιπῶν πλήρωμα, ἀπεφήνατο· πάνυ γὰρ καὶ ὁ Ἀπόστολος συνᾴδει τῷ λόγῳ τούτῳ, τὸ ἕν, τῶν πολλῶν πλήρωμα ἐκθέμενος, τὴν ἀγάπην.

ΑΔΑΜ. Πρωτότυπον ὁμολογεῖ ὁ Ἀπόστολος τὸν Νόμον τοῦ Εὐαγγελίου, λέγων· " Ταῦτα μὲν τύπος " συνέβαινεν ἐκείνοις, ἐγράφη δὲ πρὸς " νουθεσίαν ἡμῶν.

ΜΑΡΚ. Οὐχ οὕτως γέγραπται. οὐ λέγει γάρ, Ταῦτα τύπος συνέβαινεν ἐκείνοις, ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν. Λέγει δὲ περὶ ἐκείνων· Ἐν " οἷς ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε " τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, πρὸς τὸ μὴ δι- al. αὐτοῖς αυγάσαι* αὐτοῖς τὸν φωτισμόν. ἴδε, ὅτι πονηρὸν λέγει τὸν Θεὸν τούτου τοῦ αἰῶνος, τὸν μὴ ποιοῦντα καταυγάσαι τὸν φωτισμόν.

ΑΔΑΜ. Ἐπειδὰν προληφθεῖσα ψυχὴ ὑπὸ κακῶν κατασχεθῇ, μόλις ἀνανεῦσαι βούλεται. Τὰ γοῦν καλῶς παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ κείμενα, l. ἐπιχ- ταῦτα κακῶς νοεῖν* ἐπειχειροῦσιν. Οὐ γὰρ ἄλλον Θεὸν βουλόμενος δεῖξαι ὁ Ἀπόστολος τοῦτο εἶπεν, ἀλλὰ περὶ τῶν ἀπίστων· τὸ δὲ ῥητὸν, καθ' ὑπερβατὸν κείμενον, τῇ ἡμετέρᾳ l. προλ- *προσλήψει οὕτως ἔχον νοεῖται. Εἰ δὲ βούλει ἐπιστῆσαι τῇ ἀληθείᾳ, ἄκουε· οὕτω γὰρ νενόηται τῷ Ἀποστόλῳ λέ" γειν· Ἐν οἷς, φησιν, ὁ Θεὸς τῶν ἀπί" στων τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ " νοήματα. Οἱ γὰρ μὴ πιστεύοντες ἄνθρωποι τῷ Θεῷ, οὗτοι τυφλοῦνται, ἵνα μὴ

dum peregrina; nunquid dixisset; *Adhuc* [† unum] *tibi deest, ut accipias* † Picus l. *thesaurum in cœlo?* Utique hoc *unum*, satis clarè indicat reliquorum *complementum*. Etenim huic sermoni omninò concinit Apostolus, *Unum* istud exponens Rom.13.9. multorum *complementum*, nempe *Dilectionem*.

ADAM. † Prototypum Evangelii esse Legem, confitetur Apostolus, dum dicit: *Hæc quidem in typo contigerunt illis; ad nostram autem admonitionem scripta sunt.* † *primum exemplar.* 1.Cor.10.11.

MARC. Non ita scriptum est. nec enim dicit, *Hæc in figurâ contigerunt illis: scripta sunt autem ad nostram admonitionem*: sed de illis loquitur, *In quibus Deus hujus seculi* 2.Cor.4.4. *sensus incredulorum excæcavit, ut non illuceat illis lumen istud.* Ecce! quòd Malum nominat, *Deum hujus seculi*; qui facit, ne affulgeat iis lumen.

ADAM. Postquam mens præoccupata, à malis *opinionibus* pos- NB. sessa fuerit, vix *illis* renuere vult. Itaque rectè posita ab Apostolo, hi conantur malè † interpretari: † *intelligere.* Non enim hoc dixit Apostolus, quasi alium Deum ostendere vellet; sed, de infidelibus. Dictum autem per verborum trajectionem positum, vestrô præjudiciô ità se habere intelligitur. Quòd si verò intendere animum veritati velis, audi: hæc videlicet mens fuit Apostolo: *In quibus*, ait, *Deus infidelium hujus seculi excæcavit intelligentiam.* Qui enim Deo non credunt homines, illi occæcantur; ne

Luc. 12. 47. & 48. καὶ συνιέντες καταφρονῶσιν. Ὁ γὰρ δοῦλος, φησὶν, ὁ γνοὺς, * καὶ μὴ ποιήσας, διαρήσεται * πολλά· ὁ δὲ μὴ γνοὺς, ποιήσας δὲ ἄξια πληγῶν, διαρήσεται * ὀλίγα. Φειδόμενος οὖν ὁ Θεὸς τυφλοῖ τῶν ἀπίστων τὸν νοῦν· καὶ

al. τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου ἑαυτοῦ.
al. πολλάς
al. ὀλίγας.

Esaj. 7. 9. ὡς ἀγαθὸς ἐστὶ τοῦτο λέγει, Ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐδ' οὐ μὴ συνῆτε. Εἰ δὲ φιλονεικεῖς, ἄκουε τοῦτο καὶ παρὰ τοῦ Χριστοῦ γινόμενον.

ΜΑΡΚ. Τοῦτο ἀγαθοῦ Θεοῦ ἐστι, τὸ τυφλοῦν;

ΑΔΑΜ. Ὁ μὲν δημιουργὸς τοὺς ἀπίστως αὐτῷ προσερχομένους τυφλοῖ· ὃν δὲ λέγεις ἀγαθώτερον τοῦ δημιουργοῦ τὸν Χριστὸν, ἄκουε πῶς κε-

Matt. 22. 13 λεύει βληθῆναι τοὺς μὴ πιστεύοντας αὐτῷ, εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, ὅπου ὁ κλαυθμὸς ἐστὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. Πῶς δὲ καὶ ὁ Ἀπόστολος τοῦ ἀγαθοῦ ὢν, παραδίδωσι τῷ

1. Cor. 5. 5. Σατανᾷ τοὺς ἀνθρώπους, λέγων· Παρέδωκα τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ εἰς ὄλεθρον. Τί οὖν ἐστιν ἄμεινον, τυφλῶσαι τοὺς μὴ πιστεύοντας τῷ Θεῷ; ἢ εἰς τὸ σκότος βαλέσαι; ἢ τῷ Σατανᾷ παραδίδοσαι;

ΕΥΤΡ. Ὁ τυφλωθεὶς ἑνὸς μόνου μέλους πόνον βραχὺν νῦν ὑπέμεινε, τῶν λοιπῶν μελῶν σώων ὄντων· ὁ δὲ βληθεὶς εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, ὅπου ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων, καὶ ὁ τῷ Σατανᾷ παραδοθεὶς, πάντων ἁπαξαπλῶς τῶν μελῶν βλάβην ὑπομένουσιν. Ἄμεινον οὖν, ἑνὸς μέλους βλάβην ὑπομεῖναι, ἢ ὅλον τὸ σῶμα βασάνοις παραδίδοσθαι.

scientes prudentesq; contemnant. Etenim *Servus*, inquit, *qui scit* †, *& nō facit, cædetur multis: qui autē non scit, facit tamē digna plagis, cædetur paucis.* Deus igitur parcens excæcat infidelium mentem. Porrò, ut Bonus, & hoc dicit: *Si non credideritis, nequicquam intelligetis.* Quin, si studeas litigiis, audi hoc & à Christo ipso factum.

† *Voluntatē Domini sui.*

MARC. Hocci'ne Boni Dei est, homines excæcare?

ADAM. Conditor quidem eos, qui sine fide ad ipsum accedunt, excæcat. Ille verò, quem ais Meliorem esse illo Conditore, scilicet Christum, attende; quo modo eos, qui non credunt ipsi, *Ejici jubet in tenebras exteriores, ubi luctus est, & stridor dentium*: Quomodo item Apostolus illius Boni, homines tradidit Satanæ, his verbis: *Tradidi talem Satanæ in interitum.* Quid horum est melius: Non-credentes Deo *excæcari*? an, *in tenebras ejici*? an, *Satanæ tradi*?

EUTR. Excæcatus, unius solùm membri brevem dolorem hîc patitur, salvis reliquis membris: sed qui *in tenebras extremas* ejicitur, *ubi ploratus est ac stridor dentium*; & qui *Satanæ traditus* est; damnum omnium omninò membrorum sustinent. Præstat igitur, unius membri damnum subire, quàm totum corpus tormentis tradi.

ʼΑΔΑΜ.

ἈΔΑΜ. Ἄκουε αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος, ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ λέγοντος· Ἐὰν ὁ „ δεξιός ὀφθαλμός σου σκανδαλίζῃ „ σε, ἔξελε αὐτὸν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ· συμ- „ φέρει γάρ σοι, ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν „ σου, ἢ ὅλον τὸ σῶμά σου βληθῇ εἰς γέ- al. decst. εννναν * πυρός.

ἘΥΤΡΌΠΙΟΣ αἰαστὴς, ὡς κριτὴς, πρὸς πάντας τοὺς ἀκροατὰς ἔφη· Μεγέθιον μὲν, καὶ Μάρκον, καὶ τοὺς τούτοις ὁμοδόξους, ἠλιθίους ὑπολαμβάνω· σφόδρα γὰρ πιθανώτεραι αἱ ἑλληνικαὶ τραγῳδίαι, τῆς τούτων ὑποθέσεως. ὁ μὲν γὰρ Μεγέθιος, τρεῖς ἀρχὰς ὁρισάμενος, ἀγαθὴν, δικαίαν, πονηρὰν, ὀνόμασι μόνον ἐπι- l. τῶν. χρησάμενος ἔσφαλη· * τῶν γὰρ πραγμάτων ζητηθέντων, ὁ πονηρὸς, ὃν ἔφασκεν, εὕρηται δικαιότερος τοῦ δικαίου. καὶ ὃν δίκαιον ἔλεγεν, ἀπεφάνθη ἀγαθώτερος τοῦ ἀγαθοῦ. Μάρκος δύο ἀρχὰς ὁρισάμενος, ἀγαθὴν καὶ πονηρὰν, τοῦ λόγου ἐξεταζομένου, ἡ πονηρὰ ἀρχὴ ἀγαθωτέρα, καὶ πλουσιωτέρα, τῆς ἀγαθῆς ἀπέφηνε. καί μοι δοκεῖ, μόνον ὀρθῶς ἀποφαίνεσθαι τὸν, ὑπὸ Ἀδαμαντίου ἐκτεθέντα, ἕνα Θεὸν, κτίστην καὶ δημιουργὸν ἁπάντων, Λόγον ἔχοντα ἐνεργῆ καὶ Πνεῦμα ἅγιον· ὃς πάντων κρατεῖ, ᾧ ἀντίκειται οὐδέν· οὗ τῇ βουλῇ οὐδεὶς ἀνθέστηκεν· ᾧ δικαίως πρόσκειται ἡ καθολικὴ Ἐκκλησία, ὀρθοῦ δόγματος προσισταμένη. ἧς γένοιτο τῇ ἀγέλῃ κἀμὲ συναριθμηθῆναι, οὕτω δοξάζοντα, καὶ οὕτως φρονοῦντα.

ADAM. Audi ipsum Servatorem, in Evangelio dicentem: *Si* Matt. 5. 29. *oculus tuus dexter offendat te, erue illum, & projice abs Te; Conducit enim tibi, ut pereat unum membrorum tibi potiùs, quàm totum corpus tuum in gehennam ignis conjiciatur.*

EUTROPIUS cùm tanquā *Sententia* Judex surrexisset, ad omnes *Judicis.* Auditores sententiam dixit: *Megethium* quidem & *Marcum*, cæterosque ejusdem opinionis sectatores, stolidos existimo: longè namq; Græcorum tragœdiæ probabiliores sunt horum * supposi- *principiis.* tionibus. Etenim *Megethius*, qui *Tria* definivit esse *principia*, Bonum, Justum, Malum; sola venditando Nomina, falsus est. Rebus enim pervestigatis, *Malus* ille, quem ajebat, Justo illo inventus est justior: & Justus ille, quem dixit, declaratus fuit Bono illo melior. *Marcus* autē, cùm *Duo* præfiniisset *Principia*, Bonū & Malum; Re diligēter perpensâ, *Malū principiū* ipso Bono censuit præstātius, & opulētius. Itaq; mihi videtur, solummodò rectè & sanè fuisse demonstratum illum, ab *Adamantio* propositum & expositum, Unum DEUM, Creatorem & Conditorem omnium; qui habet Verbum efficax, & Spiritum sanctum. Qui (DEUS) dominatur cunctis: Cui obsistit nihil: Cujus Voluntati & Consilio nihil resistit: Cui jure meritò adhæret Catholica Ecclesia, quæ rectam veramq; Doctrinam tuetur: cujus utinam gregi & ego ita sentiens, & ita sapiens, annumerer!

SECTIO III.

cujus Personæ sunt

ADAMANTIUS, Orthodoxus : MARINUS, Bardesianista : MEGETHIUS, Marcionita : EUTROPIUS, Judex.

Disput. II. pro hæresi Valentiniana.

ΜΑΡΙΝΟΣ ΒΑΡΔΗΣΙΑΝΙΣΤΗΣ. Βραχέα βουλομένου μου γυμνάσαι, † ἀνάσχεσθε ὀρθοτάτου δόγματος περιϊσταμένου. (l. ἀνέχεσθε.)

ΕΥΤΡ. Λέγε δή.

ΜΑΡ. Ἑκάστοτε οἱ ἁπλούστεροι, καὶ περὶ τὰς γραφὰς ἀνοήτως φερόμενοι, ἄλλως τὰ γεγραμμένα βούλονται νοεῖν, ὅπερ ἄλογον· διὰ τοῦτο βούλομαι ἐπὶ Εὐτροπίου * δεῖξεν, εἰ ἡμεῖς εὐγνωμόνως περὶ τὰ δόγματα τῶν γραφῶν φερόμεθα, ἢ ὑμεῖς; (l. δεῖξαι.)

ΑΔΑΜ. Ὅρισαι πρῶτον, ποίου δόγματος περιΐστασαι, καὶ ἔκθου τὴν πίστιν, ὅπως ποτὲ δοξάζεις, ἵν' οὕτως ἡ ζήτησις γένηται. Εἰ τις γὰρ βούλοιτο φιλαλήθως, καὶ μὴ φιλερίστως, ζητεῖν τὰ θεῖα δόγματα, εὑρήσει τηλαυγεστάτην τὴν ἀλήθειαν· Ποῖον γὰρ δόγμα, ὃ λέγεις ὀρθότατον ἐγνωκέναι; ἀποκρίνου, ἵνα, βασανισθεὶς ὑπὸ θατέρων, ὁ λόγος φαιδρότερος ἀναφανῇ, καθὰ χρυσὸς ὑπὸ πυρὸς εἰργασμένος.

Tria Capita controversa.

ΜΑΡ. Ἄτοπον ἡγοῦμαι, τὸ λέγειν ὑμᾶς, τὸ κακὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γεγενῆσθαι· Ὁ Θεὸς γὰρ κακῶν ἀναίτιος· καὶ τὸ λέγειν ὑμᾶς, τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ σάρκα ἀνθρώπου ἀνειληφέναι· Καὶ τὸ φάσκειν, ταύτην τὴν σάρκα, εἰς ἣν ἐνδεδιμε-

MARINUS BARDESIANISTA. Dum paucis exercere me cupio, patienter *quæso* tolerate, rectissimam doctrinam defendentem.

EUTR. Agedum dic.

MAR. Qui simpliciores sunt, & in sacris literis insipienter versantur; frequenter ea, quæ scripta sunt, aliter *quàm par est*, volunt intelligere: id quod à ratione alienum est. Propterea volo, sub *Eutropio* Judice demonstrare: Utrum nos, an vos, rectum sensum in S. Scripturæ dogmatis habeamus?

ADAM. Primùm define, quam sis defensurus doctrinam: & Fidem tuam expone, quomodocunque opinaris; ut sic Quæstio formetur. Nam, si quis veritatis, non contentionis studio, velit divina inquirere dogmata; næ is Veritatem invenire liquidissimè poterit. Quæ verò Doctrina illa est, quam dicis *rectissimam* te novisse? Responde; ut per examen ab utrisque probata, illustrior appareat hæc disputatio, velut aurum igne purgatum. NB.

MAR. Absurdum censeo, quod vos dicitis, *Malum à Deo factum fuisse*: Deus enim malorum causa non est. Deinde quod dicatis: *Verbum Dei carnem humanam assumsisse.* Item, quod asseritis: *Hanc eandem carnem*, cui illiga-

θαι, ἀνίστασθαι εἰκότως γὰρ ἄχθος, καὶ σῆμα, καὶ δέσμια κέκληται, διὰ τὸ ἁμαρτήσασαν τὴν ψυχὴν ἐνδεδέσθαι τῷ σώματι τούτῳ, ὡς ὁ Ἀπόστολος τοῦ Χριστοῦ Παῦλος βοᾷ, ῥυσθῆναι ἀπὸ τοῦ σώματος λέγων, Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος· τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; Ταῦτα τὰ τρία ἐστίν, ἃ ζητῶ.

ΕΥΤΡ. Περὶ τῆς εἰς Θεὸν πίστεως ἔκθου πρῶτον ὅρον, καὶ τότε ταῦτα ζητηθήσεται.

ΜΑΡ. Θεὸν κἀγὼ ἕνα φημὶ εἶναι, ὡς καὶ αὐτός· καὶ στοιχεῖ μοι, ὅτι εἷς Θεός. τρία δέ ἐστιν, ἐν οἷς οὐ συμφωνοῦμεν τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ.

ΕΥΤΡ. Ποῖα ταῦτα;

ΜΑΡ. Τὸν διάβολον οὐχ ὑπὸ Θεοῦ λέγομεν ἐκτίσθαι· καὶ τὸν Χριστὸν οὐ λέγομεν ἐκ γυναικὸς γεγεννῆσθαι· καὶ τὸ σῶμα μὴ ἀνίστασθαι.

f. ἦν. ΑΔΑΜ. Ἀναγκαῖον ἂν † εἶν, ἐξ οὗ τὴν ἀρχὴν ἐποιήσω, ἐκεῖθεν ἐφάψασθαι προσαγαγεῖν ἢ ἡμῖν αἰτίαν βούλει, ὡς ἡμῶν φασκόντων, ὑπὸ Θεοῦ τὸ κακὸν ἐκτίσθαι· Τοῦτο γὰρ ἡμεῖς φαμεν μόνον εἶναι κακόν, τὸ στερηθῆναι τῶν ἀγαθῶν.

ΜΑΡ. Πῶς οὐκ ἔστι κακόν, ὁπότε καὶ τὸν ὄφιν ἐξ ἀρχῆς ὑποβάλλειν τῇ Εὔᾳ, λέγει ἡ γραφή; Ἀλλὰ καὶ διάβολος παντάπασιν ἐν ταῖς γραφαῖς εἴρηται, καὶ Σατανᾶς, καὶ πονηρός, καὶ κακοποιός· Πῶς οὖν λέγεις, οὐδέν ἐστι κακόν;

ΑΔΑΜ. Τί ἐστι τὸ κακόν; λέγε.

mur, *resurgere*. Meritò enim *Onus* appellatur, & *sepulcrum*, & *compedes*: quoniam anima, quæ peccavit, isti Corpori illigata est, sicut Apostolus Christi Paulus clamat, ut ab hoc corpore solvatur. *Miser ego homo*, inquit, *Quis me liberabit à corpore mortis hujus*! Hęc tria sunt, quæ disputo. Rom. 7.24.

EUTR. Primùm, de fide, quæ est in Deum, definitionem propone: & tunc ista exquirentur.

MAR. DEUM ego quoq; Unum esse confiteor, ut & * iste; ac Unum Deum esse, mecum sentit. Tria verò sunt, in quibus cum catholicâ seu universâ Ecclesiâ non consentimus. * scil. *Adamantius.*

EUTR. Quæ sunt illa?

MAR. *Diabolum non esse à Deo creatum*, dicimus: neque dicimus, *Christum esse natum ex muliere*: neque, *Corpus hoc resurgere*.

ADAM. Necessarium fuerit, inde *rem* aggredi, unde tu fecisti initium. Ubi crimen nobis vis impingere, quasi nos asseramus, *Malum à Deo fuisse creatum*. Malum enim solùm nos id esse dicimus, quod privatum est bonis. l. *de Malo & ejus Auctore.* *Malum quid orthodoxis.*

MAR. Quî non est malum: posteaquam Scriptura comemorat, jam in principio serpentē *illud* Evę suggessisse? Quinimò Diabolus passim, & Satan, & malus, & maleficus, in Scripturis appellatur. Quo'nam pacto igitur dicis, Nihil esse malum? Gen. 3.

ADAM. Quid est malum? dic.

ΜΑΡ.

ΜΑΡ. Ὁ φόνος δοκεῖ σοι καλὸν εἶναι;

ἈΔΑΜ. Ὁ σὸς ὅρος σφόδρα ἀγαθώτατον δείκνυσι τὸν φόνον.

ΜΑΡ. Πῶς;

ἈΔΑΜ. Ἔφης, δεσμὸν εἶναι τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα, καὶ μάρτυρα Παῦλον παρήγαγες λέγοντα. Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος· Τίς με ῥύσεται * τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; (al. ἐκ τοῦ.) Ὁ δὲ φόνος, ὃν ἔφης εἶναι κακὸν, διάλυσίς ἐστι σωμάτων ἀπὸ ψυχῆς· δῆλον οὖν, ὅτι ἀγαθὸς ὁ φόνος, ὁ λύων τὸν δεσμὸν τοῦ σώματος ἀπὸ τῆς ψυχῆς· καὶ κατὰ τὰ σοὶ δόξαντα, ὁ φόνος ἐστὶν ἀγαθὸς, ὁ τὸν δεσμώτην ἐλευθερῶν, καὶ ἀπαλλάσσων τοῦ ἐχθροῦ τὴν ψυχήν.

ΜΑΡ. Ἐγὼ, περὶ ὧν ὡρισάμην, περὶ ἐκείνων ζητῶ.

ἈΔΑΜ. Μὴ σύγχεε τὰ ζητούμενα. Περὶ ποίου ζητήματος βούλει πρώτως τὴν ἐξέτασιν γενέσθαι;

ΜΑΡ. Περὶ τοῦ διαβόλου.

ΕΥΤΡ. Ἀμφότεροι πρῶτον ὁρίσασθε.

ἈΔΑΜ. Ἐγὼ οὐδὲν ἕτερον ἀγέννητον λέγω, ἢ μόνον τὸν Θεόν· τὰ δὲ λοιπὰ πάντα, ὅσα ἐστὶ, γεννητὰ καὶ κτιστά.

ΜΑΡ. Ἐγὼ τὸν διάβολον αὐτοφυῆ λογίζομαι, καὶ αὐτογέννητον. καὶ δύο ῥίζας οἶδα, πονηρὰν καὶ ἀγαθήν.

ΕΥΤΡ. Δύο οὖν ἀγέννητα φὴς εἶναι, πονηρὸν καὶ ἀγαθόν.

ΜΑΡ. Δύο ῥίζας φημί.

MAR. Homicidium an tibi malum videtur?

ADAM. Definitio tua, rem optimam esse homicidium, monstrat.

MAR. Quid ità?

ADAM. Dicebas: Animæ vinculum esse corpus: & Paulum allegabas testem, dicentem: *Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Homicidium verò, quod ajebas malum esse, dissolutio est corporis ab animâ: itaque homicidium bonum esse, manifestum est; quippe quod corporis vinculum solvit ab animâ: proin, ut tua fert opinio, cædes bona erit, ceu quæ captivum in libertatem restituit, & animam vindicat, ab hoste.

MAR. Ego de his quæro, quæ definitè proposui.

ADAM. Noli quæstiones confundere. quam Quæstionem vis primò in disceptationem venire?

MAR. De Diabolo.

EUTR. Uterque primùm definitote.

ADAM. Ego nihil aliud *ingenitum* esse dico, præter solum Deum: cætera verò omnia, quæcunq; sunt, generata *esse dico*, & creata.

MAR. Ego Diabolum colligo esse per se natum, & per se genitum: & *Duas Radices* agnosco, Malam & Bonam.

EUTR. Duo itaque ais ingenita esse, Malum & Bonum.

MAR. Duas Radices, ajo.

ἈΔΑΜ.

Ἀδαμ. Δύο ῥίζας, ἔφης, εἶναι ἀγεννήτους· λέγε δέ, τρεπταί εἰσιν, ἢ ἄτρεπτοι;

Μαρ. Πῶς;

Εὐτρ. Δύναται τραπῆναι ἡ κακὴ ῥίζα, καὶ γενέσθαι ἀγαθή;

Μαρ. Οὔ. οὕτω γὰρ πέφυκεν.

Εὐτρ. Δῆλον, ὅτι οὔτε ἀγαθὴ τραπῆναι δύναται, καὶ γενέσθαι κακή.

Μαρ. Οὔ. δύο γάρ εἰσιν, ἀγαθὴ καὶ πονηρά.

Ἀδαμ. Ἐπεὶ οὖν δύο ῥίζας ἀτρέπτους ὑπέθου, λέγε δὴ ἑκάστης οὐσίας τὴν ποιότητα, καὶ τὴν ἐνέργειαν.

Μαρ. Τοῦ ἀγαθοῦ ἡ ποιότης, καὶ ἡ ἐνέργεια, φῶς, ἀγαθόν, δεξιόν, ἐλεημονικόν, εὐσεβές, δίκαιον, καὶ εἴ τι ἄλλο ἄξιον. Τοῦ δὲ κακοῦ ἡ ποιότης καὶ ἡ ἐνέργεια, σκότος, πονηρόν, ἀριστερόν, ἀνηλεές, ἀσεβές, ἄδικον, καὶ εἴ τι ἄλλο ἐστὶν ἀριστερόν.

Ἀδαμ. Νοητά ἐστιν, ἃ λέγεις, ἢ αἰσθητά;

Μαρῖνος. *Μαρκ.] Τέως περὶ αἰσθητῶν πρόκειται ἡμῖν τὸ λέγειν.

Ἀδαμ. Τὸ φῶς τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ τὸ σκότος τοῦ πονηροῦ, αἰσθητὸν φῄς, ἢ νοητόν;

Μαρ. Τέως περὶ τῶν φαινομένων.

Εὐτρ. Ἐκ τῶν φαινομένων, σκότος καὶ φῶς, ἡμέρα καὶ νύξ.

Ἀδαμ. Ὁμοῦ γενόμενοι ἐκ μιᾶς συμφωνίας, ὁ ἀγαθὸς καὶ ὁ πονηρός, τὸ φῶς κατὰ τὸ σκότος ἐδημιούργησαν;

ADAM. Duas radices, ajebas, esse ingenitas: cedò, Sunt'ne mutabiles, an immutabiles?

MAR. Quo'nam modo?

EUTR. Poterit'ne mutari mala Radix, & fieri bona?

MAR. Non: sic enim naturâ est comparata.

EUTR. Certum est; neque mutari posse bonam, & fieri malam.

MAR. Non: sunt enim *Radices* duæ, Bona & Mala.

ADAM. Quum igitur Duas Radices immutabiles supponas; dic age, Quæ uniuscujusq; Substantiæ sit Qualitas & Efficacia?

MAR. Boni qualitas, & Efficacia est, *Lux, Bonum, Dexterum, Misericors, Pium, Justum*, & si quid aliud dignitate præstet: Mali verò qualitas & operatio *sunt, Tenebræ, Malum, Sinistrum, Immisericors, Impium, Injustum*, & si quid aliud est sinistrum aut pravum.

ADAM. An ista, quæ dicis, sub intellectum cadunt, an sub sensum?

* MARC. Hactenus nobis propositum est, de sensibilibus disserere. * Marinus Pic.

ADAM. Lucem Boni, & Tenebras Mali, sensibus'ne exposita dicis, an intellectui?

MAR. Hucusque de rebus *sensui* apparentibus *actum*.

EUTR. Tenebræ & Lux, Dies & Nox, sunt res apparentes.

ADAM. An uno consensu Bonus & Malus, inter se convenientes, lucem juxta tenebras condiderunt?

K MAR.

ΜΑΡ. Οὐ· λέγει γὰρ ὁ Ἀπόστολος·
2.Cor.6.14 Οὐδεὶς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος, οὐδὲ Χριστοῦ πρὸς Βελίαρ.

ΑΔΑΜ. Πῶς οὖν συμφωνοῦσι τὸ φῶς, καὶ τὸ σκότος;

ΜΑΡ. Οὐδαμῶς συμφωνοῦσιν, οὐδὲ ἔχουσί τι κοινὸν πρὸς ἀλλήλους.

ΑΔΑΜ. Περιωρισμένας ὥρας ἔχει τὸ φῶς, καὶ τὸ σκότος;

ΜΑΡ. ιβʹ ὥρας ἔχει τὸ φῶς, καὶ
l. τὸ. δώδεκα * τῷ σκότος.

ΑΔΑΜ. Εἰ ἑνὸς οὐκ ἔστι τὸ φῶς καὶ τὸ σκότος, ἀδύνατόν ἐστιν ὑποχωρεῖν θάτερον θατέρῳ· ἢ γὰρ ἂν κατὰ συμφωνίαν τῶν δημιουργῶν ὑποχωρεῖ τὸ σκότος τῷ φωτὶ, καὶ τὸ φῶς τῷ σκότει· ἀδύνατον δὲ τῶν δημιουργῶν μὴ ὁμονοούντων, πείθεσθαι ταῦτα ἀλλήλοις ἔτι. Ἵνα δὲ πρὸς ἀτοπωτέρας ἀπορίας αὐτοὺς συνελάσω, σαφέστερόν σε ἐπιστήσω, ἀξιέραστε δικαστά· οὔτε γὰρ αὐτὸ τὸ σκότος συγχωρήσει αὐτοῖς δύο εἰσάγειν δημιουργούς.

ΕΥΤΡ. Πῶς;

ΑΔΑΜ. Καὶ εἰ, κατὰ τὸν αὐτῶν λόγον, δώδεκα ὥρας ἔχει τὸ φῶς, καὶ δώδεκα τὸ σκότος, ἐδείκνυτο ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ ὄντα· νῦν δὲ οὐχ οὕτως ἔχει· ἐν μὲν γὰρ τῇ χειμερινῇ τροπῇ μηκύνεται τὸ σκότος, πλειόνων ὡρῶν γιγνομένων· ἐν δὲ αὖ πάλιν τῇ θερινῇ τροπῇ μηκύνεται τὸ φῶς, προσλαμβάνον ἀπὸ τοῦ σκότους.

MAR. Minimè: sic enim inquit Apostolus; *Nulla est communio luci cum tenebris, neque Christo cum Beliale.*

ADAM. Quo ergo pacto Luci cum tenebris convenit?

MAR. Nequicquam conveniunt, nec habent quidquam inter se commune.

ADAM. Habent'ne Lux & tenebræ definitas statasque horas?

MAR. Duodecim horæ præfinitæ sunt Luci, & tenebris duodecim.

ADAM. Nisi Lux & tenebræ ad unum auctorem referantur, fieri non potest, ut alterum succedat alteri: Certè, ex mutuo Conditorum consensu, tenebræ succedunt luci, & lux tenebris: Verùm, nisi concordes essent, beneq; convenirent illi Conditores, impossibile est, hæc sibi mutuò locum dare, & porrò concedere. Quò verò hunc ad absurdiores perplexitates compellam; clariùs te, Judex dignissime, instruam. Nec enim vel ipsæ tenebræ concedent illis, ut duos Conditores inferant.

EUTR. Quomodo?

ADAM. Etenim si, secundùm istorum rationem, duodecim horas Lux, & tenebræ item XII. habeant: jam demonstrarentur, ab uno eodemque Deo esse. Atqui non ità se habet: nam, in conversione *Solis* hybernâ, tenebræ productiores sunt, pluribus horis; rursum autem in æstivo Solstitio, Lux fit longior, & *aliquid* de tenebris sibi sumit.

MAP.

ΜΑΡ. Ἄλλο φῶς, καὶ ἄλλο σκότος.

ΕΥΤΡ. Εἰ μὴ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ δημιουργοῦ ἐστιν τὸ φῶς καὶ τὸ σκότος, πῶς οἷόν τε ἦν, ὑπενδιδόναι τὸ φῶς τῷ σκότει, καὶ τὸ σκότος τῷ φωτί; Εἰ γὰρ ἐναντίον τὸ κακὸν τῷ ἀγαθῷ, καὶ τὸ ἀγαθὸν τῷ κακῷ, ἐν τούτοις δὲ (τῷ φωτὶ, καὶ τῷ σκότει) οὐδεμία εὑρίσκεται ἐναντιότης· δῆλον οὖν, ὅτι ἑνὸς δημιουργοῦ τὸ φῶς, καὶ τὸ σκότος.

ΑΔΑΜ. Ἔφης, τὴν τοῦ ἀγαθοῦ οὐσίαν εἶναι φῶς· τὴν δὲ ποιότητα, ἀγαθὸν, δεξιόν· τῷ δὲ τὸ ἀγέννητον καὶ ἄφθαρτον συμβέβηκεν. Ἀντίκειται δὲ τὸ ἀγαθὸν τῷ κακῷ; Ἀποκρινάσθω.

ΜΑΡ. Κατὰ πάντα ἀντίκειται τὸ κακὸν τῷ ἀγαθῷ.

ΑΔΑΜ. Δῆλον, ὅτι καὶ κατ' οὐσίαν, καὶ κατὰ ποιότητα, καὶ κατὰ τὸ συμβεβηκός· κατ' οὐσίαν μὲν σκότος ἀντίκειται φωτὶ, κατὰ ποιότητα δὲ κακὸν ἀγαθῷ. Εἰ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς ἀντίκειται, ἔσται γεννητὸν πρὸς τὸ ἀγέννητον, καὶ φθαρτὸν πρὸς τὸ ἄφθαρτον.

ΜΑΡ. Πῶς;

ΕΥΤΡ. Ὑπέθου ἀγεννήτους τὰς δύο οὐσίας· συμπέφυκε δὲ τῷ ἀγεννήτῳ τὸ ἀθάνατον. καὶ ἀνάγκη, εἰ ἀγέννητοί εἰσιν αἱ δύο οὐσίαι, ταύτας ἀθανάτους ὑπάρχειν, τῷ ἀγεννήτους εἶναι λέγειν. Ἔτι δὲ οὕτω σκόπει· εἰ τὸ κακὸν ἀγέννητόν ἐστι, τὸ ἀγαθὸν οὐκ

MAR. Aliud Lux *est*, & aliud *sunt* tenebræ.

EUTR. Si Lux & tenebræ ad eundem Conditorem non pertinerent; quomodo fieri posset, ut Lux tenebris, & tenebræ luci succederent? Nam, si malum bono sit contrarium, & bonum malo; in istis autem, tenebris puta & luce, nulla cernatur contrarietas; constat profectò, Lucis & tenebrarum unum esse Conditorem.

ADAM. Dixeras: Boni illius Substantiam esse lucem. Qualitatem verò, bonum, dexterum: huic autem accidit, ut ingenitum sit & incorruptibile. Repugnatne bonum malo? Respondeat.

MAR. Omninò repugnat malum bono.

ADAM. Nimirum patet, *Opponi* & secundùm Substantiam, & secundùm Qualitatem, & secundùm Accidens. Quod ad Substantiam quidem, Tenebræ opponuntur Luci: sed quod ad Qualitatem, malum *opponitur* bono. Quòd si & secundùm accidens opponantur; tunc Genitum Ingenito, & Corruptibile Incorruptibili *opponendum* erit.

MAR. Quo pacto?

EUTR. Supposuisti duas Substantias ingenitas: Ingenito verò connatum est esse immortale. Necesse est etiam, si duę illæ Substantiæ sint ingenitæ, has simul immortales existere; eo ipso, quod ingenitæ dicuntur. Quin & hoc mihi perpende: Si malum sit ingenitum; tum bonum non *erit*

ἀγέννητον, ἐπεὶ μὴ κακόν ἐστι. Καὶ τῷ αὐτῷ λόγῳ λέγομεν, ὅτι, εἰ τὸ κακὸν γεννητὸν πέφυκεν, ἀγαθὸν καὶ οὐ κακόν ἐστι τὸ ἀγέννητον.

f. Αἱ. ἈΔΑΜ. * Καὶ δύο οὐσίαι, φθαρταὶ ἢ ἄφθαρτοι; ἢ ἡ μὲν ἄφθαρτος, ἡ δὲ φθαρτή;

ΜΕΓ. Ἄφθαρτοι αἱ δύο οὐσίαι.

l. σε. ἈΔΑΜ. Ἔδει μὲν * τε ἀκροώμενον ἡσυχίαν ἄγειν, προδιειλεγμένων ἤδη τῶν πρόσθεν ζητημάτων.

ΜΕΓ. Ἐν τούτῳ ὁμόδοξός εἰμι Μαρίνῳ.

ΕΥΤΡ. Φατὲ, ἀγεννήτους εἶναι καὶ ἀφθάρτους τὰς δύο οὐσίας· ἀνάγκη, καὶ ὁμοουσίους ταύτας ὑπάρχειν, καὶ ὁμοίας· ὅπερ ἀδύνατον.

ἈΔΑΜ. Ἰσοσθενεῖς εἰσιν αἱ δύο οὐσίαι;

ΜΕΓ. Οὐκ εἰσὶ τῇ δυνάμει ἴσαι. μὴ γένοιτο. λέγει γὰρ ὁ Χριστὸς ἐν
Matt. 12.29 τῷ Εὐαγγελίῳ· Οὐδεὶς δύναται
al. ἰσχυροῦ. „εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ * πονηροῦ εἰσελθεῖν, „καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσαι, ἐὰν „μὴ πρῶτον δήσῃ τὸν ἰσχυρότερον· δηλοῖ οὖν, ὅτι ἔδησε τὸν Διάβολον, ἰσχυρὸς ὤν, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ ἔλαβεν. σαφῶς ὁ Κύριος ἔδειξεν, ὅτι ὄντως ἡμᾶς τοῦ πονηροῦ ἐρρύσατο.

ἈΔΑΜ. Εἰ μὲν γὰρ ψιλῶς εἰρήκει τοῦ πονηροῦ, καὶ οὐχὶ σκεύη τοῦ πονηροῦ· εἶχές τι λέγειν. Νυνὶ δὲ φάσκει, σκεύη τοῦ πονηροῦ· δείξας, ὅτι ἐν χρήσει εἶχε, καὶ οὐκ αὐτοῦ ἦν, οὔτε κατὰ ποίησιν, οὐδὲ κτίσιν, ἀλλὰ κατὰ

ingenitū: quia *bonum* non est malū. Atque ratione pari dicimus: Si malum est genitum, tùm id quod ingenitum est, bonum est & non malum.

ADAM. Duæ illæ Substantiæ sunt'ne corruptibiles, an incorruptiles? vel, una quidem incorruptibilis; altera, corruptibilis est?

MEG. Duæ illæ Substantiæ *sunt* incorruptibiles.

ADAM. Equidem deceret te auditorem agere tacendo, & quiescere, postquam disputatæ sunt priores quæstiones.

MEG. In hoc cum *Marino* sentio.

EUTR. Fatemini, Duas illas substantias esse ingenitas & incorruptas: necesse *itaque est*, ejusdem simul esse substantiæ & consimiles: quod tamen possibile non est.

ADAM. Habent'ne parem vim ac robur, hæ duæ Substantiæ?

MEG. Non parem obtinent potentiam aut vires: absit. Christus namque in Evangelio dicit: *Nemo potest domum mali ingredi, & vasa illius diripere, nisi prius fortiorem vinxerit.* Itaq; hisce patefacit, se, cùm esset fortior, Diabolum ligâsse, & vasa illius abstulisse. Clarè ostendit Dominus, quòd nos, illius Mali *Vasa vinctosq;*, eripuerit.

ADAM. Si simpliciter dixisset, *mali*, & non, *vasa mali*; habuisses, quod diceres: Jam verò ait, *Vasa mali*; eò demonstrans, quòd usu, non proprietate aliquâ, ea tenuerit; neque jure fictionis, neque creationis; sed, velut qui

χρῆσιν

χρήσει, βιαζομένου τὸ ἀλλότριον. Μαρτυρεῖ δὲ τούτοις Παῦλος λέγων, „Ὥσπερ παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν „δοῦλα τῇ ἀδικίᾳ, καὶ τῇ ἀκαθαρ„σίᾳ, εἰς ἀνομίαν· οὕτως παραστή„σατε τὰ μέλη τῷ Θεῷ δοῦλα τῇ δι„καιοσύνῃ. Ἔφης δὲ ἄφθαρτον καὶ ἀγέννητον εἶναι τὴν κακὴν οὐσίαν. εἰ οὖν ἄφθαρτος ἡ τοῦ κακοῦ οὐσία, ματαίως κάμνει ὁ Ἰησοῦς, πειρώμενος ἀναιρεῖν τὰ κακά, μὴ δυνάμενα ἀναιρεθῆναι· Πῶς οὖν ἔπαθεν, ἵνα τὸν θάνατον καταλύσῃ, τὸν μὴ λυόμενον; Ἀγεννήτους γὰρ ἀμφοτέρους, καὶ ἀφθάρτους ἔφης· οὐκοῦν παραχωρεῖ ἅτερος
Pic. rl. θατέρῳ ἀφανίσεως ἕνεκα; * εἰ γὰρ, τούτου τοσαῦτα δεινὰ ποιοῦντος τοῦ κακοῦ, οὐκ ἐκώλυσεν ὁ ἀγαθός. οὐδὲ γὰρ συνεχώρει ὁ κακὸς, λυθῆναι τὰ αὐτοῦ, ἀμφοτέρων κατά σε ἀγεννήτων καὶ ἀφθάρτων ὄντων.

ΕΥΤΡ. Εἰ μὲν γὰρ ἀγέννητος ἡ μία ἀρχὴ, καὶ ἡ ἑτέρα γεννητὴ, εἶχε λόγον, ὑποτετάχθαι τὸ γεννητὸν τῷ ἀγεννήτῳ· καὶ τὸ μὲν φάσκειν ἰσχυρότερον, ἀναγκαῖον, διὰ τὸ ἀγέννητον ὑπάρχειν, καὶ ἄφθαρτον· τὸ δὲ ἀσθενέστερον, διὰ τὸ εἶναι γεννητὸν, τοῦ ἀγεννήτου ἰσχυροτέρου ὄντος.

ΑΔΑΜ. Σφόδρα ἀπηρυθριασμένως πρὸς τὴν ζήτησιν φέρεται· ἀποκρινάσθω, εἰ ἐπιμίγνυνται, ἢ ἐπιφοιτῶσιν ἀλλήλαις, αἱ δύο οὐσίαι;

ΜΕΓ. Οὐκ ἐπιμίγνυνται, μὴ γένοιτο.

usurpatione & vi alienum invasisset. His Paulus attestatur: *Quem-* Rom. 6.19.
admodum, inquit, *præbuistis membra vestra serva injustitiæ, & impuritati ad iniquitatem; sic præbete membra vestra Deo, servire justitiæ.* Præterea dixisti: malam Substantiam incorruptibilem & ingenitam esse. Itaque, si substantia Mali incorruptibilis sit; frustrà Jesus laborat, dum conatur auferre mala, quæ tamen auferri non possunt. Quomodo igitur passus est, ut mortem dissolveret, quæ solvi non potest? Quandoquidem ajebas, utrumque ingenitum esse, atque incorruptibilem: an ergo cedit alter alteri, quò aboleatur?
Quantùvis enim funesta moliatur Vid. Not.
Malus, Bonus tamen non obstat. Non enim permitteret Malus ille,
sua† dissolvi; cùm uterque (ut tua † *dissipari.*
fert sententia) ingenitus & incorruptibilis sit.

EUTR. Nimirum, si unum Principium esset ingenitum, & alterum genitum; probabile foret, hoc genitum ingenito illi esse subjectum: & istud quidem statuere fortius, necesse foret, eò quòd ingenitum sit & incorruptibile: illud autem, *dicendum* debilius, eò quòd genitum sit; Ingenito illo multò existente fortiore.

ADAM. Valdè inverecundè versatur circa quæstionem præsentē. Respondeat? Nū hæ duæ substantiæ inter se misceantur, alteraque incessit alteram?

MEG. Non miscentur: absit.

ἈΔΑΜ. Πῶς οὖν ἦλθεν ὁ ἀγαθὸς εἰς τὰ τοῦ πονηροῦ; ἢ πῶς, ἀναμίκτων ὄντων τῶν οὐσιῶν, γέγονε μίξις· καί τοι ἐναντίων ὄντων ἀλλήλων; εἰ γὰρ μὴ ἴδιος ὁ κόσμος *τ' οὐχ Ἰησοῦ, ἀλλ' ἦ] τοῦ κακοῦ· πῶς δυνατὸν ἦν τῷ Ἰησοῦ, ἐλθεῖν, οὐκ ἰσχυροτέρῳ ὄντι; Οἱ γὰρ ἰσοδυναμοῦντες οὐδέτερος πρὸς τὸν ἕτερον ἐπιβῆναι δύνανται, διὰ τὸ εἶναι ἀγεννήτους, καὶ ἀφθάρτους ἀμφοτέρους.

f. τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, ἀλλ' ἦ.

ΜΑΡ. Ἐγὼ φημὶ τὸν Θεὸν ἄφθαρτον μόνον.

ἈΔΑΜ. Οὐκοῦν ὁ διάβολος φθαρτός.

Vid. Not. ΕΥΤΡ. Εἰ μὲν γεννητὸν καὶ ἀγέννητον, δύναται τὸ ἀγέννητον ἄφθαρτον, τὸ δὲ γεννητὸν φθαρτόν.

ΜΑΡ. Φέρε δή, καί μου πυνθανομένου ἀποκρίνου.

ἈΔΑΜ. Πύθου.

ΜΑΡ. Ἐστὶν ἀγαθόν;

ἈΔΑΜ. Ναί.

ΜΑΡ. Ἐστὶ κακόν;

V. Not. ἈΔΑΜ. Ἀγαθόν φημι κατ' οὐσίαν εἶναι· τὸ δὲ κακὸν ἐπισυμβαῖνόν ἐστιν· τὸ ἀγαθόν, ἀσώματον· τὸ δὲ κακόν, αἰσθητόν· τῷ οὖν ἀγαθῷ οὐκ ἐπισυμβαίνει τὸ κακόν· ἀλλὰ τῷ κατὰ θέσιν ἀγαθῷ, διὰ τὸ αὐτεξούσιον.

ΜΑΡ. Τί ἐστι κατὰ φύσιν, καὶ κατὰ θέσιν, γνῶναι βούλομαι.

ἈΔΑΜ. Εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἔδοξας εἰρωνικὴν πεῦσιν παράγειν,

ADAM. Qui ergo Bonus ille invasit possessionem Mali? aut cùm illæ Substantiæ sint incommixtæ, unde illa facta fuit mixtio: præsertim cùm pugnantes inter se & adversariæ sint? Nam si Mundus iste non proprius † Jesu erat, sed illius Mali; qui poterat Jesus, cùm non esset robustior, eum invadere? Qui enim viribus pares sunt, eorum neuter potest alterum infestare; cùm uterque sit ingenitus & incorruptibilis.

*Domini.

MAR. Ego Deum solum incorruptibilem affirmo.

ADAM. Ergo Diabolus est corruptibilis.

EUTR. Si genitum sit & ingenitum; potest ingenitum esse corruptibile, & genitum incorruptibile.

MAR. Agesis, & mihi responde interroganti.

ADAM. Interroga.

[MAR. Est'ne bonum? [Pic.d.]

ADAM. Est utique.] *

MAR. Malum'ne est?

ADAM. Bonum dico esse secundùm substantiam: Malum verò, accidentarium quid est: bonum, incorporeum; malum autem sensibile *est*. Bono igitur *secundùm Substantiam*, non accidit malum: sed bono, quod est secundùm positionem *accidit*, propter liberum arbitrium.

MAR. Quid'nam illud, *secundùm naturam*, & *secundùm positionem* sit, aveo cognoscere.

ADAM. Quanquam videbaris perridiculam movisse quæstionē,

ὅμως

ὅμως ἄκουε· Κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ Θεὸς ἀγαθὸς, ᾧ μηδὲν ἐπισυμβαίνει κακόν· κατὰ δὲ θέσιν ἄνθρωπος λέγεται ἀγαθός. ὥσπερ καὶ τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ κατὰ φύσιν λέγομεν Υἱὸν, τοὺς δὲ ἀνθρώπους κατὰ θέσιν λέγει ἡ γραφὴ υἱοὺς, τῇ ὁμωνυμίᾳ κεχρημένη. Τῷ οὖν κατὰ φύσιν οὐκ ἐπισυμβαίνει κακόν· ἀλλὰ τῷ κατὰ θέσιν, ἐκ
1. ἀντεξ- τοῦ * αὐταιξουσιότητος.

ΜΑΡ. Αὐτεξούσιός ἐστι καὶ ὁ διά-
1. ἀντεξ- βολος, κατά σε. Τὸ δὲ * αὐξούσιον, καὶ αὐτοφυὲς, καὶ αὐτογέννητον.

ΑΔΑΜ. Ἀγνοεῖν ἔοικας τὴν διαφορὰν τοῦ παντεξουσίου, καὶ τοῦ αὐτεξουσίου. τὸν μὲν γὰρ Θεὸν παντεξούσιόν φημι· τὸν δὲ ἀποστάτην ἄγγελον, τὸν λεγόμενον Σατανᾶν, αὐτεξούσιον λέγω, καὶ τὸν ἄνθρωπον ὁμοίως.

ΜΑΡ. Αὐτεξούσιον φῂς τὸν διάβολον, καὶ τὸν ἄνθρωπον;

ΑΔΑΜ. Τοὺς ἀγγέλους καὶ τοὺς ἀνθρώπους αὐτεξουσίους λέγω ὑπὸ Θεοῦ γεγενῆσθαι, ἀλλ᾽ οὐ παντεξουσίους.

ΜΑΡ. Ἔφη, τὸ αὐτεξούσιον ἐκ Θεοῦ δεδόσθαι· τὸ δὲ κακὸν ἐκ τοῦ αὐτεξουσίου· δείκνυται οὖν ἐκ Θεοῦ ὄντα τὰ κακά. Καὶ τοῦτο δὲ λέγε. Οὐκ ᾔδει ὁ Θεὸς, διδοὺς τὸ αὐτεξούσιον, ὅτι τρέπεται ἐπὶ τὸ χεῖρον ὁ ἀποστάτης ἄγγελος, καὶ ὁ ἄνθρωπος;

ΑΔΑΜ. Ἄγε δὴ καὶ ὑπὲρ Θεὸν φρόνησις ἐβούλετο· οὐκοῦν

tamen ausculta. *Secundùm naturam*, Deus est bonus, cui nullum accidit malũ: *secundùm positionem*, homo dicitur bonus. Sicut & Sermonem illum Dei, *secundùm naturã* appellamus Filium; at homines *secundùm positionem* vocat Scriptura filios, adhibitâ nominis similitudine. Proinde, Bono *secundùm naturam*, non accidit malum; sed *contingit* ei, quod est *secundùm positionẽ* bonum, propter arbitrii libertatẽ.

MAR. Etiam Diabolus, tuâ sententiâ, liberũ arbitrium habet. At, quod arbitrium liberum habet, etiam à seipso est, & à se genitum.

ADAM. Discrimen ejus, quod est omninò liberum, suæque potestatis; ac ejus, quod est suo arbitrio *quadantenus* liberum, videris ignorare. Deum omninò liberrimum affirmo: apostatam verò, sive defectorẽ illum angelum, qui *Satan* dicitur, suæ voluntatis compotem voco; similiter & hominẽ.

MAR. Quid? Diabolum & hominem suo, ais, vivere arbitrio?

ADAM. Angelos & homines à Deo cum arbitrii libertate factos esse sentio; sed non illâ omnimodâ & absolutâ.

MAR. Dixit: arbitrii libertatem donatam à Deo; malum autem, ex libertate arbitrii esse. Ergo concluditur, Ex Deo mala esse. Istud verò mihi dicas: Cùm Deus liberum arbitrium daret, annon præscivit; defectorem angelum, & hominem in deterius tendere?

ADAM. Age verò etiã supra Deũ aspirabat *humana* sapientia: non'ne

τοὺς

τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τοὺς ἀγγέλους, ἴσους εἶναι τοῦ Θεοῦ ἀτρέπτους;

ΜΑΡ. Πῶς ἄτρεπτοι, καὶ ἴσοι τοῦ Θεοῦ;

'ΑΔΑΜ. Ὅτι ὁ Θεὸς ἄτρεπτος, ὁ δὲ ἄνθρωπος τρεπτός· ὁ Θεὸς ἀθάνατος, ὁ δὲ ἄνθρωπος θνητός· Ἐγκαλεῖς οὖν τῷ Θεῷ, ὅτι οὐκ ἐποίησεν, ὡς ἑαυτὸν ἄλλον.

ΜΑΡ. Πῶς;

'ΑΔΑΜ. Εἴπερ μὴ τὸ αὐτεξούσιον, ἄτρεπτον ἦν ὁ ἄνθρωπος· ὁ δὲ ἄτρεπτος, ἀθάνατος· ὁ δὲ ἀθάνατος, Θεός. οὐ γὰρ ἤρκει, τῇ τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητι, κτισθῆναι ἀγγέλους καὶ ἀνθρώπους, ἀλλὰ καὶ ἀτρέπτους εἶναι, ἴσους τοῦ Θεοῦ; ἄλλως δὲ καὶ περιῃρεῖτο τοῦ Θεοῦ πάντα τὰ ἔξοχα.

ΜΑΡ. Πῶς;

'ΑΔΑΜ. Λέγε τὰς ἐνεργείας τοῦ Θεοῦ.

ΜΑΡ. Ἀγαθὸν, δίκαιον, ἐλεημονικὸν, εὐσεβὲς, ὅσιον, ταῦτά ἐστιν.

'ΑΔΑΜ. Εἰ μὴ ἦν τὸ αὐτεξούσιον, πάντα ταῦτα περιῃρημένα ἦν τοῦ Θεοῦ.

ΜΑΡ. Πῶς;

'ΑΔΑΜ. Εἰ ἄτρεπτοι οἱ ἄνθρωποι, ὁ Θεὸς ἀγαθὸς πῶς ἐδείκνυτο, μὴ ὄντων τῶν χρείαν ἐχόντων τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητος;

ΜΑΡ. Σαφέστερον εἰπέ.

'ΑΔΑΜ. Τὰς ἐνεργείας τοῦ Θεοῦ, ἃς ἔφης, ὀνόμασιν εἰσὶ μόνοις, ἢ πράγμασι;

ΜΑΡ. Πράγμασιν ἐνεργεῖ, καὶ οὐκ ὀνόμασιν.

ut homines & angeli Deo essent æquales, *& omnino* immutabiles?

MAR. Quamobrem immutabiles. & æquales Deo?

ADAM. Quoniam Deus *est* immutabilis, homo autem mutabilis: Deus immortalis, at homo mortalis: Deum igitur accusas, quòd alium non fecerit, ut seipsum.

MAR. Quomodo?

ADAM. Si non sui arbitrii fuisset homo, fuisset immutabilis: qui autem est immutabilis, idem immortalis: immortalis verò, Deus. An'non satis erat, ut Dei bonitate angeli ac homines crearentur; sed & immutabiles esse *oportuit*, ac Deo æquales? At verò *sic* temerè Deo detraherentur omnes, quibus eminet, prærogativæ.

MAR. Quo'nam modo?

ADAM. Recense Dei operationes.

MAR. Bonum, Justum, Misericors, Pium, Sanctum: Istæ sunt.

ADAM. Nisi esset arbitrii libertas, omnia hæc Deo detracta fuissent.

MAR. Qui sic?

ADAM. Si immutabiles *fuissent* homines; quo pacto se Deus Bonum declarâsset; cùm nulli essent, qui DEI bonitate opus haberent?

MAR. Dic planiùs.

ADAM. Operationes illæ DEI, quas allegâsti, nunquid sunt nominetenus, vel reipsâ?

MAR. Reipsâ *Deus* operatur, & non *tantùm* nominibus.

'ΑΔΑΜ.

Ἀδαμ. Ἐπὶ τίνας ἐνεργεῖ;

Μαρ. Ἐπὶ ἀνθρώπους.

Ἐυτρ. Εἰ γεγόνασιν οἱ ἄνθρωποι ἄτρεπτοι, περισσαὶ ἦσαν αὗται αἱ ἐνέργειαι· τίνας γὰρ ἔμελλεν ἐλεεῖν, μὴ ὄντων τῶν μὴ ἁμαρτανόντων; τίς γὰρ ἔμελλεν εἶναι ἀγαθὸς, μὴ ὄντων τῶν χρηζόντων τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητος;

Ἀδαμ. Διὰ τί τὴν μὲν πονηρὰν ῥίζαν λέγεις, τὴν δὲ ἀγαθήν;

Μαρ. Ὅτι ἡ ἀγαθὴ σώζει, ἡ δὲ πονηρὰ ἀπόλλυσι.

Ἀδαμ. Τίνος οὖν αἴτιον τὸ σώζεσθαι, ἢ ἀπολλύσθαι τὸν ἄνθρωπον;

Μαρ. Τῆς σωτηρίας τοῦ ἀνθρώπου αἴτιος ὁ Θεὸς, τῆς δὲ ἀπωλείας ὁ Διάβολος.

Ἀδαμ. Πῶς οὖν ἔφης, δίκαιον εἶναι τὸν Θεόν;

Μαρ. Καὶ νῦν φημι, ὅτι δίκαιος ὁ Θεός.

Ἀδαμ. Κριτής ἐστι δίκαιος ὁ Θεὸς, ἢ οὔ;

Μαρ. Κριτὴς δίκαιος ὁ Θεός ἐστιν.

Ἀδαμ. Τίνα κρίνει;

Μαρ. Κρίνει τὸν Διάβολον, καὶ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ ἀνθρώπους, τοὺς προσφεύγοντας αὐτῷ.

Ἀδαμ. Τὸν Διάβολον τίνος ἕνεκα κρίνει;

Μαρ. Διὰ τὸ πλανᾷν τοὺς ἀνθρώπους.

Ἐυτρ. Αὕτη ἀδικωτάτη κρίσις. εἰ μὲν αὐτεξούσιός ἐστιν ὁ Διά-

Adam. In quos ille operatur?

Mar. In homines.

Eutr. Si extitissent homines immutabiles, supervacaneæ illæ virtutes essent. Quorum enim miseratus fuisset, cùm non essent, qui peccarent? Qui Bonus erat futurus, si nulli essent, qui eâ Dei bonitate indigerent?

De Radice bonâ & malâ.

Adam. Quamobrem aliam *malam radicem* esse dicis, aliam *bonam*.

Mar. Quoniam *bona* servat, *mala* verò perdit.

Adam. Quis igitur in causâ est, ut servetur homo, vel perdatur?

Mar. Salutis hominum causa est Deus; sed perditionis Diabolus.

Adam. Quomodo igitur dixisti, Deum esse justum?

Mar. Etiamnum dico, Justum esse Deum.

Adam. Est'ne Deus Judex justus, an non?

Mar. Judex justus est Deus.

Adam. Quem judicat?

Mar. Judicat Diabolum, & ejus angelos & homines, qui ad illum transfugæ sunt.

Adam. Diabolum quâ de causâ judicat?

Mar. Quòd seducat homines.

Eutr. Injustissimum est hoc judiciũ. Nam si arbitrii sui est Dia-

βολος, καὶ ἔχει ἐξουσίαν τοῦ γενέσθαι ἀγαθὸς, καὶ πάλιν γενέσθαι κακὸς, δικαίως κρίνεται· ὅτι, δυνάμενος ἀγαθὸς γενέσθαι, οὐκ ἐγένετο. Εἰ δὲ οὐ δύναται γενέσθαι ἀγαθὸς, τῆς φύσεως μὴ συγχωρούσης, διὰ τὸ εἶναι κακῆς οὐσίας, δίκαιον, μὴ συγχωρῆσαι φῦναι παρὰ τὴν ἀρχὴν τὸν Διάβολον, ἢ φυέντα κρίνειν ἀδίκως.

ΜΑΡ. Κρίνεται, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν κακόν.

ʼΕΥΤΡ. Ἅμα ἄδικος ἡ κρίσις.

ΜΑΡ. Πῶς;

ʼΕΥΤΡ. Μὴ δύναται τὸ ἀγαθὸν τραπῆναι, καὶ γενέσθαι κακόν;

ΜΑΡ. Οὔ.

ʼΕΥΤΡ. Τίνος ἕνεκα;

ΜΑΡ. Ὅτι τοιαύτης οὐσίας πέφυκεν.

ʼΕΥΤΡ. Οὐδὲ τὸ κακὸν δύναται τραπῆναι, καὶ γενέσθαι ἀγαθόν· τῶν οὖν δύο οὐσιῶν ἀτρέπτων οὐσῶν, ἀδίκως ἂν κριθείη ἅτερα ὑπὸ θατέρας· ἢ εἰ δικαίως κρίνεται ὁ πονηρὸς, δικαίως κρίνεται καὶ ὁ ἀγαθός.

ΜΑΡ. Ὁ ἀγαθὸς κρίνει.

ʼΕΥΤΡ. Νῦν τηλαυγῶς δέδεικται, ὅτι τὸ μὲν ἀγένητον, τὸ δὲ γενητόν· καὶ τὸ μὲν ἄφθαρτον, τὸ δὲ φθαρτόν· καὶ τὸ μὲν ἄτρεπτον, τὸ δὲ τρεπτόν· καὶ δικαίως τὸ μὲν κρίνει, τὸ δὲ κρίνεται.

ʼΑΔΑΜ. Ἔφησε, τοὺς ἀνθρώπους δικαίως κρίνεσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· φρασάτω οὖν, εἰ μὴ εἰσὶν αὐτεξούσιοι, πῶς δικαίως κρίνονται;

bolus, & habet facultatem, quâ sit bonus, & rursum quâ fiat malus; jure quidem judicatur: quòd bonus non fuerit, cùm esse posset. Sin autem bonus non posset esse; (quòd natura id non concederet, eo quòd sit malæ substantiæ) justum erat, *potius* non permittere, ut oriretur à principio Diabolus; quàm ortum injustè judicare.

MAR. Judicatur propterea, quòd ille sit malus.

EUTR. Et istud judicium pariter est iniquum.

MAR. Cur?

EUTR. Num poterit bonum mutari, & fieri malum?

MAR. Nequaquam.

EUTR. Quâ de causâ?

MAR. Quòd naturâ talis sit Substantiæ.

EUTR. Perinde neque mutari potest malũ, & fieri bonum. Cùm igitur hæ duæ Substantiæ sint immutabiles; injustè altera judicaretur ab alterâ: Vel, Si Malus jure judicatur; jure meritò quoque judicatur Bonus.

MAR. Bonus judicat.

EUTR. Nunc demonstratum est apertissimè: unum esse ingenitum, alterum genitum; ac illud incorruptibile, hoc autem corruptibile: item illud quidem immutabile, istud verò mutabile: atque adeò justè alterum judicare, alterum verò judicari.

ADAM. Dixerat, Homines justè judicari à Deo: dicat ergo, Si liberam voluntaté non habeant, quomodo jure judicantur?

MAR.

ΜΑΡ. Κρίνονται δικαίως ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, διότι ὑπακούουσι τῷ πονηρῷ.

ΕΥΤΡ. Νῦν σαφῶς ὡμολόγησας, ὅτι αὐτεξούσιος ὁ ἄνθρωπος. τὸ γὰρ ὑπακούειν τῷ πονηρῷ, ἢ τῷ ἀγαθῷ, αὐτεξουσιότητός ἐστι, καὶ οὐκ ἀνάγκης.

ΑΔΑΜ. Βραχέα ἐρωτηθεὶς ἀπόκριναι. ΜΑΡ. Πύθου.

ΑΔΑΜ. Παντοκράτορα, φῂς, τὸν Θεὸν, ἢ οὔ;

ΜΑΡ. Παντοκράτορά φημι.

ΑΔΑΜ. Περιέχει τὰ πάντα, ἢ περιέχεται;

ΜΑΡ. Δῆλον, ὅτι περιέχει, καὶ οὐ περιέχεται.

ΑΔΑΜ. Ἐκ ποίας δυνάμεως περιέχεται, καὶ συγκρατεῖται, ὁ οὐρανὸς, ἢ ἡ γῆ, ἢ ἡ θάλασσα, ἢ ὁ σύμπας κόσμος· ὑπὸ τίνος περιέχεται, καὶ περικρατεῖται;

ΜΑΡ. Δῆλον, ὅτι ὑπὸ Θεοῦ.

ΕΥΤΡ. Ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ, ἢ τοῦ πονηροῦ;

ΜΑΡ. Ἐγὼ ἕνα Θεὸν οἶδα ἀγαθόν.

ΕΥΤΡ. Τὸν οὖν κακὸν ποῦ φῂς εἶναι;

ΜΑΡ. Εἰς τὴν γῆν· οὕτως γὰρ λέγει ὁ Χριστὸς, * Εἶδον τὸν Σατανᾶν, ὡς ἀστραπὴν πεσόντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. (al. ἐθεώρουν.)

[ΕΥΤ.] Εἰκὸς οὖν, ὅτι καὶ ὁ Σατανᾶς εἰς τὴν γῆν συγκρατεῖται ὑπ᾽ αὐτοῦ, τοῦ καὶ τὴν γῆν συγκρατοῦντος, καὶ οὐ φεύξεται· μεμπτὸς οὖν ὁ ἀγαθὸς συγκρατῶν τὸ κακὸν, ἓν τῶν τριῶν, ἢ συγχωρῶν αὐτῷ τὸ εἶναι, ἢ ἀδυνατῶν * ἀλλειλεῖν, ἢ ἀγνοῶν, * τί ἐστιν. (l. ἀνελεῖν. f. ὅτι.)

ΑΔΑΜ. Ἐπεὶ ἐμνημόνευσας

MAR. Justè à Deo judicantur, quia Malo illi obsequuntur.

EUTR. Fateris jam clarissimè, Hominem liberi arbitrii esse. etenim obedire malo sive bono; arbitrii libertatis est, & nō necessitatis.

ADAM. Pauca interrogatus responde. MAR. Quære.

ADAM. Dicis'ne Deum esse omnipotentem, vel non esse?

MAR. Omnipotentē esse dico.

ADAM. Continet'ne omnia, an continetur?

MAR. Manifestum est, Continere, ac non contineri.

ADAM. A' quâ Virtute continetur, & conservatur Cœlum, vel Terra, vel Mare, vel hæc mundi universitas: à quo comprehenditur & tenetur?

MAR. Perspicuum est, quòd à Deo.

EUTR. A' Bono, an à Malo?

MAR. Ego Unum Deum agnosco Bonum.

EUTR. Igitur malum ubi'nam esse ais?

MAR. In terrâ: sic enim Christus dicit: *Vidi Satanam, ceu fulgur cadentem de cælo.* Luc. 10. 18.

[EVTR.] Consentaneum ergo: Satanam ab illo in terrâ comprehendi, qui & ipsam terram comprehendit: neque is effugiet. Quare culpabilis *est* Bonus ille, qui comprehendit malum, unum illorum trium: aut quòd concedat illi ut sit; aut quòd non satis potens sit ad abolendum *illud*; aut quòd ignoret, quid sit. Vid. Not.

AD. Quandoquidem mentionē

τοῦ εὐαγγελίου, καὶ τοῦ Σατανᾶ πεσόντος, αἴτιον, περὶ τούτου βραχέα διαλαβεῖν, ὅπως εἰδέναι ἔχοις τὴν τοῦ θείου δόγματος ἀλήθειαν. ὁ γὰρ Σωτὴρ διδάξαι βουλόμενος, τὸ μὲν πρότερον ἄγγελον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γενόμενον, καὶ φωτὸς μετέχοντα, ὕστερον δὲ τῇ αὐτεξουσιότητι τραπέντα ἐπὶ τὸ χεῖρον, καὶ πεσόντα ἀπὸ στάσεως (οὐ γὰρ ἐνδέχεται ἀπὸ πτώματος πίπτειν, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ ἑστάναι) λέγει τὸ, ὡς ἀστραπήν· σαφῶς δείξας, ὅτι μετεῖχε φωτὸς, πρὶν ἢ τραπῆναι, καὶ πεσεῖν· ἡ γὰρ ἀστραπὴ φωτός ἐστι δεκτική.

ΕΥΤΡ. Δύο ἀγέννητα εἶναι ἀδύνατον.

ΜΑΡ. Αἴτιος οὖν τοῦ κακοῦ ὁ ἀγαθός.

ΑΔΑΜ. Οὐδὲν λείπει, κοσμικοῦ παραδείγματος ἅψασθαι, πρὸς τὸ συνοητότερον γενέσθαι τὸ λεγόμενον· ἐπὰν ἀνδριαντοποιός τις, ἀνδριάντα κατασκευάσας * παραδώσῃ, στιλβώσας τὸν ἄργυρον, ὄντα κατὰ φύσιν φαιδρόν· τῇ δὲ σῇ ἀμελείᾳ τοῦ κεκτημένου συμβῇ ἰός· αἴτιον τὸν ἀνδριαντουργὸν δεῖ ὑπολαμβάνειν κατὰ σέ.

* f. παραδῶσι.

ΜΑΡ. Πῶς;

ΕΥΤΡ. Ὅτι ὁ ἰὸς οὐ κατὰ φύσιν ἐστὶν, ἀλλὰ κατὰ σύμβασιν, διὰ τὴν ἀμέλειαν τοῦ κεκτημένου· οὕτως γοῦν καὶ ὁ Θεὸς ἀναίτιος, στίλβοντα καὶ φαιδρὸν τὸν αὐτεξούσιον λογισμὸν παραδοὺς ἀγγέλοις, καὶ ἀνθρώποις. αὐτὸς μὲν ἀναίτιος εὑρεθήσεται, οἱ δὲ κεκτημένοι τούτου ὑπαίτιοι· οὐ γὰρ κατὰ φύσιν δείκνυται ὂν κακὸν, ἀλλὰ κατὰ σύμβασιν.

Evangelii, & Satanæ cadentis fecisti; par est, ut de illo paucis disseramus: quò divini dogmatis veritatem perspicias. Servator enim cùm docere vellet: Prius quidem Angelum à Deo factum, & lucis participem fuisse; postea verò libero suo arbitrio mutatum in pejus, & cecidisse à statu: (non enim à lapsu, sed à statu, quis cadere potest:) illud dicit, *Quasi fulgur*: quò liquidè indicavit, Eum lucis compotem fuisse, antequā mutaretur, & caderet: nā *fulgur* lucis capax est.

EUTR. Ut duo sint Ingenita, fieri non potest.

MAR. Causa igitur mali *est* Bonus ille.

ADAM. Nihil obstat, quo minus mundanū exemplum attingatur; quò planiùs fiat & meliùs intelligatur, quod dictū est. Cùm statuarius aliquis statuā effictam, argentoq; suâ naturâ splēdido exornatā, tibi tradiderit; postea verò tuâ, qui eam possides, negligētiâ rubigo *illi* accidat: culpam hujus, secundùm tuam opinionem, oportet statuarium sustinere. MAR. Quamobrē?

EUTR. Quia rubigo ex naturâ non est, sed ex contingenti; *videlicet* ex incuriâ eam possidentis. Ita in Deum nec causa, nec culpa recidit: eo quod splendidum & nitidū & illustre rationis lumen, cum libero arbitrio, Angelis & Hominibus tradiderit. Proin ipse quidē omni culpâ carebit: qui autē *lumē* istud possident, obnoxii sunt. Malū enim nō secundùm naturā esse, sed ex accidenti monstratum est.

SECTIO

SECTIO IV.

ubi disputant,

ADAMANTIVS, Orthodoxus: DROSERIVS, Valentinianus: VALENS, propriæ hæreseos auctor: MARINVS, Bardesianista: EVTROPIO, Judicem agente.

ΔΡΟΣΕΡΙΟΣ. Ἀκροασάμενος ἐπὶ πολὺ Μαρίνου τι, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, καὶ καταγνοὺς τῆς τούτων ἀπειρίας, βραχέα πρὸς τὸν υἱόν μου Ἀδαμάντιον γυμνάσαι βούλομαι.

ἈΔΑΜ. Χρή σε πρῶτον ὁρίσασθαι, καὶ ἐκθέσθαι, ποίου δόγματος προΐστασαι, καὶ τότε γυμνάσαι τοὺς λόγους.

ΔΡΟΣ. Δόγματος μὲν προΐσταμαι τοῦ Οὐαλεντίνου, σφόδρα ὀρθοτάτου, καὶ ἀληθῶς δυναμένου ὑμᾶς πεῖσαι, πόθεν ὁ διάβολος; καὶ πόθεν τὰ κακά; καί, εἰ βούλεσθε, ἔχω τὸν ὅρον Οὐαλεντίνου, καὶ ἀναγινώσκω.

ἘΥΤΡ. Ἐὰν οὖν ἐκ τοῦ ἐξ ἐναντίας ἀνατρέπηται ὁ ὅρος, ὁ ὑπὸ Οὐαλεντίνου ἐκτεθείς, σὺ ἀποκρίνῃ τὰ ἐπιφερόμενα;

ΔΡΟΣ. Οἴομαι μέν, ὅτι ἀναγνωσθείς, ὁ ὑπὸ Οὐαλεντίνου ἐκτεθεὶς ὅρος, οὐχ ἕξει ἀντιλογίαν· ὁ γὰρ ἐκθέμενος οὐκ εὐτελὴς ἦν ἀνήρ· εἰ δὲ βούλοιτο ἀντιλέγειν, ἐγὼ ἀποκρινοῦμαι.

ἘΥΤΡ. Ἀναγνωσθήτω τὸ δόγμα Οὐαλεντίνου. [ΔΡΟΣ.]

¶.Not. Οὑτωσὶ δή πως· Εὖ διατεθεῖσθαι νομίζων, ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἀνεχώρουν τὴν ἐμήν· Τῇ δ' ἐπιούσῃ, τουτέστι

DROSERIUS. Cùm audiverim diu *Marinū*, & eos, qui illi consentiunt; spretâ horum imperitiâ, brevibus adversus filium meum *Adamantium* exercere *me* cupio.

ADAM. Primùm oportet te definire & exponere, cui dogmati defendendo præsis; & tunc exercere argumenta.

DROS. *Valentini* dogmatis sum defensor; quod & rectissimum est, & persuadere vobis verè poterit, Unde Diabolus *sit*? & Unde mala? &, si vobis placet, *Valentini* definitionem, quam habeo, statim recitabo.

EUTR. Quòd si hæc, à *Valentino* exposita, definitio, ab adversæ partis *definitione* subvertatur; tune resolves consequentia ejus?

DROS. Equidem existimo, definitionem, à *Valentino* expositam, cùm lecta fuerit, nullam habituram contradictionem. Is enim, qui exposuit eam, Vir minimè vilis fuit, si tamen quis contradicere velit, ego respondebo.

EUT. Recitetur illud *Dogma Valentini.* [DROS.] Sic sanè *ille.*

Cùm me benè habere existimarem, ad meam domum sum reversus, Postero verò die, (id est, *Casus seu Facta.*

σήμερον, ἐλθὼν, ἑώρων δύο τινὰς ὁμογενεῖς, ἀνθρώπους λέγω δὴ διαπληκτιζομένους, καὶ λοιδορουμένους ἀλλήλοις, ἕτερον πρὸς τὸν ἕτερον, ἤδη αὖ πάλιν ἀμφαιμα* ξῆσαι πειρώμενον τὸν πλησίον. Ἤδη δέ τινες καὶ δεινότερα

l. -τῆσαι.

τολμᾶν ἤρχοντο, ὃς μὲν γὰρ * ἔσκυλε νεκρὸν, καὶ τὸ κρυβὲν ἤδη σῶμα τῇ γῇ, πάλιν ἐδείκνυεν ἡλίῳ, καὶ τὴν ὁμοίαν οὕτως ἐνύβριζεν εἰκόνα, βορὰν κυσὶ καταλιπὼν τὸν νεκρόν· τὸ δὲ ξίφος ἐγύμνου, καὶ ἐπὶ τὸν ὅμοιον ἄνθρωπον ἐχώρει. Καὶ ὁ μὲν φυγῇ τὴν σωτηρίαν πορίζειν ἤθελεν, ὁ δὲ διώκειν οὐκ ἐπαύετο, οὐδὲ τοῦ θυμοῦ κρατεῖν ἤθελε. Καὶ τί δεῖ πλέον λέγειν; ἀλλ' ὅτι χωρήσας ἐπ' αὐτὸν εὐθέως ἔπαισε τῷ ξίφει· ὁ δὲ ἱκέτης τῷ πλησίον ἐγένετο, καὶ χεῖρας ἱκεσίας ὤρεγε, καὶ τὴν μὲν ἐσθῆτα διδόναι ἤθελε, μόνον δὲ

l. ἐσκύλευε.

τὸ ζῆν ἔχειν ἠξίου· ὁ δὲ οὐκ * ἐθρύνετο τὸν θυμὸν, οὐδὲ ἠλέει τὸν ὁμογενῆ, οὐδὲ ἑαυτὸν διὰ τῆς εἰκόνος ἐκείνου βλέπειν ἤθελεν, ἀλλ' ὡς ἄγριος θὴρ τῷ ξίφει τῆς βορᾶς ἤρχετο. ἤδη δὲ καὶ τὸ σῶμα τῷ ὁμοίῳ προσέφερε σώματι. τοσοῦτος γὰρ ἦν τῷ θυμῷ. Καὶ ἦν ἰδεῖν τὸν μὲν ἠδικημένον, τὸν δὲ λοιπὸν σκυλεύοντα, καὶ μηδὲ γῇ σκεπά-

Vid. Not.

*hodie) cùm venissem ; duos Cognatos, Viros inquam, vidi digladiantes, & mutuis se conviciis proscindentes invicem; atque etiam rursus utrumque proximum suum cruentare, & trucidare conantē. Postea etiam alii atrociora his audere ceperant; quidam enim spoliabat mortuum, & conditum jam terrâ corpus rursus soli exponebat; & similem sibi effigiē adeò contumeliosè tractabat, ut mortuum canibus escam relinqueret. Tum verò gladium stringens, etiam in alterum similem * hominem irruebat. Atque hic quidem fugâ saluti suæ consulere volebat; ille verò non destitit persequi, neque iram reprimere voluit. Et quid pluribus opus est? irruens in illum, gladio statim percussit: ille verò supplex factus proximo suo manus supplices protendebat; suamq; vestem dare volebat: Obsecrabat, tantùm vitā sibi concederet. Verùm iste animo non movebatur, nec misericordiâ tangebatur erga cognatum: neq; seipsū in imagine illius volebat cōtemplari; sed velut immanis bellua gladio devorandū aggrediebatur: jamq; corpus ejus cōsimili addebat corpori: Tantus erat furor ejus. Ac erat hîc videre, illum injustè oppressum, hunc autem reliquum spoliantem, & ne terrâ*

* sc. Virum cognatū superstitem.

σκεπά-

σκεπάζοντα τὸ σῶμα· τῆς γὰρ ἐσθῆτος ἐγύμνωσε. Πρὸς δὲ τούτοις ἕτερος προσῄει, ὃς τοῦ πλησίον γυναῖκα παίζειν ἤθελε, λῃστεύων γάμον ἀλλότριον· καὶ ἐπὶ παράνομον κοίτην τραπῆναι παρορμῶν τὸν γεγαμηκότα, γνήσιον πατέρα γενέσθαι μὴ θέλων. l. ἐντεῦθεν. V.Not. * ἐν τοῦ θεο καὶ ταῖς τραγῳδίαις πιστεύειν ἠρχόμην, καὶ ταῦτά ἐστι, δι' ὧν ἀληθῶς ἐδόκει μοι γεγονέναι· πιστεύω καὶ τὴν Οἰνομάου πάροινον ἐπιθυμίαν, καὶ τὴν τῶν ἀδελφῶν διὰ ξίφους φιλονεικίαν οὐκ ἀπιστῶ. Τοσούτων τοίνυν καὶ τοιούτων θεατὴς γενόμενος ἐγώ, πόθεν ταῦτα; ἀναζητεῖν ἠρχόμην. Τίς δὲ καὶ ἡ τῆς κινήσεως αὐτῶν ἀρχή; καὶ τίς ὁ τοσαῦτα κατὰ ἀνθρώπων μηχανησάμενος; Πόθεν τε ἡ εὕρεσις αὐτῶν; Καί, τίς ὁ τούτων διδάσκαλος; Καὶ τὸν μὲν Θεὸν ποιητὴν τούτων λέγειν, τολμᾶν οὐχ οἷός τε ἦν.

Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἐξ αὐτοῦ τὴν ὑπόστασιν ἔχειν, οὐδὲ τὴν τοῦ εἶναι σύστασιν· πῶς γὰρ οἷόν τε ἦν, ταῦτα περὶ Θεοῦ ἐννοεῖν; Ὁ μὲν γὰρ ἀγαθός, καὶ τῶν κρειττόνων ποιητής· τῶν δὲ φαύλων αὐτῷ πρόσεστιν οὐδέν· ἀλλ' οὐδὲ τοῖς τοιούτοις χαίρειν πέφυκεν, ἀπαγορεύει δὲ καὶ τὴν γένεσιν αὐτῶν· καὶ τοὺς μὲν χαίροντας τούτοις ἀποβάλλεται, τοὺς δὲ φεύγοντας αὐτὰ προσίεται· καὶ πῶς

quidem corpus operientẽ, sed vestitu suo nudantem. Ad hæc accessit & alius, qui Uxorem vicini sui fallere voluit, alienis insidiatus nuptiis: & eum, ad illegitimum thorum invadendũ hortatus, qui uxorem duxerat, ut legitimus pater fieret, noluit. Enimverò hinc tragœdiis fidem adhibere cœpi: & hoc illud est, unde adductus sum, ut verè gesta mihi viderentur. Credo etiã temulentã Oenomai cupiditatẽ: & fratrum inter se ense contentionem non incredibilem puto. Itaq; cùm tot ac talium ego spectator essem factus; Vnde ista orirentur? cœpi disquirere: item, Quod nam principium motionis ipsorũ? Et quis istiusmodi contra homines machinaretur? Vnde harum rerum inventio? Et quis istorũ magister esset? Ac Deum quidem dicere horum auctorem vel creatorẽ, non audere poterã. Consideratio factorũ

l. αἰσχ. τὰ μὲν αἰχύνης ἄξια (* ἐπεὶ αἰσχύνεσθαί φατε τὸ θεῖον) ἀποδέχεσθαι, τὰ δὲ ἀμείνονα καὶ ἐνδοξότερα ταῦτα ἐκφαυλίζετε.

l. τηλ. ΜΑΡ. Τί πρὸς τὸ * διηλαυγὲς τῶν γραφῶν, ὅτι οὐράνιον σῶμα φάσκουσιν ἀνειληφέναι; καθὼς ὁ Εὐαγγε-
Joh.1.14. » λιστὴς Ἰωάννης· Καὶ ὁ Λόγος σάρξ,
» φησιν, ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν
» ἡμῖν.

ΑΔΑΜ. Ὁ Εὐαγγελιστὴς πάνυ ὀρθοδόξως ἐξέθετο τὸν Λόγον, δείξας, ὅτι ἐν ἡμῖν ἐσκήνωσεν, ὁ Λόγος, τουτέστιν, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ σαρκί.

ΜΑΡ. Ἀλλ᾽, ὁ Λόγος σάρξ ἐγένετο.

ΑΔΑΜ. Εἰ μὲν εἶπεν, ὅτι ὁ Λόγος σάρξ ἦν, εἶχές τι λέγειν· τὸ δὲ ἐγένετο, ἔδοξε σαφῶς προσγινόμενόν τι τὸ οὐκ ὄν· καὶ ὅτι οὐκ ἤδη, τὸ ὂν αὐτὸ, γέγονεν. οὐ γὰρ τὸ γεγονὸς, ὂν λεχθήσεται· ἀλλὰ τὸ γινόμενον, οὐκ ὂν τοῦτο, πρὶν γενέσθαι. οὐκοῦν γέγονε σὰρξ τοῦ Λόγου προόντος· τὸ γὰρ γινόμενον μεταγενέστερον τοῦ ὄντος.

ΜΑΡ. Ὁ Λόγος αὐτὸς σάρξ ἐγένετο, οὐδὲν ἔξωθεν προσλαβών.

inquit, *Deus pulverem, & formavit hominem.* Apostolus item: *Quando,* inquit, *collibitum est Deo, segregare me de utero matris meæ.* Si ergo demonstretur è Scripturis, Sermo ille DEI, qui hominem format vivum: quomodo fieri potest, ut ea, quæ pudore digna sunt, (siquidem fateamini, Deitatem pudore affici) accepretis; ea verò quæ præstantiora & nobiliora sunt, rejiciatis, & explodatis?

MAR. Quid ad clarissimas illas Scripturas *respondes*; quæ docent, Eum cœleste corpus assumsisse? Quemadmodum Evangelista Johannes, *Et Sermo ille Caro factus est, & babitavit in nobis.*

ADAM. Evangelista ille omninò piè & orthodoxè exposuit Sermonem illum: ostendens, quod *Sermo ille habitavit in nobis*, id est, in carne nostrâ.

MAR. Atqui, *Sermo ille Caro factus est.*

ADAM. Siquidem dixisset: *Sermo caro erat*: habuisses, quod exciperes: at illud, *factus est*, ostendit manifestè; tùm accessisse id, quod non erat; tùm, non demum id, quod jam erat, esse factum. Non enim id, quod factum est, vocabitur Ens; sed *factum* esse dicitur id, quod non erat hoc, antequam factum fuisset. Itaque facta est Caro, Sermone prius existente. Quod enim factum fuit, posterius est eô, quod est vel erat.

MAR. At, *ille Sermo* ipse *Caro factus est*, nihilque foris assumsit.

ἈΔΑΜ.

ΑΔΑΜ. Τρεπτός ἐστιν ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ, ἢ ἄτρεπτος;

ΜΑΡ. Ἄτρεπτος.

ΕΥΤΡ. Βουλόμενος δεῖξαι, ὅτι οὐκ ἀνέλαβε σάρκα ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ φεύγων, περιπείρῃ δεινοτάτῃ καὶ ἀσεβεῖ βλασφημίᾳ.

ΜΑΡ. Ποίᾳ ταύτῃ;

ΕΥΤΡ. Ἓν μὲν, ὅτι τῷ ὅρῳ σου ὁ λόγος οὗτος οὐ συνδραμεῖται. δεύτερον δὲ, ὅτι τρεπτὸς εὑρεθήσεται ὁ Λόγος, εἰ κατά σε γέγονε σάρξ. τὸ γὰρ τρεπόμενον παρ' ὃ πέφυκεν, οὐκ ἔτι ἔσται ὃ ἦν, ἀλλ' ὃ γέγονε. περιττὸν οὖν τὸ λέγειν, Λόγον Θεοῦ εἶναι τὸν Χριστόν. οὐ γάρ ἐστι λόγος, ἀλλὰ σὰρξ κατά σε. περιττὸν δὲ καὶ τὸ, ἐξ οὐρανοῦ φάσκειν αὐτὸν ἐσχηκέναι σάρκα.

ΑΔΑΜ. Εἰ τὸν Λόγον φάσκει σάρκα γεγενῆσθαι, καὶ μὴ ἀνειληφέναι σῶμα ἀνθρώπου· φρασάτω, τί ἐστι τὸ πεπονθὸς ἐπὶ τοῦ σταυροῦ;

ΜΑΡ. Δοκήσει πέπονθεν αὐτός.

ΕΥΤΡ. Δοκήσει, τουτέστιν, φαντα*σίαν, καὶ οὐκ ἀληθείᾳ.

ft. σίᾳ, v. ſupple κατὰ.

ΑΔΑΜ. Εἰ δοκήσει, καὶ οὐκ ἀληθείᾳ πέπονθε, δοκήσει δὲ Ἡρώδης δικάζει· δοκήσει Πιλάτος ἀπονίπτεται τὰς χεῖρας· δοκήσει καὶ Ἰούδας παρέδωκε· δοκήσει καὶ Καϊάφας, δοκήσει καὶ Ἰουδαῖοι κατέσχον αὐτόν· δοκήσει καὶ οἱ Ἀπόστολοι· δοκήσει

ADAM. Eſt'ne Sermo ille Dei mutabilis, an immutabilis?

MAR. Immutabilis *eſt*.

EUTR. Dum vis oſtendere; Sermonem illum Dei non accepiſſe carnem; *iſtud* fugiens, circum undique graviſſimâ & impiâ transfigeris blaſphemiâ.

MAR. Qua'nam illâ?

EUTR. Unum quidem *eſt*: quòd cum definitione tuâ oratio hæc non congruit. alterum verò: quod Sermo ille Dei, mutabilis reperietur; ſi ſecundùm tuam ſententiam *caro factus* fuerit. Quod enim mutatum eſt præter id, quod erat naturâ; non adhuc erit, quod erat; ſed id, quod factum eſt. Supervacaneum ergo erit dicere, Sermonem Dei eſſe Chriſtum. non enim eſt Sermo, ſed Caro, tuâ quidem ſententiâ. Quin & illud aſſerere ſupervacaneum eſt, E' cœlo illum carnem habuiſſe.

ADAM. Si Sermonem illum aſſerit carnem factum fuiſſe; & non aſſumſiſſe corpus hominis: dicat, *quæſo*; quid ſit illud, quod in cruce paſſum eſt?

Filius Dei quatenus paſſus ſit.

MAR. Opinione *hominum* ille paſſus eſt.

EUTR. Opinione, hoc eſt, imaginatione; [non, *rei* veritate.] [def. Pico.]

ADAM. Si opinione *hominum*, & non rei veritate, paſſus eſt; opinione *Herodes* quoq; judicat: opinione *Pilatus* manus lavat: opinione *Judas* eum tradidit: opinione & *Caiphas*, opinione ipſum & Judæi comprehenderunt: opinione & Apoſtoli *fuerunt*: opinione

καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐξεχύθη· δοκήσει καὶ οἱ εὐαγγελισταὶ εὐηγγελίζοντο· δοκήσει καὶ ἦλθεν ἀπ' οὐρανῶν, καὶ δοκήσει ἀνῆλθε· δοκήσει δὲ καὶ ἡ σωτηρία τῶν ἀνθρώπων, καὶ οὐκ ἀληθείᾳ·

Joh.14.6. » πῶς οὖν λέγει ὁ Χριστός· Ἐγώ εἰμι » ἡ ἀλήθεια;

ΕΥΤΡ. Μαρῖνος διαβεβαιοῦται λόγῳ μὲν λέγει ὁ Χριστὸς, ὅτι ἐγὼ ἡ ἀλήθεια· ἔργῳ δὲ οὐδὲν ἀληθὲς πράττει.

An Christi Corpus cœleste?

ΜΑΡ. Ἐγὼ ἀπὸ τῶν γραφῶν δεικνύω, ὅτι ἀπ' οὐρανῶν ἔχων ἦλθε σῶμα.

ΑΔΑΜ. Ἔστιν οὐσία καὶ ὑπόστασις σαρκικὴ ἐν οὐρανῷ; χρὴ γάρ σε ἀπὸ γραφῶν δεῖξαι, ὅτι ἐστὶν οὐσία ἐν οὐρανῷ, ἔχουσα σάρκας, καὶ ὀστέα, καὶ αἷμα· καὶ τότε ἐπὶ τὰς ἀποδείξεις ἐλθεῖν.

l. σάρκα.

ΜΑΡ. Ἐπὶ σώματος δεικνύω.

1.Cor.15.40 λέγει γὰρ ὁ Ἀπόστολος· Σώματα ἐπουράνια, » καὶ σώματα ἐπίγεια.

ΑΔΑΜ. Σῶμα ὁ Ἀπόστολος ὀνομάζει οὐρανὸν, ἥλιον, σελήνην.

Ib.v.41. » οὕτω γὰρ φάσκει· Σώματα ἐπουράνια » καὶ σώματα ἐπίγεια, ἄλλη δόξα » ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης, ἄλλη » δόξα ἀστέρων· ἀστὴρ ἀστέρος διαφέρει » ἐν δόξῃ. οὕτω καὶ ἡ ἀνάστασις » τῶν νεκρῶν. Δεῖξον οὖν, εἰ σὰρξ, καὶ ὀστέα, καὶ αἷμα, ἔχει ὑπόστασιν ἐν οὐρανῷ;

ΜΑΡ. Σῶμα καὶ σὰρξ τὸ αὐτό ἐστιν.

ΕΥΤΡ. Ὁ Ἀπόστολος σώματα, δηλονότι, οὐρανὸν, ἥλιον, σελήνην, ἐμφαίνει.

sanguis ipsius effusus est: opinione Evangelistæ prædicârunt Evangelium: opinione descendit de cœlis, & opinione rursus eò ascendit. Denique ipsa etiam salus hominum, opinione *nititur*, non veritate. Quomodo igitur Christus dicit, *Ego sum illa Veritas*?

EUTR. *Marinus* asseverat: verbis quidem dicere Christum, *Ego sum Veritas*: re autem ipsâ nihil veri præstare.

MAR. Ego è Scripturis demonstro: illum de cœlis venisse, habentem Corpus.

ADAM. Est'ne in cœlo substantia & hypostasis carnea? Etenim oportet, è Scripturis te monstrare; In cœlis esse substantiam, quæ carnem habet, ossa, & sanguinem: & tum ad has demonstrationes pergere.

MAR. De corpore monstrabo. Apostolus enim dicit: *Corpora cœlestia, & corpora terrestria.*

ADAM. *Corpus* nominat Apostolus, Cœlum, Solem, Lunam. Sic enim ait: *Corpora cœlestia & corpora terrestria: alia gloria Solis, & alia gloria Lunæ, alia gloria Stellarum. Stella differt à stellâ in gloriâ. sic & resurrectio mortuorum.* Monstra igitur, Nunquid Caro, & ossa, & sanguis, habeant subsistentiam in cœlo?

MAR. Corpus & Caro, idem sunt.

EUTR. Apostolus corpora ostendit; videlicet, Cœlum, Solem, Lunam.

ἈΔΑΜ. Οὐκ ἔστι τὸ αὐτό. μὴ δυνάμεθα τὸν οὐρανὸν σάρκα ὀνομάσαι, σῶμα δὲ ὀνομάζομεν. δεῖξον οὖν πρῶτον, ὅτι σάρξ, καὶ ὀστέα, καὶ αἷμα, ἔχει οὐσίαν ἐν οὐρανῷ· καὶ τότε *παρέχεις τὰς ἀποδείξεις.

l. παρέχης. vel παρέξ. P.

ΕΥΤΡ. Πρὸς πάντας Ἀδαμάντιος φάσκει, ἐπίγειον αὐτὸν σάρκα ἀνειληφέναι, τουτέστιν, ἐκ τῆς ἡμετέρας· Μαρῖνος δὲ οὐράνιον διαβεβαιοῦται. Χρὴ οὖν δειχθῆναι, εἰ ἔστιν ἐν οὐρανῷ οὐσία σαρκός; καὶ τότε ἐπὶ τὰς ἀποδείξεις τραπῆναι· πότερον ἀπὸ τῆς ἐπιγείου ἀνείλη*φες, ἢ ἀπὸ τῆς ἐπουρανίου;

l. -φεν.

ἈΔΑΜ. Προδήλου οὔσης τῆς ὑποστάσεως τῆς σαρκικῆς, παρέξομαι καὶ ἀποδείξεις ἐκ τῶν γραφῶν, ὅτι σάρκα, καὶ αἷμα, καὶ ὀστέα, ἀνέλαβεν ὁ οὐράνιος Λόγος. καὶ πρῶτόν γε ἀπὸ τοῦ Εὐαγγελίου· μετὰ γὰρ τὴν ἐκ νεκρῶν ἔγερσιν, ἀπιστοῦντος αὐτῷ Θωμᾶ, ἔφασκε·
» Βάλε τὸν δάκτυλόν σου εἰς τοὺς τύπους
» τῶν ἥλων, καὶ τὴν χεῖρά σου εἰς τὴν πλευ-
» ράν, καὶ μὴ γίνου ἄπιστος, ἀλλὰ πι-
» στός. Πνεῦμα γὰρ σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ
» ἔχει, ὡς ἐμὲ ὁρᾶτε ἔχοντα.

ΕΥΤΡ. Ὁ Χριστὸς ἔδειξε σαφῶς, σάρκα καὶ ὀστέα ἐσχηκέναι· χρὴ οὖν πρῶτον δειχθῆναι, ὅτι οὐσία ἐστὶν ἐν οὐρανῷ, ἔχουσα σάρκα, καὶ ὀστέα· καὶ τότε τὸ ἀσφαλέστερον εὑρήσετε.

l. -ξα.

ΜΑΡ. Ἔδει*ξε τὰ σώματα ἐπουράνια.

ΕΥΤΡ. Δείκνυται οὖν, ἀστέρων αὐτὸν ἀνειληφέναι σάρκα, καὶ ὀστέα, καὶ αἷμα. ὅπερ ἀδύνατον.

ADAM. Non idem sunt. Non possumus *Cælũ* nominare *Carnem*; verùm, nominamus *Corpus*. Hoc ergo primum ostende; quod Caro, & Ossa, & Sanguis, habeant in cœlo substantiam: & tunc illas demonstrationes tuas producas.

EUTR. Profitetur *Adamantius* contra omnes: Illum assumsisse terrestrem, hoc est, nostram Carnem. *Marinus* autem cœlestem asseverat. Est igitur monstrandum, An sit in cœlo Carnis substantia? & tunc ad demonstrationes accedendum est; Utrum de *substantia* terrestri assumserit, an de cœlesti?

ADAM. Quum manifestissima sit, carnea substantia; jam quoque demonstrationes ex Scripturis proferam; quod Sermo ille cœlestis assumserit carnem, & sanguinem, & ossa. Primùm quidem ex Evangelio. Etenim post resurrectionem ex mortuis, diffidente illi Thomâ, dixit: *Mitte digitum tuum* Joh. 20. 27.
in vestigia clavorum, & manum tuam Vid. Not.
in latus meum: & ne sis incredulus, sed credens. Spiritus enim carnem & ossa Luc. 24. 39.
non habet, sicut me videtis habere.

EUTR. Christus præclarè monstravit, Carnem & ossa *se* habuisse. Oportet igitur primùm probari: Esse in cœlo substantiam, quæ carnem habeat & ossa: & tum, quod solidius *est*, invenietis.

MAR. Monstravi jam illud: *Corpora* dari *cœlestia*:

EUTR. Monstratum est ergo; Illum assumsisse Stellarum carnem, & oss., & sanguinem: Id quod impossibile.

f. ἐκδηλ. Ἀδάμ. Εὐδηλότερόν σε ἐπι-
στήσει Παῦλος, τὴν διαστολὴν σώ-
Eph. 2.12. „ ματος καὶ σαρκὸς δεικνύς· Οὕτως
Vid. Not. „ καὶ ὑμεῖς ποτε ἦτε, φησιν, ἐχθροὶ τοῦ
vers. 16. „ Θεοῦ, καὶ ξένοι τῆς ἐπαγγελίας τῶν δια-
„ θηκῶν· νῦν δὲ ἀποκατήλλαξεν ἐν
„ τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. δεί-
ξας σαφῶς, καὶ σῶμα, καὶ σάρκα,
αὐτὸν ἀνειληφέναι.

Ἐυτρ. Δειξάτω, εἰ ἔστιν οὐσία
ἐν οὐρανῷ, ἔχουσα σάρκα, καὶ αἷμα, καὶ
ὀστέα;

l. δείκνυ- Μαρ. Οὐράνιον ἔχει· καὶ * δεύκνυ-
μεν, ὅτι οὐράνιον ἦν.

Ἀδάμ. Ἀπὸ ποίας οὐσίας; ἀπὸ
τῆς ἀγγελικῆς; ἀλλὰ ἀπὸ τῆς ἐξουσίας;
ἀλλ' ἀπὸ κυριότητος; πόθεν ἀνεί-
ληφεν; λέγε.

Ἐυτρ. Μὴ δείξαντες οὐσίαν,
σάρκα οὐράνιον φάσκετε αὐτὸν ἀνει-
ληφέναι. ἀνάγκη οὖν, ἐκ μὴ ὄντων
λέγειν αὐτὸν ἀνειληφέναι.

Μαρ. Δοκήσει, φαμὲν, αὐτὸν
Gen. 14. 9. ἀνειληφέναι. ὡς καὶ οἱ Ἄγγελοι τῷ
& 22. 1. Ἀβραὰμ ὤφθησαν, καὶ ἔφαγον καὶ
ἔπιον μετ' αὐτοῦ· οὕτω καὶ αὐτός.

Ἀδάμ. Τί οὖν ἡμᾶς; ἦλθε διδάξαι
τὴν ἀλήθειαν, ἵνα δι' αὐτῆς σωθῆναι δυ-
νηθῶμεν; ἢ καθ' ὑμᾶς ψευδόμενος
ἐπηγγείλετο ἡμῖν τὴν σωτηρίαν; εἰ μὲν
διὰ τοῦ ψεύδους ἡμᾶς καλεῖ εἰς τὴν ζωὴν,
οὐκ ἀληθὴς οὖν ἦν ἡ τοῦ ψεύδους ἐπαγγε-
λία· εἰ δὲ ἀληθείας διδάσκαλος ἦν,
Vid. Not. δῆλον, ὅτι πρῶτος αὐτὸς ἦν ἀληθεύων·
πατέρα γὰρ ἴδιον ὁμολογεῖ ὁ Χρι-
στὸς, τὸν ἀπεσταλκότα αὐτόν. ὁ γὰρ
πατὴρ οὐ καλῶς νοεῖται πατὴρ,

Adam. Paulus te manifestiùs docebit, inter *Corpus* & *Carnem* ostendens distinctionem: *Sic*, inquit, *& vos olim eratis, hostes Dei & peregrini à promissione Testamentorum: nunc autem reconciliavit in corpore carnis suæ.* Ostendens, *inquam*, perspicuè; Illum & Corpus, & Carnem assumsisse.

Eutr. Ostendat: An sit in cœlo Substantia, quæ carnem, & sanguinem, & ossa habeat?

Mar. Cœleste *corpus* habuit: & ostendimus, Cœleste fuisse.

Adam. E' cujusmodi Substantiâ? num angelicâ? an à Potestate? an à Dominatione? unde accepit? Dicito.

Eutr. Quum nondum ostenderitis, *Esse talem* Substantiam; asseritis, Illum Carnem cœlestem assumsisse. Proinde necesse est, ut dicamus; Illum ex his, quæ non sunt, *Carnem* assumsisse.

Mar. Opinione, aimus, illum assumsisse. Sicut & Angeli apparuerunt Abraamo, & cum illo ederunt atque biberunt: ità & ille.

Adam. Quid ergo? *An* venit, ut nos doceret veritatem; quô per eam servari possemus? an vobis videtur, Eum mentiendo & fallaciter nobis promisisse Salutem? Siquidē per mendacium nos ad vitam vocet; non igitur vera erat hæc * mendax promissio. Si autem Veritatis magister erat; patet, Ipsum Primum veracē fuisse: Patrem enim suum confitetur Christus eum, qui misit ipsum. Pater utiq; non bene intelligitur Pater,

* gr mēdacis.

εἰ μὴ

εἰ μὴ εἴη τις ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένος. ἀγέννητον δὲ οὗτοί φασι τὸν Χριστόν· Ἑλέσθωσαν οὖν, τίνα θέλουσιν εἶναι τῶν δύο λόγων ψευδῆ, τὸν ἑαυτῶν, ἢ τὸν τοῦ Χριστοῦ; Ἀρνούμενοι δὲ καὶ τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν, καὶ οἰκονομίαν Χριστοῦ, πῶς ἀκούουσιν αὐτοῦ, λεγομένου ἑαυτὸν υἱὸν ἀνθρώπου; εἰ

f. τῷ. vel supple κατά. γὰρ * τὸ δοκεῖν σχήματι ἀνθρώπου ἐφαίνετο, τίς χρεία τοῦ λέγειν ἑαυτὸν Υἱὸν ἀνθρώπου; Ἐχρῆν γὰρ ἁπλῶς λέγειν, Δεῖ τὸν ἄνθρωπον πολλὰ παθεῖν. οἱ δὲ ἐν ψευδεῖ μορφῇ

V. Not. φασὶν πεφηνέναι τὸν Κύριον· καὶ μὴ ἀληθῶς, καθὸ ἦν, ἐγνῶσθαι. εἰ γὰρ τὴν ἀλήθειαν διδάξαι τοὺς ἀνθρώπους ἐβούλετο, διατί οὐχὶ ἄνθρωπον, ἀλλ' υἱὸν ἀνθρώπου ἑαυτὸν ἔλεγε, ψευδόμενος, ὅπερ οὐκ ἦν; ἀλλὰ ἀληθῶς καὶ ἁπλῶς αὖ τοῦθ', ὅπερ ἦν, ἔλεγε περὶ αὐτοῦ. Οὔτε γὰρ ἐνδοξότερον ἑαυτὸν ἐποίει, ἀντὶ Θεοῦ ἄνθρωπον νομίζεσθαι· οὔτε ἂν μᾶλλον αὐτῷ ἐπίστευον, ἄνθρωπον δοκοῦντες ἢ Θεόν. καὶ εἰ μὲν γνωσθῆναι βουλόμενος

P. αὐτῷ. τὴν καθ' * αὐτοὺς ἀλήθειαν, ἀφῖκται εἰς τὸν κόσμον, οὔτε μεταμορφοῦσθαι ἐχρῆν, εἰς τὸ μὴ φαίνεσθαι ὃ ἦν, ἀλλὰ ἀγνοεῖσθαι· οὔτε μὴν σιωπήσαντα τοῦθ', ὅπερ ἦν ἀληθῶς, ἄνθρωπον ἀντὶ Θεοῦ ἑαυτὸν καλεῖν. καὶ τοῦτο ἐλέγομεν ἄν, εἰ ἁπλῶς ἑαυτὸν ἄνθρωπον ἔλεγεν· Ὅτι δὲ καὶ υἱὸν ἀνθρώπου φάσκει εἶναι ἑαυτόν,

nisi sit aliquis, ex illo genitus. Christum verò ajunt isti, nunquã esse genitum. Eligant ergo, utram harum duarum orationum falsam esse velint; suam'ne, an Christi? Quum autem negent Christi nativitatem secundùm carnem, & Dispensationem; quomodo ipsum audiunt, seipsum *Filium hominis* prædicantem? Nam, si *solùm* opinatione, in † formâ hominis apparuit; quid opus erat, ut seipsum *Filium hominis* appellaret? Debebat simpliciter dicere: Oportet, hominem multa pati. At verò isti blaterant, ementitâ in formâ apparuisse Dominum; neque verè, sicuti erat, innotuisse. Si namque veritatem docere homines volebat; quam ob rem non *Hominem*, sed *Filium hominis*, seipsum nuncupavit; mentiendo, quod non erat? Imò verò, *ille* verè ac simpliciter hoc, quod erat, de seipso prædicavit. Nec enim gloriâ splendidiorem seipsum præbuit, quòd pro Deo, existimaretur homo: neque illi potius credidissent *homines*, eum Hominem *magis*, quàm Deum reputantes. Ad hæc, siquidem in hunc mundum venit, quia voluit, *homines* veritatem per se-ipsos agnoscere: non transformari, quô non appareret quid esset, sed ignorari debuit: neque reticendo id, quod erat verè, *Hominẽ*, pro Deo, seipsum vocare decuit. Et hoc diceremus sanè, si simpliciter seipsum dixisset Hominem. Cùm autem se *Filium hominis* ipse dicat;

Christus Filius hominis.

† *habitu.*

Matt. 16. 21. coll. Mar. 3. v. 31.

Vid. Not.

P πῶς

πῶς τεχνάζονται οὗτοι ψεύδους προϊστάμενοι, ὅτι διὰ τὸ τοὐναντίον σχήματι βλέπεσθαι, νοεῖται πάντως, ὅτι ἀνθρώπου ἐστὶν υἱός; Καὶ τί λέγω περὶ μόνου σχήματος; ὅτι οὐ μόνον τῷ σχήματι φαίνονται ἄνθρωποι, ἀλλὰ καὶ τῇ οὐσίᾳ, φύσει ἄνθρωποι ὄντες. Ὅ,τε γὰρ Ἀδὰμ, καὶ ἡ Εὔα, υἱοὶ ἀνθρώπων οὔτε ὑπῆρχον, οὔτε ἐκαλοῦντο· εἰ μὲν γὰρ τῆς οὐσίας τῶν ἀνθρώπων ὑπῆρχεν σημαντικὸν τὸ υἱὸς, ἐχρῆν καὶ τὸν Ἀδὰμ, καὶ τὴν Εὔαν, ἀνθρώπους ὄντας, υἱοὺς ἀνθρώπων καλεῖσθαι. τούς τε πλειστάκις ἐν εἴδει καὶ ὁμοιώσει ἀνθρώπων ἁγίους Ἀγγέλους πεφηνότας, οὕτω κεχρῆσθαι τῇ, υἱὸς ἀνθρώπου, προσηγορίᾳ ἔδει.

ΕΥΤΡ. Οὐ τὴν οὐσίαν τῶν ἀνθρώπων δηλοῖ υἱὸς, ἀλλὰ τὴν ἐξ ἀνθρώπου γέννησιν.

ΜΑΡ. Ἐγώ φημι, ὅτι ὥσπερ οἱ
Gen. 18. 9. Ἄγγελοι τῷ Ἀβραὰμ ὤφθησαν, καὶ ἔφαγον, καὶ ἔπιεν, καὶ ὡμίλησαν· οὕτω καὶ ὁ Χριστός.

ἈΔΑΜ. Πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, τύποι ἐγίνοντο· ἐλθούσης δὲ τῆς ἀληθείας, οἱ τύποι ἐπαύθησαν· κατὰ
Heb. 10. 1. τὸν Ἀπόστολον. Ὁ γὰρ νόμος σκιὰ τῶν
» μελλόντων ἀγαθῶν. εἰ οὖν καὶ ὁ Χριστὸς σκιωδῶς, καὶ προφητικῶς, καὶ αὐτὸς
Vid. Not. ὡς οἱ Ἄγγελοι ἦλθε, * δεῖ ἄλλον, νῦν
ἢ ὀφείλομεν. οὖν κατὰ σὲ προσδοκᾶν * ὀφείλομεν, ἀληθῶς καὶ υἱὸν ἀνθρώπου ὄντα, καὶ ἀληθῶς ἀποθνήσκοντα, καὶ θαπτόμενον, καὶ ἐγειρόμενον ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀληθινὴν σωτηρίαν διδόντα τοῖς ἀνθρώποις.

quomodo isti mendaciorum Defensores comminiscuntur; intelligi omninò, eum esse *Filium hominis*, quia *in ipso* videatur contrarium formæ *hominis*? Et quid de solâ formâ loquor? cùm non tantùm formæ ratione appareant homines, sed & ipsâ substantiâ id sint, qui naturâ homines verè sunt. *Adam* namque & *Eva* nec erant, nec vocabantur *Filij hominum*: nam, si nomē hoc, *Filius*, significaret humanam substantiā; oportebat *Adamū* & *Evam*, cùm homines essent, *Filios hominum* vocari. Quinetiam sanctos Angelos, qui humanâ specie ac similitudine sæpissimè apparuerunt, usos esse hac, *Filius hominis*, appellatione, oportuit.

EUTR. *Filius*, non Substantiam hominum; sed, ex hominibus generationem denotat.

MAR. Ego *adhuc* dico: Sicut Angeli, qui Abraamo apparuerunt, ederunt & biberunt, & collocuti sunt: sic etiam *apparuit* Christus.

ADAM. Ante Christi adventum, Typi erant: at, postquam venisset veritas, Typi cessaverunt: teste Apostolo. Lex enim *umbra est futurorum bonorum.* Ergo, si etiam Christus umbraticè, & prophetice, instar Angelorum, & ipse venit; alium nunc etiam, secundùm opinionem tuam, expectare debemus; qui verè sit, tùm *Filius hominis*, tùm verè sit mortuus, & sepultus, & excitatus è mortuis; quive hominibus veram salutem daturus sit.

MAR.

ΜΑΡ. Εἰ τύποι ἦσαν τοῦ Χριστοῦ οἱ Ἄγγελοι, πῶς ἔφαγον μετὰ τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ ἔπιον; ἔφαγον δὲ ἀληθῶς, ἢ οὔ;

ΑΔΑΜ. Οἱ Ἄγγελοι, πρότυποι γενόμενοι τῆς ἀληθείας, τουτέστι, τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ, ἔφαγον μὲν ἀληθῶς, οὐδεμίας αὐξήσεως τοῖς σώμασιν αὐτῶν ἐκ τῆς τροφῆς προσγινομένης· ὥσπερ γὰρ τὸ πῦρ πάντα τὰ παραβαλλόμενα κατεσθίει, καὶ καταναλίσκει. οὕτως δὲ οἱ Ἄγγελοι μετὰ τοῦ Ἀβραάμ· καθὼς καὶ ὁ Ἀπόστολος φάσκει, Ταῦτα μὲν τύποις (al. τύποι.) „συνέβαινον ἐκείνοις· ἐγράφη δὲ πρὸς „νουθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώ- „νων κατήντησε.

ΕΥΤΡ. Ὁ Ἀπόστολος, ὡς ἐμοί γε δοκεῖ, σκιὰν δὲ τύπον ἐμφαίνει μελλούσης ἀληθείας· ἧς καὶ σχήματα γεγόνασιν οἱ Ἄγγελοι. Εὖγε οὖν καὶ καλῶς στοιχήσει τῷ ἀποστολικῷ γράμματι (Ῥητῶς.) ἡ τῶν ἀγγέλων εἰκὼν καὶ οὗτος. εἰ δ' ὥσπερ οἱ Ἄγγελοι, οὕτω δὲ ὁ Χριστὸς πέφηνεν, εἰκόνα δὲ σχῆμα τῆς ἀληθείας προφέρων· ἀνάγκη, ἄλλον ζητεῖσθαι Χριστὸν, οὗ τὰς εἰκόνας καὶ σχήματα οἱ Ἄγγελοι, καὶ ὁ Χριστὸς, προφέρουσι, καὶ περιττὸν τὸ λέγειν τὸν Χριστὸν, „Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια.

ΑΔΑΜ. Σαφέστερον διηγήσασθαι βούλομαι περί τε τῆς εἰκόνος, καὶ τοῦ σχήματος, καὶ τῆς ἀληθείας· τὸ μὲν γὰρ σχῆμα τῶν Ἀγγέλων, ἀκράτητον, καὶ ἀψηλάφητον ἦν· ἡ δὲ ἀλήθεια, τουτέστιν, ὁ Χριστὸς, κεκράτηται, καὶ πέπονθε· καὶ σάρκα, καὶ αἷμα, καὶ ὀστέα

MAR. Si Typi erant Christi, illi Angeli; quo pacto ederunt cum *Abraamo*, & biberunt? Comederunt'ne verè, an non?

ADAM. Angeli cùm † Protypi Veritatis, hoc est, Christi Servatoris facti sunt; comederunt quidē verè, nullum tamen augmentum corporibus ipsorum ex illo cibo accessit. Sicut enim ignis omnia objecta sibi devorat, & consumit: sic & cum *Abraamo* illi *comederunt* Angeli. Quod etiam Apostolus testatur: *Hæc quidem in figuris contigerunt illis: scripta sunt autem ad nostram admonitionem, in quos fines seculorum occurrerunt.* 1. Cor. 10. 11

† q. d. *Præfiguræ.*

EUTR. Apostolus, ut ego quidem judico, *umbram* & *figuram* designat futuræ Veritatis: cujus etiam figuræ ac formæ fuerunt illi Angeli. Pulcrè igitur & probè Apostolicis literis congruet, hæc Angelorum imago, & iste. Si verò ut Angeli, sic & Christus apparuit, *scilicet*, imaginem vel simulacrum & speciem veritatis duntaxat prę se ferens; necessariò alius est quærendus Christus; cujus similitudines & species, Angeli pariter & Christus, præ se ferant, atque adeò supervacaneum *est*, quod diceret Christus: *Ego sum Veritas.* (Vid. Not.) Joh. 14. 6.

ADAM. Clariùs hæc explicare volo, tùm de *Imagine*, & *Specie* seu *Figurâ*, tùm de *Veritate*. *Figura* enim seu Species Angelorum nec apprehensibilis erat, nec palpabilis: *Veritas* autem, hoc est, Christus, comprehensus fuit, passusque: item carnem & sanguinem, & ossa

ἔσχηκε· καὶ ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν. καὶ οἱ μὲν Ἄγγελοι ἀνθρώπους ἑαυτοὺς οὐχ ὡμολόγησαν, ὥσπερ ὁ Χριστὸς
Luc. 8.46. „ φησί· Τίς μου ἥψατο; ἤσθηθην γὰρ
l. ἰδεῖ. „ δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἐξ ἐμοῦ. * ἐδείJoh. 20.27. χθη γὰρ καὶ Θωμᾶς ψηλαφῶν τὰς οὐλὰς τῶν τραυμάτων. πότερον οὖν ἐξαπατᾷν ἐβούλετο τοὺς ἀκούοντας, καὶ μάλιστα τοὺς γνησίους αὐτοῦ μαθητὰς ὄντας; ἤ, τὰ ἀληθῆ αὐτοὺς διδάσκων, ἐβούλετο αὐτοὺς εἰδέναι, ὅτι καὶ ψηλαφητὸς ἦν, καὶ οὕτω σάρκα, καὶ αἷμα, καὶ ὀστέα, ἀνέλαβεν; εἰ δ', ὡς οὗτοί φασιν, ἄσαρκος καὶ ἄναιμος ἦν· ποίας σαρκὸς, ἢ τίνος σώματος, ἢ ποίου αἵ-
Vid. Not. ματος * εἰκόνας διδοὺς, ἄρτον τε καὶ ποτήριον, ἐνετέλλετο τοῖς μαθηταῖς, διὰ τούτων τὴν ἀνάμνησιν αὐτοῦ ποιεῖσθαι, ὧν καὶ ὁ Ἀπόστολός ἐστι; μαρτυρῶν γὰρ τούτοις, φησὶ, τόν τε
1. Cor. 10.16 ἄρτον, καὶ τὸ ποτήριον τῆς εὐλο-
„ γίας, κοινωνίαν αἵματός τε εἶναι καὶ σαρκός· εἰ δὲ, ὡς τούτοις δοκεῖ, δο-
l. -θείᾳ. κήσει καὶ οὐκ ἀλη* θείᾳ, περὶ τὸν κύριον ὑπῆρξεν, ὅσα ἄνθρωπος τέλειος, ἔχων ψυχὴν νοερὰν, καὶ αἷμα καὶ σάρκα· οὔτε διὰ Παύλου τ' ἀληθῆ ἐκηρύττετο· καὶ μάτην κατὰ τούτους σπουδάζομεν γνῶναι τὴν ἀλήθειαν, ἣν μήτε δι' αὐτοῦ, μήτε διὰ τοῦ Ἀποστόλου σαφῶς ἐβουλήθη φανερῶσαι ὁ Κύριος· πρὸς τῷ καὶ ἀντιπράσσειν, τοῦτο βουλόμεθα γνῶναι, ὅπερ ἐκεῖνος γνωσθῆναι οὐ βούλεται. εἰ δὲ ἀληθής ἐστιν, αὐτοαλήθεια ὤν,

habuit: & ex mortuis fuit excitatus. Porrò, Angeli, se homines esse, non profitebantur; sicuti Christus inquit, *Quis me tetigit? Sensi enim virtutem exeuntem à me.* Quinetiam monstratus est *Thomas*, quòd vulnerum cicatrices palparet. Utrum ergo decipere volebat, & ludificare suos auditores; ac inptimis genuinos suos Discipulos? Aut vera potiùs illos docendo, voluit illos certò scire, quod & palpabilis esset, & sic Carnem, sanguinē, & ossa assumpsisset? At si, ut isti ajūt, neq; Carnē habuit, neq; sanguinem: cujusmodi Carnis, aut cujus corporis, & qualis *tandē* Sanguinis Imagines, *videlicet* Panem & Poculum, tradidit: ac per hæc *symbola* memoriam sui celebrare, præcepit suis Discipulis: quos inter etiam est Apostolus? Attestatur enim istis, cùm dicit, Et *Panem illum, & Poculum benedictionis, communionem & Sanguinis esse, & Carnis.* Si autem, ut istis videtur, opinione, & non veritate, in Domino fuerunt ea, quæcunque Homo aliquis perfectus habet; animam *scil.* rationalem, & Sanguinem, & Carnem: neque per *Paulum* quæ vera sunt, prædicabantur: & frustrà, juxta horum opinionem, studemus cognoscere veritatem; *utpote* quam Dominus, neque per se, neque per Apostolum illum, apertè voluit manifestare: insuper illi etiam obnitimur, dum id volumus cognoscere, quod ille cognosci non vult. Sin verò verax est, qui ipsissima est Veritas, ille ipse,

ὁ πιστεύ-

ὁ πεπονθὼς ὁ Χριστός· ἀληθὴς ἔσται,
καὶ ὁ ὑπὸ τούτου ἀποσταλεὶς Παῦλος,
» λέγων· Ἢ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν
» ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ; καὶ πεί-
θεσθαι δεῖ, ὥσπερ τοῖς τοῦ Χριστοῦ
λόγοις, οὕτω καὶ τοῖς τοῦ Ἀποστόλου
γράμμασι· δι' ὧν, καὶ αἷμα, καὶ
σῶμα, Χριστὸν ἐσχηκέναι, ἀκούομεν·
καὶ ὑπὲρ ἡμῶν κατ' ἀλήθειαν ἀποθα-
νόντα, καὶ τῷ ἰδίῳ ἡμᾶς ἐλευθερώ-
σαντα θανάτῳ, διὰ καὶ αἵματι. ὥστε
οὐχ οἷον πιστεῦσαι, παθεῖν τὸν ἐξ οὐρανοῦ
κατελθόντα Χριστὸν, εἰ μὴ σάρκα
ἀνέλαβε· Καὶ ὅτι θάνατον καὶ αἷμα,
ὁ Ἀπόστολος, οὐ παρακεκαλυμμέ-
νως, ἀλλὰ μετὰ πάσης παῤῥησίας
κηρύσσει, ἀναγνώσομαι. λέγει γὰρ οὕ-
» τω· Γνωρίζω γὰρ ὑμῖν τὸ εὐαγγέλιον,
» ὃ εὐηγγελισάμην ὑμῖν, ὃ καὶ παρε-
» λάβετε, ἐν ᾧ καὶ ἑστήκατε· δι' οὗ καὶ
1. δι. » σώζεσθε· τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμην
» ὑμῖν, εἰ κατέχετε· ἐκτὸς εἰ μὴ εἰκῆ
» ἐπιστεύσατε. Παρέδωκα γὰρ ὑμῖν ἐν
» πρώτοις, ὅτι Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ
» τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ ὅτι ἐτάφη,
» καὶ ὅτι ἐγήγερται τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· Εἴ-
1. μὲ. τις οὖν * μοι εἰκῆ πεπίστευκεν, ἀλλὰ
κρατεῖ τὴν παράδοσιν τοῦ Ἀποστόλου,
καὶ γνωρίζει τὸ Εὐαγγέλιον, δι' οὗ
σωζόμεθα, καὶ ἕξει τοῦτο.

ΕΥΤΡ. Ὀρθότατα ὁ Ἀπόστο-
» λος δείκνυσιν, ὑπὲρ τῶν ἁμαρ-
» τιῶν ἡμῶν, λέγων, ἀπέθανε Χριστὸς,
» καὶ ἐτάφη, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγή-
γερται· κατὰ ταύτην τὴν ὑπόθεσιν ἔσται ψευ-
δῆ τὰ λεγόμενα, εἰ μὴ, καὶ σάρκα, καὶ
αἷμα, ἔσχεν ὁ Χριστός· ἀλλὰ μόνον ἦν

qui passus est, Christus: verax erit quoque *Paulus*, ab eodem missus, cùm dicit: *An specimen quaeritis, loquentis in me Christi?* 2.Cor.13.3. etenim obedire oportet, sicut verbis Christi, sic & Apostoli scriptis: è quibus audimus, & Sanguinem, & Corpus habuisse Christum: cumque pro nobis reverà mortuum, & propriâ nos morte atque sanguine liberâsse. Quae quidem, non est, ullatenus credibile, perpessum fuisse Christum illum, qui descendit de coelis; si non Carnem assumpserit. Porrò, quòd Apostolus, non obtectè, sed liberè cùm omni fiduciâ, mortem & sanguinem praedicet; recitabo. Dicit enim hoc modo: *Notum enim vobis facio Evangelium, quod evangelizavi vobis; quod & accepistis, in quo & stetistis: per quod & servamini: si retineatis, quâ ratione evangelizavi vobis: nisi frustrà credidistis. Tradidi enim vobis imprimis, quòd Christus mortuus est pro peccatis nostris, & quòd sepultus est, & quòd tertiâ die resurrexit.* 1.Cor.15. V.1,2,3,4. Si quis itaque non frustrà crediderit, sed constanter hujus Apostoli traditionem retineat; & Evangelium, per quod servamur, agnoscat; idem quoque istud *firmum ratumq́;* habebit.

EUTR. Rectissima docuit Apostolus, dicens: *Pro peccatis nostris mortuus est Christus, & sepultus; & tertiâ die fuit excitatus.* 1.Cor.15.4 Secundùm hanc *tuam* * hypothesin falsa erunt, quae dicta *lectaq́;* sunt; nisi & Carnem & Sanguinem Christus habuisset: sed merus esset

* alloquitur Marinū

πνεῦμα, φαντασίαν ἀνθρώπου ἔχον.
Οὔτε γὰρ παραδοθῆναι ἠδύνατο τὸ
πνεῦμα, ἀκράτητον ὄν, οὐδὲ ἀποθα-
νεῖν, μὴ ὂν θνητῆς φύσεως· ταφῆναι
δὲ, πνεύματι ἀμήχανόν ἐστι. Τί δεῖ
καὶ λέγειν; ἀλλ' οὐδὲ ἔναιμόν ἐστι τῇ
φύσει τὸ πνεῦμα· ἄλλως δὲ, εἰ διὰ τοῦ
θανάτου καὶ τοῦ αἵματος Χριστοῦ,
τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων κα-
l. λυσιν. ταγγέ* λυσιν αἱ γραφαί· * Οὗτος
l. οὗτοι. δὲ αἷμα καὶ σάρκα ἀρνοῦνται ἔχειν
αὐτὸν· οὔτε ἀπέθανεν ἐκεῖνος κατὰ ἀλή-
θειαν, οὔτε ἐτάφη· οὔτε γὰρ αἷμα ἐσχή-
κει· ἀλλὰ τῷ δοκεῖν ταῦτα, ἐπ' αὐ-
τοῦ μὴ ἀληθῶς γινόμενα, λέγεται·
οὐδ' ἡμεῖς οὖν κατὰ ἀλήθειαν ἐσώ-
θημεν, ἀλλὰ δοκήσει· ὡς ἐπὶ τῆς τῶν
ἄλλων κατὰ δόκησιν παρουσίας, ὁ
κόσμος σωθῆναι οὐκ ἠδυνήθη·
Ἀγγέλων λέγω ἐπί τε τοῦ Ἀβραάμ,
καὶ εἴ τις ἕτερος γέγραπται. Διὸ
ἐσφάλημεν περὶ τὴν πίστιν, τῷ δο-
κεῖν, τῆς ἐλπίδος καὶ τῆς σωτηρίας
τετυχηκότες.

ἈΔΑΜ. Βραχὺ προσκαρτε-
ρήσας, ἄκουε μειζόνων ἀποδείξεων τοῦ
1.Cor.15.14 Ἀποστόλου· Εἰ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐγή-
» γερται ἐκ νεκρῶν, φησι, κενὸν καὶ τὸ
» κήρυγμα, κενὴ καὶ ἡ πίστις ἡμῶν. Εἰ
οὖν τῷ δοκεῖν, ὡς τούτοις δοκεῖ, πέ-
πονθε, καὶ οὐ κατὰ ἀλήθειαν, οὐκ ἀπέ-
θανεν ἀληθῶς· δῆλον οὖν, ὅτι οὐδὲ
ἀληθῶς ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν, καὶ ἔσται
κατὰ ἀλήθειαν κενὸν καὶ τὸ κήρυγμα,
Ib. v. 20, 21, κενὴ καὶ ἡ πίστις ἡμῶν. Εἶτ' ἐπι-
22, 23. » φέρει· Νῦν δὲ Χριστὸς κηρύσσεται ἐκ νε-
» κρῶν ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων

ſpiritus, qui ſpectrum hominis obtineret. Nec enim tradi poterat Spiritus, quia non apprehendi potuit; nec mori, cùm non fuerit naturæ mortalis; nec ſepeliri ullâ ratione, cùm eſſet Spiritus. Quid opus eſt multis? Sed, *addo*, nec ſuâ naturâ ſanguinem habet Spiritus. Alioqui, ſi Scripturæ, per mortem & ſanguinem Chriſti, ſalutem hominum annunciant: iſti autem, eum ſanguinem & carnem habere negant: nec ille mortuus eſt reverâ, neque ſepultus. Nec enim ſanguinem habuerat: ſed opinione, non verè de ipſo, hæc facta fuiſſe dicuntur. Proinde neque nos rei veritate, ſed opinione, ſervati ſumus. quaſi verò, per adventum aliorum, opinione apparentium; Angelorum, inquam, tùm Abraami tempore, tùm ſi quis præterea alius memoratur; Mundus ſervari non potuiſſet. Quapropter in fide hallucinamur, dum opinamur, ſpem nos & ſalutem aſſecutos eſſe.

ADAM. Expecta paulisper, & majoris momenti audi demonſtrationes Apoſtoli: *Si autem*, inquit, *Chriſtus non reſurrexit ex mortuis; vana eſt prædicatio, vana & fides noſtra.* Quapropter ſi opinatione, ut videtur iſtis, paſſus eſt, & non rei veritate; non verè mortuus eſt. Ergo patet, Ipſum nec verè ex mortuis reſurrexiſſe; ac erit reipsâ vana & prędicatio, & fides noſtra. Deinde *Apoſtolus* infert: *Nunc autẽ Chriſtus prædicatur ex mortuis Primitiæ illorum, qui dormierunt.*

ἐπειδὴ

» ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου θάνατος, καὶ
» δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν. Ὥ-
» σπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀπο-
» θνήσκουσιν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ
» πάντες ζωοποιηθήσονται. Ἀπαρχὴ
» Χριστός.

Ευτρ. Πιστεύεις τῷ ἀποστολικῷ, Μαρῖνε;

Μαρ. Πιστεύω μὲν αὐτῷ, ἀλλὰ πρόσχες, πῶς ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος
» λέγει· Ὁ καταβὰς, αὐτός ἐστι καὶ ὁ
» ἀναβάς. Καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ λέ-
» γει· οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν,
» εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ υἱὸς τοῦ
Ἁπλ. » ἀνθρώπου. Ὁρᾷς, ὅτι * ἀπλανῶς λέγει, αὐτὸν ἐξ οὐρανοῦ ἐληλυθέναι.

Ἀδάμ. Αὗται αἱ ἀποδείξεις τὸ ὑμέτερον δόγμα οὐ συνιστῶσιν.

Μαρ. Πῶς;

Ἀδάμ. Τὸ μὲν οὖν εὐαγγέλιον σαφῶς ἔδειξεν, ὅτι εἰ μὴ ὁ Λόγος ἀπ' οὐρανοῦ κατῆλθεν, οὐκ ἂν ἄνθρωπος εἰς οὐρανοὺς ἀνῆλθεν. Οὐδεὶς γάρ φησιν ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ οὐρανοῦ καταβάς. Τὸ γὰρ ἀναβέβηκε, παρῳχηκότος ἐστὶ χρόνου * συ-
Σημ- μαντικόν. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι οὐδεὶς ἀναβήσεται, ἀλλ' οὐδεὶς ἀναβέβηκεν. ἔδειξεν οὖν σαφῶς, ὅτι πρὸ τοῦ Χριστοῦ οὐδεὶς ἀναβέβηκε. Καὶ ὁ Ἀπόστολος,
» πρωτότοκός, φησὶ καὶ πάλιν ἀπαρ-
» χὴ τῶν κεκοιμημένων· Καὶ πάλιν λέγει·
» Ἀπαρχὴ Χριστὸς, ἔπειτα οἱ τοῦ Χρι-
Ἰ.τ.Ξ. στοῦ. Πρὶν οὖν * τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον κατελθεῖν, καὶ ἀναλαβεῖν τὸν ἄνθρωπον ἐκ μήτρας, οὐδεὶς ἀνῆλθε· μετὰ δὲ τὸ ἀνελθεῖν τὸν Χριστὸν, τότε καὶ

Quandoquidem enim per hominem mors; etiam per hominem mortuorum resurrectio. Sicut enim in Adam omnes moriuntur; sic & in Christo omnes vivificabuntur: primitiæ Christus.

Eutr. Credis'ne, *Marine*, huic Apostolico?

Mar. Equidem credo illi, sed attende, Quomodo idem Apostolus dicat: *Qui descendit, idem est, qui ascendit.* Et in Evangelio dicitur: *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui ex cœlis descendit*; nempe, *Filius* ille *hominis*. Vides, eum dicere apertissimè; Illum de cœlo venisse. Eph.4.10. Joh.3.13.

Adam. Hæ demonstrationes vestram sententiam non constabiliunt.

Mar. Quâ de re?

Adam. Evangelium istud evidenter demonstravit: Nisi Sermo ille de cœlo descendisset; hominem utique in cœlos nunquam fuisse ascensurum. *Nemo enim*, inquit, *ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlis.* Illud enim, *Ascendit*, tempus significat præteritum. quoniã non ait, *Nemo ascendet*; sed, *Nemo ascendit.* Igitur liquidò monstravit, Ante Christum ascendisse neminem. Etiam Apostolus, *Qui est*, inquit, *Primogenitus*: & rursus, *Primitiæ dormientium*; & rursus dicit: *Primitiæ Christus; postea hi, qui sunt Christi.* Priusquã igitur Sermo ille Dei descendisset, ac hominem ex utero assumsisset, nemo ascendit. Postquam autem ille Christus ascendisset, tunc *ascenderunt* etiam, Joh.3.13. Col.1.18. 1.Cor.15.20 Ib. v.23.

οἱ αὐτοῦ

» οἱ αὐτοῦ. οὕτω γὰρ ἔφη, Ἀπαρ-
» χὴ Χριστὸς, ἔπειτα οἱ τοῦ Χριστοῦ. τὸ δὲ,

[P. οὕτως.] Ὁ καταβὰς, αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβάς· * οὗτος ὁ Ἀπόστολος, τὸ ἀπαθὲς τοῦ Λόγου δεῖξαι θέλων, καὶ τὸ ἄτρεπτον. ἀληθῶς γὰρ, Ὁ καταβὰς αὐτός ἐστι ὁ ἀναβὰς, οὐδὲ ἄλλος γενόμενος παρ' ὃ ἦν Θεός.

ΕΥΤΡ. Αὗται ὡς ῥήσεις τῷ ὅρῳ Ἀδαμαντίου συντρέχουσιν· ὅμως δὲ βούλομαι περὶ τούτου ἀμφοτέρους ὁρίσασθαι.

Quomodo Christus natus ex Mariâ V.? Orthodox.

ΑΔΑΜ. Ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος κατελθὼν ἀνέλαβεν ἄνθρωπον, ἀπὸ ἀχράντου παρθένου Μαρίας ἐν μήτρᾳ· καὶ γεννᾶται ὁ Χριστὸς χωρὶς συνουσίας ἀνδρός· καὶ οὗτος ὁ ληφθεὶς ἀπὸ Μαρίας ἐκ Πνεύματος ἁγίου, οὗτος ὑπέμεινε πάντα τὰ ἀνθρώπινα πάθη, ἵνα τὸν ἄνθρωπον

[l. σώσῃ.] * σώσῃ.

ΜΑΡ. Καλῶς. πάσχοντος οὖν τοῦ ἀνθρώπου, συμπαρῆν ὁ Λόγος, ἢ οὔ;

ΕΥΤΡ. Ἔκθου πρῶτον τὸν ὅρον.

ΑΔΑΜ. Συγχώρησον, πρῶτον τὴν ἀπόκρισιν, τὴν πρὸς αὐτὸν ποιήσασθαι. εἶθ' οὕτως ἐκθέσθαι τὸν ὅρον· Συμπαρῆν μὲν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος τῷ ἀνθρώπῳ, ἀλλ' οὐκ ἠδικεῖτο. ὥς-

[l. παιόμ-] περ ἀδάμας, ὑπὸ σιδήρου * παυόμενος, σῶος μένει. τοὐναντίον ἀντιβλάπτων τὸν ἐθέλοντα βλάψαι· ἀλλὰ καὶ ἀμίαντος, τῷ πυρὶ παραδιδομένη, ἄθραυστος, καὶ ἄχραντος διαμένει, οὐδὲν ἀδικουμένη. ἀλλ' οὐδὲ τὸ πῦρ, ὑπὸ φασγάνου τεμνόμενον, διαιρεῖται· ἡ γὰρ πυκνότης τοῦ πυρὸς,

qui sunt ejus. Sic namque dixit; *Primitiæ Christus; deinde, qui sunt Christi.* Illud verò: *Qui descendit, ipse est, qui ascendit*: idem Apostolus *ait*, eô Sermonis illius impassibilitatem & immutabilitatem indicaturus. Verè enim, *Qui descendit, idem & ascendit*: nec alius factus est, præter id quod erat, DEUS.

EUTR. Hæ quidem sententiæ conveniunt definitioni *Adamantij*: attamen volo, utrumque hâc de re strictiùs definire.

ADAM. Sermo ille Dei, qui descendit, assumsit hominem de impollutâ Virgine Mariâ in utero: & absque viri conjunctione Christus genitus est. Ac ille ipse, qui de Mariâ è Spiritu S. sumptus est: ipse, *inquam*, ut hominem servaret, omnes humanas passiones sustinuit.

MAR. Benè. Cùm igitur homo iste pateretur, aderat'ne simul Sermo ille, nec'ne?

EUTR. Expone primùm definitionem tuam.

ADAM. Concede, *quæso*, primùm, me illi respondere: dein suam definitionē exponat. Adfuit quidem simul unà Sermo ille Dei huic homini *conjunctus*; sed non lædebatur, perinde ut Adamas, à ferro percussus, salvus manet: imò contrà, lædit eum qui conatur lædere. Quin & Amiantus *lapis* igni traditus, infractus ac impollutus permanet, nullatenus læsus. Sed nec ignis, *licèt* à gladio scissus, *inde* dividitur. Etenim ignis densitas,

ὡς αὐ-

εἰς αὐτὴν ἀνατρέχουσαι, ἀδιαίρετος
μένει. Εἰ οὖν αἱ ὕλαι πρὸς ἑτέρας
ὕλας τὸ ἑαυτῶν σθένος ἐνδείκνυνται,
ἀναλωθῆναι μὴ δυνάμεναι· πῶς
οὐχὶ μᾶλλον ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἀπα-
θὴς καὶ ἄτρεπτος φύσεως ὤν, ἔμει-
νεν ἀπαθής, τὰ πάθη ἀναλίσκων; Εἰ
f. -νώσκω δὲ βούλει, ἀναγι*νώσκον τὸ Εὐαγγέλιον,
l. -νηται. ὅτι ἐκ Μαρίας γεγέν*νητο.

ΜΑΡ. Καὶ ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν,
διὰ Μαρίας, ἀλλ' οὐκ ἐκ Μα-
ρίας. ὥσπερ γὰρ ὕδωρ διὰ σωλῆνος
διέρχεται, μηδὲν προσλαμβάνων·
οὕτω καὶ ὁ Λόγος, διὰ Μαρίας, καὶ
οὐκ ἐκ Μαρίας.

l. -ξον. ἈΔΑΜ. Πρόστα*ξω ἀναγνωσθῆ-
ναι τὸ Εὐαγγέλιον.

ΕΥΤΡ. Ἀναγνωσθήτω.

ἈΔΑΜ. Ἀναγινώσκω, πῶς ὁ
ἄγγελος πρὸς τὴν Μαρίαν λέγει·
» Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ,
» καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι.
» διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον, υἱὸς
al. Θεοῦ. » * ὑψίστου κληθήσεται.

ΕΥΤΡ. Ἴσως, καὶ τὴν τοῦ ἀγγέ-
λου φωνὴν δοκήσει, λέξεις, γεγεννῆ-
σθαι. Τί γὰρ τούτου ἔσται ἀληθέστε-
P. οὐ φήσ. ρον τοῦ Εὐαγγελίου; *Φήσαντος,
» διὸ καὶ τὸ γεννώμενον, διὰ σοῦ, ἀλλ'
» ἐκ σοῦ. πῶς δὲ κἀκεῖνο οὐκ ἔσται
ἀνόητον, τὸ λέγειν, ὡς διὰ σωλῆ-
νος; καὶ τὸ μὲν, διελθεῖν διὰ Μα-
ρίας τὸν Λόγον, ὁμολογεῖν· τὸ δὲ
λαβεῖν τι ἐξ αὐτῆς, ἀρνεῖσθαι; καὶ εἰ
P. οὐκ μὲν δι' αἰδῶ τινα ἀρνεῖσθε· *εἰ δὲ δεῖται
αἰδεῖται. τὸ θεῖον· καὶ, τὸ μὲν αἰδοῦς ἄξιον ὁμο-
λογεῖς Μαρῖνε· τὸ δὲ σεμνότερον

in seipsam recurrens indivisa manet. Quocirca, si hæ materiæ adversùs alias materias suum robur & firmitatem demonstrant, nec possunt consumi: cur non Sermo ille Dei, cùm naturâ impatibili & immutabili esset, multo magìs maneret impatibilis, omnesque passiones consumeret? Si verò velis, recitabo Evangelium, docens: Illum ex Mariâ genitum esse.

MAR. Equidem & nos confitemur: *Illum genitum per Mariam*; sed non *ex Mariâ*. Sicut enim aqua per canalem transit, *sed inde* nihil assumit: ità & Sermo ille, non *ex Mariâ*, sed *per Mariam, natus est.* *Quomodo Valentin.*

ADAM. Jube recitari Evangelium.

EUTR. Recitetur.

ADAM. Recito, uti Angelus ad Mariam dicit: *Spiritus sanctus superveniet in te: & Virtus altissimi obumbrabit te: quapropter quod ex te genitum est sanctum, Filius altissimi vocabitur.* Luc. 1. 35.

EUTR. Fortassis, & hanc angeli vocem opinione prognatam fuisse, dices. Quid enim veracius hoc Evangelio? quod [non] dicit: *Quapropter quod natum est Per te*, sed *Ex te.* Et quî non erit insipiens dictum, illud; *Quasi per Canalem?* itemque illud, Sermonem quidem transiisse per Mariam, confiteri; ex illâ tamen quicquam assumsisse, inficiari? Et siquidē verecundię causâ negatis: si modò *illâ*, quod est divinum, egeat: etiamnum, quod pudore dignum est, *Marine*, confiteris; quod autem honestius V. Not.

Q καὶ οἱ-

καὶ οἰκονομικώτερον, ἀρνῇ. Εἰ γὰρ
διελθεῖν διὰ Μαρίας ὁ Λόγος οὐκ
αἰσχρὸν ἡγήσατο, οὐδὲ λαβεῖν τι ἐξ
αὐτῆς ᾐδεῖτο. Τί γὰρ καὶ ἦν ἀναγ-
καῖον διελθεῖν, εἰ μὴ προσελάμ-
βανεν;

ἈΔΑΜ. Εἰ μὴ ἔλαβεν ἄνθρω-
πον ἐκ Μαρίας, πῶς ἂν συσταθεῖεν
οἱ ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου λεγόμενοι λό-
Col. 1. 18. γοι; Πῶς δὲ Πρωτότοκος ἔσται τῶν νε-
1 Cor. 15. 20. κρῶν, καὶ Ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημέ-
νων; δειξάτωσαν. Εἰ μὲν γὰρ σχή-
ματι μόνῳ φασὶν αὐτὸν, ὡς καὶ τοὺς
ἀγγέλους, πεφηνέναι, οὐ δύναται εἶναι
πρωτότοκος, οὐδὲ ἀπαρχή.

ΜΑΡ. Πῶς;

ἘΥΤΡ. Οἱ ἄγγελοι πρὸ τοῦ Χρι-
στοῦ πεφήνασιν, ἢ ὁ Χριστὸς πρὸ τῶν
ἀγγέλων;

ΜΑΡ. Πρὸ πολλοῦ χρόνου τῷ
Gen. 18. 2. Ἀβραὰμ ἐφάνησαν οἱ ἄγγελοι.

ἘΥΤΡ. Εἰ καὶ οἱ ἄγγελοι, καὶ ὁ
Χριστὸς, δοκήσει ἀμφότεροι πεφή-
νασιν, οὐ δύναται εἶναι ὁ Χριστὸς πρω-
l. τὰ. τότοκος, τῶν ἀγγέλων * τὸ πρῶτον φα-
νέντων· ὡς ὑπὸ σοῦ ὡμολόγηται.
Ἀνάγκη γὰρ, τοὺς πρώτους ἐκείνους
πρωτοτόκους λέγειν.

ἈΔΑΜ. Πῶς δὲ ἀπαρχὴ ἔσται τῶν
1. Cor. 15. 20. κεκοιμημένων ὁ Χριστὸς, ὁπότε πρὸ αὐ-
4. Reg. 4. 36 τοῦ, καὶ ὁ τῆς Σουμανίτιδος υἱὸς πρὸ πολλοῦ
3. Reg. 17. 23. ἐκ νεκρῶν ἀνέστη, καὶ ὁ τῆς Σαρε-
Joh. 11. 44. φθινῆς, καὶ ὁ Λάζαρος. Εἰ μὴ οὖν
κατὰ ἀλήθειαν ἀπέθανε· καὶ τὰ γε-
νόμενα, οὐ δοκήσει, ἀλλὰ ἀληθείᾳ γέ-
γονε· καθὼς λέγει Ἰωάννης ὁ Εὐαγγε-
Joh. 1. 17. λιστὴς, ὅτι Ὁ νόμος διὰ Μωϋσέως

est, & dispensationi *divinæ* congruentius, inficiaris. Nam, si, *Transire per Mariam*, Sermo ille turpe non duxerit; utique nec assumere aliquid ex eâ verecundabatur. Quid enim opus erat, ut transiret; nisi aliquid *inde* assumeret?

ADAM. Si hominem non acceperit ex Mariâ; quomodo consistêt Apostoli dicta? Quomodo *Primogenitus mortuorũ* erit? Quomodo *Primitiæ dormientium*? cedò monstrent. Si enim, more Angelorum, solâ specie Illum dicant apparuisse; non potest *Primogenitus* esse, neque *Primitiæ*.

MAR. Quid ità?

EUTR. Apparuerunt'ne ante Christum Angeli; an Christus ante Angelos?

MAR. Multo antè tempore apparuerunt Abraamo illi Angeli.

EUTR. Si tàm Angeli, quàm Christus, opinione *tantùm*, utrique apparuerunt; non potest Christus *Primogenitus* esse, cùm Angeli priùs apparuerint: ut tute confiteris. Oportet enim, *Primos* illos dicere *Primogenitos*.

ADAM. Quâ ratione verò Christus erit *Primitiæ dormientium*? quandoquidem ante illum & *Sunamitidis filius* ex mortuis resurrexerit; & *filius Sarephtinæ*, & *Lazarus*. Nisi igitur reverà fuerit mortuus: & quæ gesta sunt, non opinatione, sed *rei* veritate, gesta fuerint; (sicuti dicit *Johannes* Evangelista. *Lex per Mosem*

ἐδόθη·

„ ἐδόθη· ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ
„ Ἰησοῦ Χριστοῦ γέγονε· Δειξάτω οὖν,
„ πῶς ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων ἐστὶν
ὁ Χριστός.

ΜΑΡ. Σὺ δεῖξον.

ἈΔΑΜ. Δείκνυμι, ὅτι καὶ πρωτότοκος τῶν νεκρῶν, καὶ ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων, κατὰ ἀλήθειάν ἐστιν ὁ Χριστός. οἱ γὰρ πρὸ τοῦ ἀναστάντες, αὖθις ἀπέθανον· ὁ δὲ Χριστὸς ἀναστὰς, οὐκέτι ἀποθνήσκει. ὡς γὰρ πρωτότοκος ἀπέθανεν Ἀδὰμ, οὕτως πρῶτος ἀνέστη Χριστός. Παραθήσομαι αὐτὰς τοῦ Ἀ-
„ ποστόλου τὰς ῥήσεις· Ὥσπερ, φησὶν,
„ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν·
„ οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωο-
„ ποιηθήσονται, ἀπαρχὴ Χριστὸς,
„ ἔπειτα οἱ τοῦ Χριστοῦ· Τί ἂν εὕροιμεν ἕτερον, οὕτω φανερῶς ἡμᾶς διδάσκον ἀμφότερα· καὶ ὅτι ἀπέθανεν ὁ Χριστὸς, καὶ ὅτι ἄνθρωπος ἦν τὸ ἀποθανόν; Εἰ γὰρ ἀπαρχή ἐστι τῶν κεκοιμημένων, ὁ ἐκ νεκρῶν ἐγηγερμένος, Χριστὸς, ἵνα ᾖ διὰ τοῦ ἀνθρώπου ἡ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις, νοουμένη δὲ, ὃν τρόπον καὶ δι' ἀνθρώπου θάνατος· δύο οὗτοι ἄν-
l. εἷς. θρωποί εἰσιν· * εἷς μὲν ὁ Ἀδὰμ, δι' οὗ ὁ θάνατος· ἕτερος δὲ ὁ Χριστὸς, δι' οὗ ἡ ἀνάστασις. δυοῖν οὖν τὸ ἕτερον, ἢ ὁ ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς Λόγος ἀπέθανεν, ἢ ὃν ἀνέλαβεν ἄνθρωπον· ἢ, ὅπερ ἐξ ἀνάγκης ἕπεται, νοεῖν ὁμολογήσουσιν· ὅτι ὁ μὲν καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ ἦν Θεὸς, ἵνα δὲ ἡμᾶς ἐλευθε-

data est: Gratia & Veritas per Jesum Christum facta est:) ostendat ergo, Quâ ratione Christus sit *Primitiæ dormientium*?

MAR. Tu *potiùs* ostende.

ADAM. Ostendo, & *Primogenitum mortuorum*, & *Primitias eorum, qui dormierunt*, reverà esse Christum. Nam, qui ante Christum resurrexerunt, iterum mortui sunt: Christus autem resurgens, non amplius moritur. Sic ut enim *Adam* primogenitus mortem obiit: ità Christus primus resurrexit. Apponam ipsa verba Apostoli: *Quemadmodum*, inquit, 1. Cor. 15. 22.23.
in Adam omnes moriuntur: sic & in Christo omnes vivificabuntur; primitiæ Christus, deinde qui sunt Christi. Quid invenire possemus aliud, quod utrumque tam luculenter nos doceat; & quòd Christus mortuus fuerit; & quòd homo fuerit id, quod mortuum est? Si enim *Primitiæ dormientium* sit Christus, ex mortuis resuscitatus; ut *per hominem* esset *ex mortuis resurrectio*: (quanquam eodem modô intellecta, quô *per hominem etiam mors*:) utique Duo isti homines erunt; unus quidem *Adam*, per quem Mors; alter verò Christus, per quem Resurrectio. Itaque è duobus his conficietur alterum: aut Sermonem illum, qui è cœlo descendit, fuisse mortuum: aut illum, quem assumsit, hominem: vel, quod necessariò sequitur, se intelligere fatebuntur: *nimirum*, Eum, qui de cœlo descendit, esse Deum; veruntamen ut nos libe-

ρώσῃ, προσελάβετο σάρκα τὴν ὑπὲρ
ἡμῶν ἀποθανεῖν δυνηθεῖσαν, δι' ἧς
ἐλευθερώθημεν· καὶ ἐγένετο ἀπαρ-
χὴ τῆς ἀναστάσεως, πρώτης αὐτῆς
ἐγερθείσης ἐκ νεκρῶν. οὕτω γὰρ ὄντως
Θεὸν κατὰ πνεῦμα, καὶ ὄντως ἄνθρωπον
κατὰ σάρκα, ὁμολογήσαντες Χριστὸν,
οὐχὶ τῷ δοκεῖν, ἀλλ' ἀληθῆ καὶ βε-
βαίαν ἕξομεν τὴν πίστιν. Ὅπερ παρέ-
1.Cor.15.4 δωκεν ὁ Ἀπόστολος, ὅτι κατὰ σάρκα
» Χριστὸς ἀπέθανε, καὶ ἐτάφη, καὶ ἐγή-
Ib. v.20. » γερται ἐκ νεκρῶν, καὶ ἔστιν ἀπαρχὴ τῆς
» τῶν κεκοιμημένων ἀναστάσεως.

ΜΑΡ. Ἔφης, ὅτι πρὸ τοῦ Χρι-
στοῦ πολλοὶ ἀνέστησαν· πῶς οὖν ἐστιν
ἀπαρχή;

ἈΔΑΜ. Οἱ πρὸ τοῦ Χριστοῦ ἀνα-
Rõ.6.9.10. στάντες, πάλιν αὖθις ἀπέθανον· ὁ δὲ
» Χριστὸς ἀναστὰς οὐκέτι ἀποθνήσκει. θά-
l. εὔει. » νατος αὐτοῦ οὐκ ἔτι κυρι* εὔει. ὁ γὰρ
» ἀπέθανε τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀπέθανεν
» ἐφάπαξ· ὃ δὲ ζῇ, ζῇ τῷ Θεῷ. τίνος
οὖν ἐκυρίευσεν ὁ θάνατος; τὸ γὰρ εἰ-
πεῖν, οὐκέτι κυριεύει ἔδειξεν, ὅτι πρό-
τερον ἐκυρίευσεν.

ΕΥΤΡ. Δῆλον, ὅτι εἰ μὴ τῆς σαρ-
κὸς, ἧς ἀνέλαβεν ὁ Λόγος, ἐκυρίευ-
σεν ὁ θάνατος· ἀνάγκη λέγειν, τοῦ
Λόγου κεκυριευκέναι τὸν θάνατον, εἰ
μὴ κατ' ἀλήθειαν ὁ Λόγος σάρκα
ἀνέλαβε. Λόγου δὲ Θεοῦ θάνατον κυ-
ριεῦσαι, οὐκ εὔφημον εἶναι λέγειν μοι
δοκεῖ.

ἈΔΑΜ. Ἄκουε οὖν τοῦ Ἀπο-
στόλου, περί τε τοῦ θανάτου, ὅτι ἀληθῶς
l. ἐν δοκ. καὶ * εὐδοκήσει ἀπέθανε· καὶ περὶ τοῦ
αἵματος, ὅτι ἀληθῶς ἐξεχύθη

raret, Carnem assumsisse, quâ pro nobis mori posset, & per quam liberati sumus: & factus est, *Primitiæ resurrectionis*; quia prima ipsa fuit ex mortuis excitata. Ita namq; reapse Deum secundùm Spiritum, ac reapse hominem secundùm carnem, Christum confitentes; non opinatione, sed veram & firmam habebimus fidem. Quod sanè Apostolus tradidit, *dicens*: *Secundùm carnem Christum mortuum esse, & sepultum, & excitatum à mortuis: & esse Primitias resurrectionis eorum, qui dormierunt.*

MAR. Ajebas, ante Christum multos resurrexisse: quomodo ergo erit *Primitiæ*?

ADAM. Ante Christum qui resurrexerunt, rursus mortui sunt: *Christus autem resurgens, non ampliùs moritur: mors illi non dominatur ampliùs. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem vivit, vivit Deo.* Cui ergo mors dominatur? Quod etenim dicit: *non ampliùs dominatur*; ostendit, priùs fuisse dominatam.

EUTR. Patet: Nisi mors carni, quam Sermo ille assumsit, dominata sit; oportere dicere, ipsi Sermoni fuisse mortem dominatam; nisi Sermo ille in veritate Carnem assumserit. At verò Sermoni DEI prædominatam fuisse mortem: mihi, nec pium, nec laudabile dictu, videtur.

ADAM. Audito igitur Apostolum, tùm de Morte, quod verè, ac non opinione *hominum* mortuus fuerit; & de Sanguine, quòd verè

τὸ αἷμα

τὸ αἷμα αὐτοῦ ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σω-
» τηρίας. Λέγει δὲ οὕτω· Συνίστησι δὲ τὴν ἑαυτοῦ
» ἀγάπην ὁ Θεὸς εἰς ἡμᾶς, ὅτι ἁμαρτω-
» λῶν ὄντων ἡμῶν, Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν
» ἀπέθανε· πολλῷ μᾶλλον, δικαιωθέν-
» τες ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, σωθησόμεθα
» ἀπὸ τῆς ὀργῆς. Καὶ πάλιν· Καὶ γὰρ εἰ καὶ
» ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ
» δυνάμεως Θεοῦ. καὶ πάλιν· Ἢ ἀγνοεῖτε,
al. -μεν. » ὅτι ὅσοι ἐβαπτίσθη* τε εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν,
al. -μεν. » εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθη* τε; Ὃς εἰ
μὴ ἀπέθανε, τίς ἀμφιβάλλει μὴ εἶναι
» βάπτισμα; Καὶ πάλιν, Ἐχαρίτωσεν
» ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ υἱῷ αὐτοῦ, ἐν ᾧ
» ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵμα-
» τος αὐτοῦ. Καὶ πάλιν· Ὅτι ταῦτα ἐπά-
» θετε ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν, καθὰ
» καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, τῶν καὶ τὸν κύριον
» ἀποκτεινάντων Ἰησοῦν, καὶ τοὺς προφή-
τας. Οὐκ εἶπε, καὶ τοὺς δοκήσει πεφη-
νότας ἀγγέλους, οἷς ὁμοιώσατε αὐτὸν
ὑμεῖς· ἀλλὰ, καὶ τοὺς προφήτας, οἵτινες
ἀληθινὴν σάρκα, καὶ οὐ φαντασίαν, ἄν-
» θρωποι ὄντες, καθ' ὑμᾶς· ὁ μὲν ἐπρίσθη
l. ἐλιθ- » σαρκὶ, ὁ δὲ* ἐληστάσθη, καὶ οἱ λοιποὶ ἐν
» φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον. Εἶτα μὴν καὶ
αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος παρέξομαι φω-
νὰς, τὰς προαγγελλούσας τὸ πάθος αὐ-
» τοῦ, οὕτω φάσκοντος· Ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ
» ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκιμα-
» σθῆναι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων, καὶ ἀρχιε-
al. ἀπο- » ρέων, καὶ γραμματέων, καὶ* σταυρωθῆ-
κτανθῆ- » ναι, καὶ μεθ' ἡμέρας τρεῖς ἀναστῆναι. Καὶ
ναι. πάλιν μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐλέγχων τινὰς
» ἔλεγεν· Ὦ ἀνόητοι, καὶ βραδεῖς τῇ
» καρδίᾳ τοῦ πιστεύειν ἐπὶ πᾶσιν, οἷς

ſanguis ejus pro noſtrâ ſalute fuerit profuſus. Sic autem dicit: *Commendat verò Deus ſuam in nos dilectionem; quòd, cùm eſſemus nos peccatores, Chriſtus pro nobis mortuus eſt: multò magis cùm juſtificati ſimus in ſanguine ejus, ſervabimur ab irâ.* (Rom. 5.8.9) Et iterum: *Etenim etſi crucifixus eſt ex infirmitate; vivet tamen ex potentiâ Dei.* (2. Cor.13. 4.) Rurſus ait; *An ignoratis, quòd quicunq; baptizati eſtis in Chriſtum Jeſum; in mortem ipſius baptizati eſtis?* (Rom.6.3.) Qui ſi non fuerit mortuus; quis dubitat, nullum eſſe Baptiſmum? Atque iterum: *Gratiam fecit nobis in dilecto Filio ſuo: in quo habemus redemtionem per ſanguinem ipſius.* (Eph.1.6,7.) Item: *Quia hæc paſſi eſtis à propriis contribulibus; ut & ipſi à Judæis; qui & Dominum Jeſum occiderunt, & Prophetas.* (1.Theſſ. 2. 14.15.) Non dixit: *Et* eos, qui opinione *hominum* apparuerunt, *Angelos*; quibus illum vos aſſimilâſtis: ſed *dixit, Et Prophetas*; qui cùm verâ carne, & non phantaſiâ, homines (*etiam* veſtrâ ſententiâ) eſſent; alius *ferrâ diſſectus fuit, & alius lapidatus, reliqui in occiſione gladij mortui ſunt.* (Heb.11.37.) Præterea etiam allegabo ipſius Servatoris verba, quæ hanc ejus paſſionem prænunciaverunt, ſic dicendo: *Oportet, Filium hominis multa pati, & reprobari à ſenioribus, & Principibus Sacerdotum, & Scribis; atque cruci affigi, & poſt dies tres reſurgere.* (Marc. 8.31. vid. etiam Luc.9.22.) Atque iterum poſt reſurrectionem, reprehendens quosdam, O, inquit, *ſtulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ* (Luc.24.25.)

„ ἐλάλησα πρὸς ὑμᾶς· ὅτι ἔδει ταῦτα
„ παθεῖν τὸν Χριστόν. Ἔτι μὴν καὶ ὁ Εὐ-
αγγελιστής, οὐ δόκησιν, ἀλλὰ ἀληθι-
Luc. 23. 46. & 53. νὸν θάνατον εἰσηγούμενος, φησί· Καὶ
„ φωνήσας μεγάλῃ φωνῇ ὁ Ἰησοῦς, εἶ-
„ πε· Πάτερ εἰς χεῖράς σου παραθή-
„ σομαι τὸ πνεῦμά μου· καὶ ἐξέπνευ-
„ σε. Καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ὀνόματι Ἰωσὴφ, αἰ-
„ τησάμενος τὸ σῶμα, ἐνετύλιξεν ἐν
„ σινδόνι, καὶ ἔθηκεν ἐν καινῷ μνη-
„ μείῳ. Τίς οὖν οὗτος ἦν, τολμήσαντες
εἰπάτωσαν; οὐ γὰρ δήπου τὸ πνεῦμα
ἐξέπνευσεν, ὂν ἀΐδιον καὶ ἄφθαρτον.
ἀλλὰ πάντως, τίς ἦν ὁ ἔχων τὸ πνεῦ-
μα; ὃς ἐξέπνευσεν ὄντως; ὃς καὶ παρέ-
θετο ἐκπνέων τὸ πνεῦμα τῷ πατρί;
ὃν ἐνείλησε σινδόνι ὁ Ἰωσήφ; οὐ γὰρ
δήπου σκιὰν ἐνείλησε, καὶ ἔθαψεν,
ἀλλὰ τὸν προσπαγέντα τῷ ξύλῳ.
οὕτω γέ τοι καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν
ἔλεγε τοῖς μαθηταῖς, δοκοῦσιν αὐτὸν
Luc. 24. 38, 39 φαντασίαν εἶναι· Τί τεταραγμένοι
„ ἐστέ; καὶ ἵνα τί διαλογισμοὶ ἀναβαί-
„ νουσιν εἰς τὴν καρδίαν ὑμῶν; ἴδετε
„ τὰς χεῖράς μου, καὶ τοὺς πόδας μου,
„ ὅτι ἐγώ εἰμι αὐτός. ὅτι πνεῦμα ὀστέα
„ καὶ σάρκας οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ
„ θεωρεῖτε ἔχοντα· Καὶ τί τοσοῦτον
ἐπιδιατρίβων τοῖς ἐλέγχοις, εἰς μῆ-
κος ἐκτείνω τοὺς λόγους; ἤρκει
Matt. 16. 13 γὰρ, τὸ ὁμολογεῖν ἑαυτὸν υἱὸν ἀν-
θρώπου.

ΜΑΡ. Τίνος ἀνθρώπου ἐστὶν υἱός;

Matt. 1. 6, 17 Luc. 3. 31. Rom. 1. 2. ΑΔΑΜ. Ἐκ σπέρματος κατὰ σάρκα τοῦ Δαβὶδ ἐστιν· καθὼς καὶ τὸ Εὐαγγέλιον φάσκει.

ΜΑΡ. Ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, τὸν Ἰου-

locutus sum ad Vos, quòd *oporteret Christum hæc pati.* Ad hæc & Evangelista, non apparentem, sed veram mortem inculcans, ait: *Et exclamans magnâ voce Jesus dixit: Pater, in manus tuas* commendabo Spiritum meum: & expiravit.* Et *ecce!* **gr. deponam.* *Vir, nomine Joseph, petens corpus involvit sindone, posuitq; in novo monumento.* Quis igitur ille erat, dicant audacter? nec enim utique Spiritus expiravit, cùm sit æternus, & incorruptibilis. At verò *dicant* omninò, Quis erat ille, qui spiritum illum habuit? qui spiritū reverà efflavit? qui expirans Patri spiritum suum tradidit? Quem *Joseph* sindone involvit? nam, profectò umbram haud involvit, & sepelivit; sed eum ipsum, qui ligno crucis fuerat affixus. Nimirum, sic ipsemet testatur Discipulis post resurrectionem, cùm illum phantasma esse putarent: *Quid turbati estis? & quare cogitationes ascendunt in Cor vestrum? Videte manus meas & pedes meos, quòd ego sum ipse. quia spiritus ossa & carnem non habet, sicuti me videtis habere.* Sed quid istis refellendis tantisper immoror, & has argumentationes in longum produco? Satis enim esset, quòd seipsum *Filium hominis* profitetur.

MAR. Cujus'nam *hominis Filius* est?

ADAM. *Ex semine David est secundùm carnem*: quemadmodum docet Evangelium.

MAR. In Evangelio, cùm Ju-
dæum

δαίων λεγόντων, ὅτι υἱός ἐστιν τοῦ Δα-
βίδ, αὐτὸς ὁ Χριστὸς καταγινώσκει αὐ-
τῶν· καὶ εἰ θέλεις ἀναγινώσκω.

ΕΥΤΡ. Ἀνάγνωθι.

» ΜΑΡ. Εἶπεν ὁ Ἰησοῦς· Τί ὑμῖν
» δοκεῖ περὶ τοῦ Χριστοῦ, τίνος υἱός ἐστι;
» Λέγουσιν αὐτῷ, τοῦ Δαβίδ· Λέγει αὐτοῖς
» ὁ Ἰησοῦς· Πῶς οὖν Δαβὶδ ἐν πνεύματι
» Κύριον αὐτὸν καλεῖ; λέγων, εἶπεν ὁ
» Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δε-
» ξιῶν μου. εἰ οὖν Δαβὶδ ἐν πνεύματι
» Κύριον αὐτὸν λέγει, πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἐστιν;
Εἶδες, ὅτι καταγινώσκει τῶν λεγόντων,
ὅτι υἱὸς Δαβίδ ἐστιν, ἀρνούμενος αὐτός;

ΑΔΑΜ. Τὸ πῶς οὐκ ἀρνήσεώς
ἐστιν, ἀλλὰ πεύσεως· καίγε οὐχ ἁ-
πλῶς, ἀλλὰ πολλάκις, ἐν ταῖς γραφαῖς
l. πεύσ- οὐκ ἐπὶ ἀρνήσεως, ἀλλὰ ἐπὶ * πεύσεως
» κείμενον· Πῶς γάρ φησι διώξεται εἷς
» χιλίους· καὶ πῶς ἐγένετο πόρνη πόλις
l. πιστή. » * πηστὴ Σιών; καὶ, πῶς ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ
» οὐρανοῦ ὁ ἑωσφόρος, ὁ πρωῒ ἀνατέλ-
λων; Οὐχὶ γὰρ ἀρνούμενος ὁ Χριστὸς
ἔφασκε, πῶς, ἀλλὰ πυνθανόμενος.

ΜΑΡ. Δαβὶδ Κύριον αὐτὸν ὁμο-
λογεῖ, οὐχὶ υἱόν.

ΑΔΑΜ. Δαβὶδ αὐτὸν κατὰ σάρ-
κα Κύριον οὐχ ὁμολογεῖ, ἀλλὰ κατὰ
πνεῦμα· τουτέστιν, ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ
οὐ μόνον τοῦ Δαβὶδ Κύριός ἐστιν, ἀλλὰ
» καὶ πάσης ἀρχῆς, ἐξουσίας, κυριότη-
l. -τος. » τος, ὀνόματα * τοῦ ὀνομαζομένου, οὐ μό-
» νον ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι, προγνώστης
» ὤν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. ᾔδει
δὲ, τοὺς Ἰουδαίους ἀπιστοῦντας τὸ κα-
τὰ πνεῦμα· καὶ ἐπύθετο, λέγων· Εἰ οὖν
Δαβὶδ ἐν πνεύματι Κύριον αὐτὸν

1. Petr. 2. 9 „ κτὸν ἀγωνίζεται γένος· τὸ βασίλειον ἱερά-
„ τευμα. τὸ ἔθνος τὸ ἅγιον· ὁ λαὸς ὁ εἰς
„ περιποίησιν· οὐδὲ μέχρι τοῦ δοκεῖν δεικνύντων τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων, ὅτι εἰ ἔστιν τὰ ἀνταγωνιζόμενα τοῖς εὐσεβέσι, προτίθενται ὑπὲρ εὐσεβείας ἀποθνήσκειν. προτιμῶντες τὸν μετ' εὐσεβείας θάνατον, τοῦ μετ' ἀσεβείας ζῆν· διόπερ
Rom. 10. 10. καρδίᾳ μὲν ὁ Θεὸς τοῖς γνησίοις πιστεύ-
„ εται εἰς δικαιοσύνην· στόματι δὲ ὁμολο-
„ γεῖται εἰς σωτηρίαν. Καταλαμβάνουσιν· ὅτι οὔτε δικαιωθήσονται, ἐὰν μὴ οὕτω
l. πιστεύ- * στεύσωσι τῷ Θεῷ, τῆς καρδίας αὐτῶν
l. ἐν. οὕτω διακειμένης, οὔτε * εἰς ἐν] σωτηρίᾳ ἔσονται· Ἐὰν μὴ ὁποία ἡ διάθεσις ᾖ, τοιοῦτος καὶ ὁ λόγος· ἑαυτοὺς γὰρ ἀπατῶσιν οἱ νομίζοντες ἀρκεῖν πρὸς τὸ τυχεῖν ἐν

autem fortasse mox dicetur: Excedite à terrâ universâ. Cui mandato Dei obedire bonum est, ut nobis quamprimùm cœlos ostendat, in quibus est *Regnum*, quod appellatur, *cœlorum*. Equidē pro multis virtutibus certantes, opus est videre vitam certaminibus repletam. Videbuntur enim pro Temperantiâ etiam multi alii, præter eos qui stant à parte Dei, certâsse; & nonnulli fortiter mortem obiisse, servantes pro communi Domino propositum; & Prudentiæ studuisse, *Viri* exquisitis rationibus solertes; atque seipsos tradidisse justitiæ, ad justè vivendum alacri paratoq; animo. Et certè militat pro singulis Virtutibus, tùm ipse carnis sensus; tùm alia multa eorum, qui *sunt* extra: verùm, pro Pietate, solum militat *genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis.* Reliquis hominibus ne probabiliter quidem ostendentibus, An sint aliqua piis reluctantia? hi sibi proponunt pro pietate mori, præferentes mortem cum pietate, vitæ cum impietate. Quapropter *hi corde credunt in Deum ad justitiam, ore autem confitentur ad salutem*: Utpote qui compertum habent, quòd neque justificandi sint, nisi ità crediderint in Deum, corde eorum sic disposito; neque salutem consecuturi, nisi qualis dispositio *cordis* erat, talis etiam *esset* sermo. Seipsos enim decipiunt, qui putant; sufficere, ad consequendum in

Χριστῷ

» Χριστῷ τέλους, τὸ, Καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται » εἰς δικαιοσύνην· κἂν μὴ προσῇ τὸ, Στό» ματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν· καὶ ἔστι γε εἰπεῖν, ὅτι μᾶλλον ἐστὶ τοῖς χεί» λεσι τιμᾶν· τὴν καρδίαν πόρρω ἔχοντα ἀπὸ Θεοῦ, ἤπερ τῇ καρδίᾳ τιμᾶν αὐτὸν. τοῦ στόματος μὴ ὁμολογοῦντος εἰς σωτηρίαν.

Καὶ εἴποιμ' ἄν· ὅτι οἱ ἐπὶ δικαστηρίου ἐξομνύμενοι τὸν Χριστιανισμὸν· ἢ πρὸ δικαστηρίου, οὐ λατρεύουσι μὲν προσκυνοῦσι δὲ τοῖς εἰδώλοις· λαμβάνοντες τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ, ἐπὶ ματαίῳ καὶ ἀψύχῳ ὕλῃ· προσεκύνησε δὲ οὕτω καὶ οὐκ ἐλάτρευσεν εἰδώλοις, ὁ βεβηλωθεὶς λαὸς, εἰς τὰς θυγατέρας Μωάβ· γέγραπται γοῦν αὐτοῖς λέξεσιν, » ὅτι ἐκάλεσαν αὐτοὺς ἐπὶ τὰς θυσίας τῶν » εἰδώλων αὐτῶν· καὶ ἔφαγεν ὁ λαὸς τῶν θυ» σιῶν αὐτῶν· καὶ προσεκύνησαν τοῖς εἰδώ» λοις αὐτῶν καὶ ἐτελέσθη Ἰσραὴλ τῷ » Βεελφεγώρ· καὶ παρατήρει. ὅτι οὐκ εἴρηται· καὶ ἐλάτρευσαν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν· οὐδὲ γὰρ οἷόν τε ἦν, μετὰ τοσαῦτα σημεῖα καὶ τέρατα· ὑπὸ μίαν καιροῦ ῥοπὴν πεισθῆναι ὑπὸ τῶν γυναικῶν, μεθ' ὧν ἐξεπόρνευον πρὸς τὸ νομίσαι Θεοὺς τὰ εἴδωλα. Τάχα δὲ οὕτω καὶ κατὰ τὴν ἐν » τῇ ἐξόδῳ μοσχοποιΐαν προσεκύνησαν, » οὐ λατρεύοντες τῷ μόσχῳ, ὃν γινόμενον ἐθεάσαντο· δοκίμιον οὖν καὶ ἐξεταστήριον τῆς πρὸς τὸ θεῖον ἀγάπης νομιστέον ἡμῖν γεγονέναι τὸν ἐνεστῶτα πειρασμόν· πειράζει γὰρ ὁ Κύριος ἡμᾶς, ὡς ἐν δευτε» ρονομίῳ γέγραπται, εἰδέναι, εἰ ἀγα» πᾶτε Κύριον τὸν Θεὸν ὑμῶν, ἐξ ὅλης » τῆς καρδίας ὑμῶν, καὶ ἐξ ὅλης

Christo finem, illud: *Corde credi-* Ibid.
tur ad iustitiam; quamvis non ad-
sit illud, *Ore autem fit confessio ad* Es.29.13.
salutem. Ac dici posset, id potiùs
esse *honorare labiis, cor autem* à Deo Matt.15.8.
procul habere; quàm corde ipsum
honorare, ore ad salutem non
confitente.

Præterea dicerem ego: Eos, qui sub judicibus, vel pro tribunali abjurant Christianismum; non servire quidem, sed adorare idola, profanantes Nomen Domini Dei in vanâ & inanimatâ materiâ. Sic adorârunt, non autem servierunt Idolis, populus ille in filiabus Moab profanatus. Scri-
ptum enim est his verbis: *quòd vo-* Num.25.2,3
caverint eos ad sacrificia Idolorum suorum, & comederit populus ex illis sacrificiis, & adoraverint Deos earum: & initiatus est Israël Beelphegor. Et observa, quòd non dicatur, *& servierunt idolis earum.* Neque enim id fieri poterat, post tanta signa & miracula, unico temporis momento persuaderi à mulieribus, quibus cum fornicati sunt; ut putarent, idola Deos *esse*. Forsan sic etiam in Exodo descriptam fa-
bricam vituli *adorârunt*; non item Ex.32.8.
servierunt vitulo, quem fieri viderant. Itaque explorationem, & examen nostri erga Deum amoris, existimandum est nobis factum esse imminens tentamen. *Deus* enim *tentat nos*, sicut in Deu-
teronomio scriptum est, *ut sciat* Deut.13.3,4
an diligatis Dominum Deum vestrum ex toto corde vestro, & ex totâ

τῆς ψυ-

» τῆς ψυχῆς ὑμῶν. ἀλλ' ὑμεῖς πειραζόμε-
» νοι, ὀπίσω Κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν πορεύ-
» σεσθε καὶ αὐτὸν φοβηθήσεσθε καὶ τὰς
» ἐντολὰς αὐτοῦ φυλάξεσθε· καὶ μάλι-
Ex. 20. 3. » στα, τὸ, οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν
» ἐμοῦ· καὶ τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσεσθε καὶ
» αὐτῷ προστεθήσεσθε. λαμβάνοντι μὲν
» ὑμᾶς ἀπὸ τῶν τῆδε χωρίων· προστιθέν-
τι δὲ αὐτῷ, εἰς τήν, ὡς ὁ Ἀπόστολος ὠνό-
Col. 2. 19. » μασεν, αὔξησιν τοῦ Θεοῦ ἐν αὐτῷ.

Ἀλλὰ καὶ εἴπερ πᾶν ῥῆμα πονηρὸν
βδέλυγμα Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου ἐστί, πη-
λίκον βδέλυγμα νομιστέον εἶναι· Τὸ
πονηρὸν τῆς ἀρνήσεως ῥῆμα. καὶ τὸν πο-
νηρὸν, τὸν, ἄλλου Θεοῦ ἀναγορεύσεως λό-
γον· καὶ τὸν πονηρὸν κατὰ τύχης ἀνθρώ-
πων· πράγματος ἀνυποστάτου ὅρ-
κον; οὗ προτεινομένου ἡμῖν, μνημονευτέον
Matt. 5. 34. τοῦ διδάξαντος, ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ
35. 36. » ὀμόσαι ὅλως. Εἴπερ γὰρ ὁ ὀμνύς οὐρανὸν
» παρανομεῖ τὸν θρόνον τοῦ Θεοῦ· καὶ ὁ ὀμνύς
» γῆν, ἀσεβεῖ τὸ λεγόμενον ὑποπόδιον
» τοῦ Θεοῦ θεοποιῶν. καὶ ὁ ὀμνὺς εἰς Ἱεροσό-
1. τοιγ. λυμα ἁμαρτάνει. καὶ * τοιγε πόλις με-
γάλου βασιλέως ἐστί· καὶ ὁ ὀμνὺς τὴν
ἑαυτοῦ κεφαλὴν πλημμελεῖ, πηλίκον
ἁμάρτημα εἶναι νομιστέον, τὸ, ὀμνύ-
ναι τύχην τινός· μνημονευτέον δέ ποτε,
Matt. 12. 36. καὶ τοῦ περὶ παντὸς ἀργοῦ ῥήματος, δώ-
» σετε λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. Τίς γὰρ
ἄλλος οὕτως ἀργὸς λόγος· ὡς ὁ ἐν ἀρ-
νήσει ὅρκος; οὐδαμῶς γὰρ προσκυνητέον
τὰ κτίσματα, παρόντος τοῦ κτίσαντος
καὶ διαρκοῦντος καὶ φθάνοντος πρὸς τὴν
πάντων εὐχήν· καὶ οὐδ' αὐτός γ' ἂν
θέλοι ὁ ἥλιος προσκυνεῖσθαι, ὑπὸ τῶν
ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ μερίδος. εἰκὸς δὲ, ὅτι

animâ vestrâ. Sed vos sic tentati, *Dominum Deum vestrum sequemini, & ipsum timebitis, & mandata illius custodietis* : inprimis autem illud : ***Non erunt tibi Dij alij, præter me, & vocem ejus audietis, illiq; adhærebitis***; accipienti quidem vos ab istis regionibus, apponenti verò sibi *in augmentum Dei*, ut Apostolus loquitur, *in seipso.*

Sed verò cùm *omne verbum malum* abominationi sit Domino Deo Tuo : quàm abominabile habendum erit, malum abnegationis verbum, & perversus confessionis alieni Dei sermo : & malum pro fortunâ hominum, re instabili, juramentum ? quô nobis oblatô, recordari oportet ejus, qui docet : *Ego autem dico vobis, ne omninò juretis.* nam si quis *per cælum jurat*, violat *thronum Dei*; *& qui per terram jurat*, impiè agit, dũ sic appellatum *scabellum Dei*, Deum facit : Et *qui per urbem Jerosolymorum* jurat, peccat; quia *urbs est magni Regis*; & qui *per proprium caput* jurat, prævaricatur: quantum igitur peccatum erit habendum, jurare *Per Fortunam* alicujus. Tunc etiam recordabimur dicti ; *De omni verbo otioso rationem reddetis in Die judicij.* Quis enim alius sermo tàm otiosus, quàm juramentum in abnegatione? Neutiquam enim adorandæ sunt creaturæ, præsente Creatore, sufficientes vires habente, ac præveniente omnium preces. Imò, neque ipse Sol vellet adorari ab iis, qui Dei partes sequuntur: & verisimile *est*, quòd

οὐχ

ὅτε ἀπὸ ἄλλου τινός· ἀλλὰ μιμούμε-
„ νος τὸν εἰπόντα. Τί με λέγεις ἀγαθόν;
„ οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεὸς ὁ Πα-
„ τήρ. ὥσπερεὶ φησὶ τῷ προσκυνεῖν
αὐτὸν ἐθέλοντι, τί με λέγεις Θεόν; εἷς ἐστι
Θεὸς ἀληθινός· καὶ τί με προσκυνεῖς;
„ Κύριον γὰρ τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις καὶ
„ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. γενητὸς εἰμι
κἀγώ. Τί θέλεις προσκυνεῖν τὸν προσ-
κυνοῦντα. κἀγὼ γὰρ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ
προσκυνῶ καὶ λατρεύω. καὶ αὐτοῦ πειθό-
„ μενος τοῖς ἐπιτάγμασι, τῇ ματαιό-
„ τητι ὑποτέταγμαι. διὰ τὸν ὑποτά-
„ ξαντα ἐπ' ἐλπίδι· καὶ ἐλευθερωθήσο-
μαι ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς, καὶ αὐ-
τὸς ἐνδεδεμένος φθαρτῷ σώματι,
„ εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων
„ τοῦ Θεοῦ.

Ἔστι προσδοκῆσαι καὶ τῆς ἀσεβείας
τινὰ προφήτην. τάχα οὐχ' ἕνα, ἀλλὰ
„ πλείονας λαλήσοντας ἡμῖν ὡς Κυρίου
„ ῥῆμα, ὃ οὐ προσέταξε Κύριος· ἢ ὡς σο-
„ φίας λόγον, τῆς ἀλλότριον τῆς σοφίας· ἵν'
ἡμᾶς ἀποκτείνῃ τῷ λόγῳ τοῦ στόματος
αὐτοῦ· ἀλλ' ἡμεῖς δὲ τότε, ἐν τῷ συστῆ-
ναι τὸν ἁμαρτωλὸν ἐναντίον ἡμῶν, εἴ-
„ πωμεν. Ἐγὼ δὲ ὡσεὶ κωφὸς οὐκ ἤκουον.
„ καὶ ὡσεὶ ἄλαλος οὐκ ἀνοίγων τὸ στόμα
„ αὐτοῦ· καὶ ἐγενόμην ὡσεὶ ἄνθρωπος οὐκ
„ ἀκούων. Καλὴ γὰρ ἡ πρὸς τοὺς ἀσεβεῖς
λόγους κώφωσις, ἐπὰν ἀπογινώ-
σκωμεν τὴν τῶν τὰ χείρονα λεγόντων
ἐπανόρθωσιν.

Χρήσιμον δὲ ἡμᾶς ἐννοεῖν ἐν τοῖς
καιροῖς τῶν ἐπὶ τὰ ἐναντία προκα-
λουμένων, τί διδάξαι βουλόμενος ὁ
„ Θεός φησι, τὸ, ἐγώ εἰμι Κύριος

neque ab alio quoquam *id fieri vellet*. Sed imitatus dicentem: *Quid me appellas bonum? Nemo bonus est nisi solus Deus Pater*: ità diceret adorare se volenti: Cur me vocas Deum? unus est verus Deus: & cur me adoras? *Dominum Deum tuum adorabis, eique soli servies*, nam & ego factus sum. Quid vis adorare adorantem? jam & ego Deum & Patrem adoro, eique servio; ejusque præceptis obtemperans *vanitati obnoxius sum, propter eum qui subjecit* sub spe; atque *liberabor à servitute corruptionis*, etiam ipse illigatus corpori corruptibili, *in libertatem gloriæ filiorum Dei*.

Matt.19.17.
Deut. 6.13. & 10.20.
Matt.4.10.
Rō.8.20,21.

Expectandus etiam est impietatis aliquis Propheta; nec fortè unus, sed plures: *qui loquentur nobis tanquam Domini verbum, quod Dominus nunquam præcepit*; aut tanquam *sermonem sapientiæ*, qui alienus est à sapientiâ; ut nos occidat sermone oris sui. Sed nos tunc, cùm peccator ille contra nos steterit, dicemus: *Ego autem velut surdus non audivi, & sicut mutus non aperiens os suum; & factus sum instar hominis nil audientis*. Bona enim est surditas versùs impios sermones, si desperemus emendationem pessima loquentium.

Deut.18.20
2.Cor.12.8.
Ps.37.13,14.
NB.

Utile verò erit, nós cogitare his temporibus, quibus in contraria provocamur, Quid docere velit Deus, dicens: *Ego sum Dominus*

Exod.20.5.

„ ὁ Θεός σου ζηλωτής. καὶ οἶμαί γε. ὅτι
ὃν τρόπον νυμφίος ἐπιστρέφων τὴν
νύμφην πρὸς τὸ σεμνῶς βιοῦν. συν-
άγουσαν μὲν πᾶσαν ἑαυτὴν πρὸς τὸν
l. τρόπῳ. νυμφίον. πάντη δὲ * τρό φυλαττο-
μένην ἐκχεῖσθαι πρὸς ἕτερόν τινα πα-
ρὰ τὸν νυμφίον· κἂν σοφὸς ᾖ. ἐμφαί-
νοι ἂν ζῆλον, ὡς φαρμάκῳ τῇ τοιαύ-
τῃ ἐμφάσει πρὸς τὴν νύμφην χρώμενος,
οὕτω ὁ χρηματίζων, καὶ μάλιστα ἐὰν
Col. 1. 15. „ φαίνεται ὁ πρωτότοκος εἶναι πάσης κτί-
σεως. φησὶ πρὸς τὴν νύμφην ψυχὴν·
l. ζηλ- „ Θεὸς εἶναι * ζωλωτὴς, πάσης τῆς πρὸς
τὰ δαιμόνια πορνείας, καὶ τοὺς νομι-
ζομένους εἶναι Θεοὺς· ἀφιστὰς τοὺς ἀ-
κροωμένους. καὶ ὡς Θεὸς οὕτω ζηλωτὴς,
φησὶ περὶ τῶν ὅπως ποτὲ ὀπίσω Θεῶν
Deut. 32. „ ἑτέρων ἐκπεπορνευκότων. αὐτοὶ παρε-
21. 22. „ ζήλωσάν με ἐπ' οὐ Θεῷ· κἀγὼ παρα-
Rom. 10. 19. „ ζηλώσω αὐτοὺς ἐπ' οὐκ ἔθνει. ἐπὶ ἔθνει
„ ἀσυνέτῳ παροργιῶ αὐτούς. ὅτι πῦρ
„ ἐκκέκαυται ἐκ τοῦ θυμοῦ μου. καυθήσε-
„ ται ἕως ᾅδου κατωτάτου· κἂν μὴ δι'
ἑαυτοῦ ᾖ ὡς σοφὸς ὁ νυμφίος καὶ ἀπαθὴς
ἀποστρέφῃ παντὸς μολυσμοῦ τὴν με-
μνηστευμένην, ἀλλά γε δι' ἐκείνην ὁ-
ρῶν αὐτῆς τὸν μολυσμὸν καὶ τὸν
βδελυγμὸν, πάντα τὰ, ἰάσασθαι
καὶ ἐπιστρέψαι αὐτὴν δυνάμενα
l. αὐτεξ- ποιήσει. ὡς * ἀντεξουσίῳ φύσει προσ-
άγων λόγους ἀποτρεπτικοὺς τοῦ
πορνεύειν. ποῖον ἂν οὖν μιασμὸν
νοήσαις χείρονα γίνεσθαι ψυχῇ ὅ-
πως ποτὲ ἄλλον ἀγορευούσῃ Θεόν.
καὶ μὴ ὁμολογούσῃ τὸν ἀληθῶς ἕνα
καὶ μόνον Κύριον. καὶ οἶμαί γε.

Deus Tuus Zelotes? Equidem puto: quòd sicut Sponsus, convertens ad honestè vivendum sponsam suam; ut seipsam totam Sponso conjungat, & omnimodè caveat, ne effundatur ad alium quendam præter sponsum; quamvis sapiens sit, tamen Zelum ostendat, veluti pharmaco aliquo tali specie erga sponsam utens: ità *Deus* loquens, & inprimis quum apparet *Primogenitus esse omnis creaturæ*, inquit ad sponsam Animam: *Deum esse Zelotem*: ab omni scortatione cum dæmonibus, & iis, qui censentur Dii, abstinens eos, qui hæc audiunt. ac tanquam *Deus* ità *Zelotes*, inquit de iis, qui aliquando fornicati sunt post Deos alienos: *Illi me ad iram provocârunt super non Deo: & ego illos ad iram provocabo super non gente; super gente insipiente irritabo illos*; quoniam *ignis accensus est in animo meo, qui consumet usque ad infimum infernum.* Et nisi per seipsum, ut sapiens ille ac omni perturbatione carens Sponsus, avertat ab omni inquinatione suam desponsatam; atque propter ipsam, videns illius inquinamenta & abominationem, omnia, quæ illam sanare & convertere poterunt, faciat; ei velut naturâ libero arbitrio præditæ adducens sermones, dehortatorios à fornicatione: Quanto igitur pejorem putaveris inquinationem inferri animæ, quomodocunque alium prædicanti Deum, neque confitenti verè unicum & solum Dominum? Et verò puto,

ὅτι

„ ὅτι ὥσπερ ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ
„ ἓν σῶμά ἐστιν, οὕτως ὁ μὲν ὁμολογῶν τινα· καὶ μάλιστα ἐν καιρῷ βασάνων καὶ ἐξετάσεως τῆς πίστεως ἀνακιρνᾶται καὶ * ἑνοῦται τῷ * ὁλογουμένῳ. ὁ δὲ ἀρνούμενος, ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀρνήσεως τρόπον μαχαίρας διακοπτούσης, ἀπ' ἐκείνου ὃν ἀρνεῖται πάσχει τὴν διαίρεσιν· χωριζόμενος ἐκείνου, ὃν ἠρνήσατο. Διόπερ ἐπίστησον, μή ποτε ὡς ἀκόλουθον καὶ ἀναγκαῖον συμβῆναι τῷ ὁμολογοῦντι τὸ ὁμολογηθῆναι· καὶ τῷ ἀρνουμένῳ,
„ τὸ ἀρνηθῆναι εἴρηται, τό, ὃς ἐὰν ὁμο-
„ λογήσῃ ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀν-
„ θρώπων, κἀγὼ ὁμολογήσω ἐν αὐτῷ
„ ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς.

l. ἐν-όμολογ.

Καὶ εἴποι δ' ἂν ὁ Αὐτολόγος καὶ ἡ Αὐτοαλήθεια τῷ, τε ὁμολογήσαντι καὶ τῷ ἀρ-
„ νησαμένῳ, ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμε-
„ τρηθήσεται ὑμῖν. σὺ μὲν οὖν ὁ μετρήσας μέτρῳ τῆς πρός με ὁμολογίας, ἀπολή-
„ ψῃ μέτρον τῆς ἀπ' ἐμοῦ ὁμολογίας σε-
„ σαλευμένον· πεπιεσμένον, ὑπερεκχυνόμενον· ὅπερ δοθήσεται εἰς τὸν κόλπον σου. Καὶ σὺ δὲ, ὁ μετρήσας τῷ τῆς ἀρνήσεως μέτρῳ, καὶ ἀρνησάμενός με, τὸ ἀνάλογον τῷ μέτρῳ τῆς ἀρνήσεως ἀπολήψῃ μέτρον, τῆς ἀπ' ἐμοῦ περὶ σοῦ ἀρνήσεως.

Πῶς δὲ πληροῦται μέτρον ὁμολογίας, ἢ οὐ πληροῦται· ἀλλ' ἐλλείπει, οὕτως ἂν θεωρήσωμεν. Εἰ παρ' ὅλον τὸν τῆς ἐξετάσεως καὶ τοῦ πειρασμοῦ χρόνον, μὴ δίδωμεν τόπον τῷ Διαβόλῳ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, μολύνειν ἡμᾶς διαλογισμοῖς πονηροῖς θέλοντι, ἀρνήσεως ἢ διψυχίας

quòd ficut qui *fcorto adhæret*, *unum cum ipfo corpus eft*: ita qui confitetur aliquem, inprimis tempore cruciatûs & explorationis fidei, commifcetur & copulatur cum eo, quem confitetur: qui verò abnegat, per ipfam abnegationem, ad inftar gladii diffecantis, ab eo, quem negat, patitur feparationem; feparatus ab eo, quem abnegavit. Itaque attende, ne fortè (velut confequens & neceffarium *fit*, accidere confitenti, ut quis eum confiteatur; & neganti, ut abnegetur) dictum fit illud; *Qui me confeffus fuerit coram hominibus, etiam illum confitebor coram Patre meo, qui eft in cœlis*: & dicat Ipfe ille Sermo, & Ipfa Veritas tùm confitenti, tùm abneganti, *Quâ menfurâ menfurabitis, eâdem remenfurabitur vobis*: itaque Tu quidem, qui menfurâfti menfurâ mei confeffionis, recipies *menfuram* confeffionis à me, *agitatam*, *compreffam*, *fuperabundantem*, *quæ dabitur in finum tuum*: & verò Tu, qui menfurâfti menfurâ abnegationis, & me abnegas; menfuram menfuræ abnegationis congruentem recipies, meæ tui abnegationis.

1. Cor. 6. 16.

Matt. 10. 32

Matt. 7. 2.

Luc. 6. 38.

Quomodo autem impleatur menfura confeffionis, aut non impleatur, fed deficiat: agè fic perfpiciemus. Si per omne inquifitionis & tentationis tempus, locum Diabolo non demus in cordibus noftris, inquinare nos volenti, pravis cogitationibus *vel* abnegationis, vel dubitationis,

ἤ τινος πιθανότητος, προκαλουμένης ἐπὶ τὰ ἐχθρὰ τῷ μαρτυρίῳ καὶ τῇ τελειότητι. καὶ πρὸς τούτῳ, εἰ μὴ δὲ λόγῳ ἀλλοτρίῳ τῆς ὁμολογίας ἑαυτοὺς
l. μιαίνοιμεν. * μαίνομεν. καὶ εἰ πάντα φέροιμεν, τὸν ἀπὸ τῶν ἐναντίων ὀνειδισμὸν καὶ χλεύην καὶ γέλωτα· καὶ δυσφημίαν καὶ ἔλεον· ὃν δοκοῦσιν ἡμᾶς ἐλεεῖν, πεπλανημένους καὶ μωροὺς ὑπολαμβάνοντες· καὶ ἐσφαλμένους ἀποκαλοῦντες. ἔτι δὲ, εἰ μὴ περιελκοίμεθα περισπώμενοι, καὶ ὑπὸ τῆς περὶ τὰ τέκνα· ἢ τὴν τούτων μητέρα, ἤ τινα τῶν νομιζομένων εἶναι ἐν τῷ βίῳ, φιλτάτων φιλοστοργίας πρὸς τὴν κτῆσιν, ἢ πρὸς τὸ ζῆν τοῦτο· ἀλλ' ὅλα ταῦτα ἀποστραφέντες, ὅλοι γενοίμεθα τοῦ Θεοῦ· καὶ τῆς μετ' αὐτοῦ καὶ παρ' αὐτῷ ζωῆς. ὡς κοινωνήσοντες τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ καὶ τοῖς μετόχοις αὐτοῦ, τότ' ἂν εἴποιμεν, ὅτι ἐπληρώσαμεν τὸ μέτρον τῆς ὁμολογίας. εἰ δὲ, καὶ ἑνί τινι λείποιμεν, οὐκ ἐπληρώσαμεν. ἀλλ' ἐμολύναμεν τὸ τῆς ὁμολογίας μέτρον. διὸ δεησόμεθα, ὧν
1.Cor. 3.12. δέονται οἱ ἐποικοδομήσαντες τῷ θε-
„ μελίῳ, ξύλα ἢ χόρτον ἢ καλάμην·
¶ Καὶ τοῦτο δὲ ἡμᾶς εἰδέναι χρὴ ὅτι τὰς καλουμένας τοῦ Θεοῦ διαθήκας, ἐπὶ συνθήκαις παρεδεξάμεθα· ἃς πρὸς αὐτὸν ἐποιησάμεθα, ἀναδεχόμενοι τὸ κατὰ Χριστιανισμὸν βιοῦν· καὶ ἐν ταῖς πρὸς Θεὸν συνθήκαις ἡμῶν ἦν πᾶσα ἡ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον πολιτεία· λέγον,
„ εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν,

vel blandientis persuasionis, quæ nos provocet ad ea, quæ martyrio & perfectioni sūt inimica: Præterea, si neq; sermone, à confessione alieno, nos ipsos inquinaverimus: sique omnia tulerimus, *nempe*, adversariorum opprobrium, & ludibrium, & derisionem, & infamiã, & miserationem; quâ nostri misereri videntur, ceu seductos & stolidos *nos* existimantes, & deceptos appellantes: insuper verò, si non distrahamur curis circumflexi, nostrô vel versùs liberos, aut horum matrem, aut *versùs* aliqua eorum, quæ amicissima in hac vitâ habentur, amore; *velut* erga possessiones, aut erga vitam præsentem: sed omnia hæc aversantes, toti fiamus Dei, & Vitæ, quæ cum ipso & apud ipsum *est*; tanquam communionem habituri cum Unigenito ipsius, & iis, qui sunt ipsius participes: tunc nimirum dicemus, Nos implevisse mensuram confessionis. Quòd si autem vel in uno aliquo horum deficiamus; non implevimus, sed inquinavimus mensuram Confessionis. Quapropter indigebimus iis, quibus indigent, qui *superstruunt fundamento lignum, aut gramen, aut stipulam.* ¶ Et hoc nos oportet nôsse: quòd Dei (sic dicta) Testamenta certis pactis accepe rimus, quæ cum illo fecimus, recipientes, nos secundùm Christianismum victuros. Et in his pactis nostris cum Deo, erat tota secundùm Evangelium vitę ratio; quod dicit: *Si quis vult post me venire,*

ἀρνη-

» ἀρνησάσθω ἑαυτὸν καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν
» αὐτοῦ καὶ ἀκολουθείτω μοι. ὃς γὰρ ἂν θέλῃ
» τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν.
» ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ἕνε-
» κεν ἐμοῦ, οὗτος σώσει αὐτήν. Τί γὰρ ὠφε-
» ληθήσεται ἄνθρωπος· ὃς ἐὰν τὸν κόσμον
Lucr. κερδήση ὅλον * κερδήσῃ· τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημι-
» ωθῇ. ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα
» τῆς ψυχῆς αὐτοῦ· μέλλει γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀν-
» θρώπου ἔρχεσθαι, ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς
» αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ καὶ τότε ἀπο-
» δώσει ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ. Τὸ δὲ
δεῖν ἀρνεῖσθαι ἑαυτὸν. καὶ αἴρειν τὸν ἑαυτοῦ
σταυρὸν· καὶ τῷ Ἰησοῦ ἀκολουθεῖν, οὐ μό-
νος Ματθαῖος, οὗ τὴν λέξιν παρεθέμε-
θα, ἀνέγραψεν· ἀλλὰ καὶ Λουκᾶς καὶ
» Μάρκος. Ἄκουε γὰρ Λουκᾶ λέγοντος. εἴ τις
» θέλει ὀπίσω μου ἔρχεσθαι, ἀρνησάσθω ἑ-
» αυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκο-
» λουθείτω μοι. ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ἑαυτοῦ
*ψυχὴν * σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν. ὃς δ' ἂν ἀπο-
» λέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, οὗτος
» σώσει αὐτήν. τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρω-
» πος κερδήσας τὸν κόσμυν ὅλον· ἑαυτὸν δὲ
» ἀπολέσας ἢ ζημιωθείς· Μάρκου δὲ, καὶ
» προσκαλεσάμενος τὸν ὄχλον σὺν τοῖς
» μαθηταῖς αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς. εἴ τις θέλει
» ὀπίσω μου ἀκολουθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑ-
» αυτὸν· καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκο-
» λουθείτω μοι. ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ἑαυτοῦ
» ψυχὴν σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· ὃς δ' ἂν
» ἀπολέσῃ ἕνεκεν τοῦ εὐαγγελίου σώσει
» αὐτήν. Τί δὲ ὠφελήσει τὸν ἄνθρωπον· ἐὰν
» κερδήσῃ τὸν κόσμον ὅλον, καὶ ζημιωθῇ τὴν
» ψυχὴν αὐτοῦ· τί γὰρ δώσει ἄνθρωπος
» ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. Πάλαι
τοίνυν ὀφείλομεν ἀρνεῖσθαι ἑαυτούς·

abneget seipsum, & tollat cru- Matt.16.24
cem suam, & sequatur me. Qui enim 25.26.27.
voluerit animam suam servare, per-
det eam; qui autem perdiderit ani-
mam suam propter me, is servabit
illam. Quid enim prodest homini,
si Mundum universum lucretur: ani-
ma verò sua detrimentum patiatur?
aut, quam dabit homo commutatio-
nem pro animâ suâ? Filius enim ho-
minis venturus est in gloriâ Patris sui,
cum angelis suis: & tunc reddet uni-
cuique secundùm opera ejus. Quòd
verò quisque se abnegare debeat,
& tollere crucem suam, & Jesum
sequi; non solus *Matthæus*, cujus
verba apposuimus, præscripsit;
sed & *Lucas* & *Marcus*. Audi e-
nim *Lucam* dicentem: *Si quis vult* Luc.9.23.
post me venire, abneget semet ipsum, 24.25.
& tollat crucem suam, & sequatur
me. Qui enim voluerit animam suam
servare, perdet illam: qui autem
perdiderit animam suam propter me,
servabit illam. Quid enim proficit
homo, si lucretur universum mun-
dum; se autem ipsum perdat, & de-
trimentum sui faciat? Et *Marcum*: Marc.8.34.
Et convocato populo cum suis discipu- 35.36.
lis dixit eis: Si qui velit me sequi,
abneget seipsum; tollatq; crucem su-
am, & sequatur me. Si quis enim
velit animam suam servare, perdet
illam. Qui autem perdiderit propter
Evangelium, servabit illam. Quid enim
proderit homini, si lucretur mundum
universum, & detrimentum patiatur
animæ suæ? quā enim dabit homo com-
mutationē animæ suæ? Itaq; jam pri-
dē debebamus abnegare nos ipsos,

Gal. 2.20. „ καὶ λέγειν, ζῶ οὐκέτι ἐγώ. καὶ νῦν δὲ
φανείτω, εἰ ἄραντες ἑαυτῶν τὸν σταυ-
ρὸν, τῷ Ἰησοῦ ἠκολουθήσαμεν. ὅπερ γέ-
„ γονεν, εἰ ζῇ ἐν ἡμῖν ὁ Χριστός. εἰ θέλο-
μεν ἡμῶν σῶσαι τὴν ψυχὴν· ἵνα αὐ-
V. Not. τὴν ἀπολάβωμεν κρείττονα ψυχῆς,
μαρτυρίῳ ἀπολέσωμεν αὐτήν. ἐὰν
γὰρ ἀπολέσωμεν αὐτὴν ἕνεκεν Χριστοῦ,
αὐτῷ ἐπιρρίψαντες αὐτὴν ἐν τῷ δι'
αὐτὸν θανάτῳ, τὴν ἀληθῆ σωτη-
ρίαν περιποιήσομεν αὐτῇ. ἐὰν δὲ τὸ
Matt 16.26 ἐναντίον ἀκούσομεν ὅτι οὐδὲν ὠφε-
λεῖται, ὁ τὸν ὅλον κερδήσας αἰσθητὸν
κόσμον, διὰ τῆς ἰδίας ἀπωλείας ἅ-
παξ δὲ ἀπολέσας τις τὴν ἑαυτοῦ ψυ-
χὴν. ἢ ζημιωθεὶς αὐτὴν. κἂν τὸν ὅλον κερ-
δήσῃ κόσμον, οὐ δυνήσεται αὐτὴν δοῦναι
ἀντάλλαγμα τῆς ἀπολλυμένης ψυ-
χῆς. ἡ γὰρ κατ' εἰκόνα Θεοῦ δεδημιουρ-
γημένη, τιμιωτέρα ἐστὶ πάντων. Εἷς
μόνος δεδύνηται δοῦναι ἀντάλλαγμα
τῆς ἀπολλυμένης πρότερον ψυχῆς ἡ-
μῶν, ὁ ὠνησάμενος ἡμᾶς τῷ ἑαυτοῦ
τιμίῳ αἵματι. ἐὰν οὖν φιλομαθοῦντες
1. Cor. 13.12 ἐν Χριστῷ. καὶ ἤδη ποτὲ τὸ δι' ἐσό-
„ πτρου καὶ ἐν αἰνίγματι μανθάνειν. ὑ-
περβαίνειν θέλοντες, σπεύδητε πρὸς
τὸν καλέσαντα, ὅσον οὐδέπω πρόσω-
πον πρὸς πρόσωπον ἔσεσθε· ὡς
φίλοι τοῦ ἐν οὐρανοῖς Πατρός· οἱ
γὰρ φίλοι, ἐν εἴδει καὶ οὐ δι' αἰ-
νιγμάτων μανθάνουσιν, ἢ γυμνῇ
σοφίᾳ φωνῶν, καὶ λέξεων, καὶ
συμβόλων, καὶ τύπων, προσ-
βάλλοντες τῇ τῶν νοητῶν φύσει
καὶ τῷ τῆς ἀληθείας κάλλει· εἴ-

& dicere, *Vivo non amplius ego*: nunc verò appareat, an tollentes nostram crucem Jesum secuti simus? quod quidem factum fuerit, si *vivat in nobis Christus*. Si velimus animam nostrã servare, ut ipsam recipiamus meliorem animâ; martyrio perdamus illam. Si enim perdiderimus illam propter Christum, eam super ipsum rejicientes in morte propter illum *susceptâ*; veram salutem illi acquiremus. si verò contrarium *fiat*; audiemus, quòd nihil proficiat, qui universum hunc mundum sensibilem lucratus fuerit per propriam suam perditionem. Qui enim semel perdiderit animam suam, aut detrimentum ipsius passus fuerit; quamvis totum lucratus fuerit Mundum, non poterit illum dare in commutationem animæ perditæ. Cùm enim juxta imaginẽ Dei condita fuerit; pretiosior est omnibus. Unus solus potuit dare compensationem perditæ priùs animę nostræ; *scilicet*, *Qui emit nos pretioso suo sanguine.* Si igitur in Christo discendi *sitis* cupidi, & nunc jam illam, *per speculum*, *& in ænigmate* disciplinam supergredi conantes festinetis ad Vocantem, quantum *antea* nunquam; *tunc facie ad faciem* videbitis, velut Amici Patris cœlestis, nam Amici, in visione, & non *per ænigmata* discunt; sive nudâ sapientiâ vocum, & dictionum, & signornm & typorum; *sed* animum adjiciunt naturæ rerum intelligibilium, & elegantiæ veritatis. Siqui-

περ

„ περ τις λέγεται), ὅτι Παῦλος ἡρπάγη εἰς
„ τρίτον οὐρανὸν καὶ ἤκουσεν ἄρρητα ῥήματα,
ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι. ἀκολού-
l. εἴσεσθαι. θως * εἴσεσθε, ὅτι τῶν τότε Παύλῳ ἀποκα-
λυφθέντων ῥημάτων ἀρρήτων· μεθ'
ἃ καταβέβηκεν ἀπὸ τοῦ τρίτου οὐρανοῦ,
πλείονα καὶ μείζονα εὐθέως γνώσεσθε
μετὰ τὴν γνῶσιν. οὐ καταβησόμενοι, ἐὰν αἴ-
ροντες τὸν σταυρὸν ὀπίσω τοῦ Ἰησοῦ ἀκο-
„ λουθῆτε· ὃν ἔχομεν ἀρχιερέα μέγαν
„ διεληλυθότα τοὺς οὐρανούς· καὶ αὐτοὶ
οὐκ ἀφιστάμενοι τῶν ὀπίσω αὐτοῦ, διε-
λεύσεσθε τοὺς οὐρανούς· οὐ μόνον καὶ τὰ
περὶ γῆν μυστήρια ὑπερβαίνοντες, ἀλλὰ
καὶ οὐρανούς· καὶ τὰ περὶ αὐτῶν· ἔστι γὰρ ἐν τῷ
Θεῷ ἐναποτεθησαυρισμένα πολλῷ
μείζονα τούτων θεάματα, ἅτινα οὐδεμία
φύσις τῶν ἐν σώματι μὴ πρότερον ἀπ-
αλλαγεῖσα σώματος χωρῆσαι δύ-
ναται· πέπεισμαι γάρ, ὅτι ὧν εἶδεν ἥλιος καὶ
σελήνη καὶ ὁ τῶν ἀστέρων χορός· ἀλλὰ καὶ
ἀγγέλων ἁγίων, οὓς ἐποίησεν ὁ Θεὸς
πνεύματα καὶ πυρὸς φλόγα, πολλῷ
μείζονα ταμιεύεται καὶ τηρεῖ παρ' ἑαυ-
τῷ ὁ Θεός. ἵνα αὐτὰ φανερώσῃ, ὅταν
„ πᾶσα ἡ κτίσις ἐλευθερωθῇ ἀπὸ τῆς δου-
„ λείας τῆς φθορᾶς, εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς
„ δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ.

Σοὶ δέ, ἱερὲ Ἀμβρόσιε, ἐνιδόντι ἐξη-
τασμένως εὐαγγελικῇ φωνῇ, πάρε-
στιν ἰδεῖν, ὡς ἄρα τάχα ἢ οὐδεὶς τῶν πώ-
ποτε, ἢ πάνυ ὀλίγοι χύσεως μακαρι-
σμοῦ ἐπιτεύξονται ἐξαιρέτου τινος καὶ πλεί-
ονος· ἐν οἷς ἔσῃ καὶ σύ, εἰ τὸν
l. διαγων. ἀγῶνα ἀδιστάκτως * διανύσαιο. Τὰ δὲ
ῥήματα, οὕτως ἔχει· ὁ Πέτρος εἰ-
„ πέ ποτε τῷ Σωτῆρι· ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφή-

dem creditur, Paulum *in terti-* 2.Cor.12.4.
um cœlum fuisse raptum, & ineffa-
bilia verba audisse, quæ non licet ho-
mini effari: consequenter vide-
bitis, quòd verbis illis ineffabili-
bus tunc Paulo revelatis, post
quæ *ille* de tertio cœlo descendit,
plura & majora statim cognosce-
tis; post illam cognitionem non
descensuri; si tollentes crucem,
Jesum sequamini: quem *habemus* Hebr.4.14.
magnum Sacerdotem, qui cœlos tran-
siit: & vos, non discedentes ab ejus
sequacibus, transibitis cœlos: non
tantùm rerrestria mysteria super-
gressi, sed & cœlos, & cœlestia quæ-
que. Sunt enim in Deo, tanquã in
thesauro, multò his majora specta-
cula recondita; quæ nulla natura
corporea, nisi priùs corpore libera-
ta, capere potest. nã persuasus sum,
quod iis, quæ Sol aspexit & Lu-
na, & universus stellarum; imò
& sanctorum angelorum (quos
Deus, *Spiritus, & ignis flammam* Ps.104.4.
facit) Chorus, longè majora recon-
dita habet, & secum servat Deus;
ut ea patefaciat, quum *omnis crea-* Rom.21.
tura liberabitur à servitute corruptio-
nis in libertatem gloriæ filiorum Dei.

Tibi autem, sancte *Ambrosi*: ex-
quisitè perspicienti Evangelicam
vocem, videre licet: quomodo
ferè, vel nulli eorum, qui fuerunt,
vel certè pauci, cumulum excel-
lentis alicujus & majoris conse-
quantur beatitudinis; in quali
etiam tu eris, si certamen indubi-
tanter perfeceris. Verba autem sic
habent. *Petrus* aliquando ad Do-
minum dixit: *Ecce nos reli-* Matt. 19.27
χαμεν 28,29.

» καμεν πάντα καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι. τί
» ἄρα ἔσται ἡμῖν; ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς·
» δηλονότι τοῖς ἀποστόλοις· ἀμὴν λέγω ὑ-
» μῖν. ὅτι ὑμεῖς οἱ ἀκολουθήσαντές μοι ἐν
» τῇ παλιγγενεσίᾳ. ὅταν καθίσῃ ὁ Θεὸς
» ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καθήσεσθε καὶ
» αὐτοὶ ἐπὶ θρόνους δώδεκα, κρίνοντες τὰς
» δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ· καὶ πᾶς ὅσ-
» τις ἀφῆκεν ἀδελφοὺς· ἢ ἀδελφὰς·
» ἢ γονεῖς· ἢ τέκνα· ἢ ἀγροὺς· ἢ οἰκίας· ἕ-
» νεκεν τοῦ ὀνόματός μου, πολλαπλασίο-
» να λήψεται. καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομή-
l. τούτου. σει. *Τοῦ τούτου δὲ ἕνεκεν τῶν ῥητῶν, ηὐξά-
μην ἂν τοσαῦτα κτησάμενος ἐπὶ γῆς,
ὁπόσα ἔχεις, ἢ καὶ τούτων πλείονα, γε-
νέσθαι μάρτυς ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ· ἵνα
Marc. 10. 30 πολλαπλασίονα λάβω. ἢ ὡς ὁ Μάρ-
κος φησὶν, ἑκατονταπλασίνα. πολ-
λῷ πλείονά ἐστιν ὀλίγων ὁποῖα καταλεί-
ψομεν, ἐὰν ἐπὶ μαρτύριον κληθῶμεν·
ἑκατονταπλασιαζομένων· τούτου δὲ
ἕνεκεν εἰ μαρτυρῶ, ἐβουλόμην καὶ τέκνα
καταλιπεῖν μετὰ ἀγρῶν καὶ οἰκιῶν, ἵνα πα-
ρὰ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν
Eph. 3. 15. » Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐ-
» ρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται, πολλα-
πλασιόνων καὶ ἁγιωτέρων τέκνων χρη-
ματίσω πατὴρ· ἢ ἵν' ὡρισμένως εἴπω,
l. πλασιό- ἑκατοντα*πλασόνων.

Ἐὰν δέ τις· ὥσπερεὶ ζηλῶν χα-
ρίσματα τὰ μείζονα· καὶ μακαρί-
ζων πλουσίους μάρτυρας, καὶ πατέ-
ρας μάρτυρας ἑκατονταπλασίονα
l. -τας. γεννήσονται* τέκνα· καὶ ἑκατονταπλα-
σίονας ἀγροὺς καὶ οἰκίας ληψομένους·
ζητεῖ εἰ εὐλόγως ἐκεῖνοι παρὰ
τοὺς ἐν βίῳ πένητας μάρτυρας

quimus omnia, & secuti sumus Te: quid ergo erit nobis? Dixit Jesus illis, nimirum Apostolis: *Amen dico vobis, quòd Vos, qui me secuti estis, in illâ Regeneratione, cùm sederit Deus in throno gloriæ suæ, sedebitis & Vos super Thronos duodecim, judicantes duodecim tribus Israël.* |Et *omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut parentes, aut filios, aut agros, aut domus, propter Nomen meum; multò plura eis accipiet, & vitam æternam hæreditate consequetur.* Horum verborum causâ optârim ego, etsi tanta possiderem in his terris, quanta tu possides, aut his etiam plura; Martyr fieri in Christo Deo, ut multò plura recipiam; vel, sicut *Marcus* loquitur, *Centupla*: *quæ* multò plura sunt quàm pauca illa, quæ relinquemus, si ad martyrium vocemur, centuplo augenda. Quâ de re si martyrio afficiar, vellem & filios relinquere cum agris & ædibus, ut apud Deum & Patrem Domini nostri Jesu Christi, *à quo omnis familia in cælis & in terris denominatur*, longè plurium & sanctiorum filiorum nuncuper Pater; vel, ut definitè loquar, centuplorum.

Si quis verò, quasi zelo motus erga majora dona, & beatos judicans divites Martyres, & Patres martyres; quòd centuplos generaturi sint filios, & centuplos agros ac domos recepturi; quærat, An hac ratione illi, supra pauperes in hâc vitâ martyres,

πολυ-

πολυπλασιαζομένην ἔχουσι τὴν ἐν νοητοῖς κτῆσιν, λεκτέον πρὸς αὐτόν· ὅτι ὥσπερ οἱ βασάνους καὶ πόνους ὑπομείναντες· τῶν μὴ ἐν τούτοις ἐξητασμένων· λαμπροτέραν ἐπεδείξαντο τὴν ἐν τῷ μαρτυρίῳ ἀρετὴν, οὕτως οἱ πρὸς τὸ φιλοσωματεῖν καὶ φιλοζωεῖν καὶ τοὺς τοσούτους δεσμοὺς διακόψαντες καὶ διαρρήξαντες· μεγάλῃ τῇ πρὸς τὸν Θεὸν ἀγάπῃ χρησάμενοι· καὶ ἀληθῶς ἀνειληφότες τὸν
» ζῶντα τοῦ Θεοῦ λόγον, καὶ ἐνεργῆ, καὶ
» τομώτερον ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν
» δίστομον. δεδύνηνται τοὺς τοσούτους διακόψαντες δεσμούς· καὶ κατασκευάσαντες ἑαυτοῖς πτέρυγας ὥσπερ
f. αὐτὸς. * αὐτοὺς ἐπιστρέψαι εἰς τὸν οἶκον τοῦ προεστηκότος ἑαυτοῦ· ἄξιον οὖν ὥσπερ τοῖς μὴ ἐξετασθεῖσιν ἐν βασάνοις καὶ πόνοις· παραχωρεῖν πρωτείων· πρὸς
l. κύλοις. τοὺς ἐν ἀρθρεμβόλοις καὶ ποι*κίλοις στρεβλωτηρίοις· καὶ πυρὶ ἐπιδειξαμένους τὴν ὑπομονὴν, οὕτω καὶ ἡμῖν τοῖς πένησι· κἂν μαρτυρήσωμεν, ὁ λόγος ὑποβάλλει ἐξίστασθαι πρωτείων ὑμῖν· τοῖς, διὰ τὴν ἐν Χριστῷ πρὸς Θεὸν ἀγάπην, πατοῦσι τὴν ἀπατηλὴν δόξαν, καὶ τῶν πολλῶν καθικνουμένην· καὶ τὴν τοσαύτην κτῆσιν· καὶ τὴν πρὸς τέκνα φιλοστοργίαν.

Ἅμα δὲ καὶ τήρει τὸ σεμνὸν τῆς γραφῆς· πολυπλασιασμὸν καὶ ἑκατονταπλασιασμὸν ὑπισχνουμένης, ἀδελφῶν καὶ τέκνων καὶ γονέων καὶ ἀγρῶν καὶ οἰκιῶν. οὐ συγκατηρίθμηται δὲ τούτοις γυνή· οὐ γὰρ εἴρηται· πᾶς ὅστις ἀφῆκεν ἀδελφοὺς ἢ ἀδελφὰς· ἢ γονεῖς· ἢ τέκνα·

multiplicatam in intelligibilibus obtenturi sint possessionem? respondendum est illi: quòd, sicut qui tormenta & molestias sustinuére, supra eos, qui his examinati non fuerunt, illustriorem demonstrârunt in martyrio virtutem: ità qui nimium sui corporis & vitæ amorem aut similes validos laqueos discindunt & perrumpunt, magnum erga Deum amorem adhibentes, & reverà suscipientes *vivum illum Dei Sermonem, & efficacem, & omni gladio ancipiti acutiorem*; potentes facti sunt ad tanta vincula dirumpenda, & construendas sibi alas, ut ipsi revertantur in domum Principis sui. Par igitur est, sicut illi, qui examini tormentorum & molestiarum non fuêre subjecti, primas cedunt iis, qui suam constantiam in fidiculis, & variis tormentis, & igne demonstrârunt: ità nos pauperes, quamvis martyrium sustineamus, ratio suadet primas nos cedere vobis; qui vestrâ in Christo erga Deum dilectione fallacem gloriam, quæ multos pungit, & tantam possessionem, & amorem erga liberos, conculcatis.

Heb 4.12.

Observa etiam simul gravitatem Scripturæ; quæ multiplicationem & centuplicationem pollicetur, fratrum, & liberorum, & parentum, & agrorum & domorum: his autem non connumeratur Uxor. non enim dictum est: Omnis, qui deseruit fratres, aut sorores, aut parentes, aut liberos,

ἢ ἀγροὺς· ἢ οἰκίας· ἢ γυναῖκα· ἕνεκεν
τοῦ ὀνόματός μου· πολλαπλασίονα λή-
Matt.22.30 ψεται). ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει τῶν νεκρῶν, οὔτε
» γαμοῦσιν, οὔτε γαμίσκονται· ἀλλ᾽ εἰσὶν
» ὡς οἱ ἄγγελοι, οἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Ὅπερ τοίνυν εἶπεν Ἰησοῦς τῷ λαῷ
καθιστὰς αὐτοὺς ἐπὶ τὴν ἁγίαν γῆν,
f. λέγει. ταῦτα καὶ ἡμῖν ἄν, * λέγῃ νῦν ἡ γρα-
Jos. 34. 14. φή. ἔχει δὲ οὕτως ἡ λέξις· νῦν φοβή-
» θητε Κύριον καὶ λατρεύσατε αὐτῷ, ἐν
» εὐθύτητι καὶ ἐν δικαιοσύνῃ. ἐρεῖ δὲ ἡμῖν
ἀναπειθομένοις εἰδωλολατρεῖν, καὶ τὰ
ἑξῆς οὕτως ἔχοντα· περιέλεσθε τοὺς Θεοὺς
» τοὺς ἀλλοτρίους· οἷς ἐλάτρευσαν οἱ πα-
» τέρες ὑμῶν, ἐν τῷ πέραν τοῦ ποταμοῦ,
» καὶ ἐν Αἰγύπτῳ· καὶ λατρεύετε Κυρίῳ·
Κατ᾽ ἀρχὰς μὲν οὖν ὅτε κατηχεῖσθαι
ἐμέλλετε, εὐλόγως ἂν ὑμῖν εἴρητο· εἰ
Ibid.v.15. » δὲ μὴ ἀρέσκει ὑμῖν λατρεύειν Κυρίῳ·
» ἐκλέξασθε ὑμῖν, τίνι λατρεύσετε· εἴ-
» τε τοῖς Θεοῖς τῶν πατέρων ὑμῶν, τῶν ἐν τῷ
» πέραν τοῦ ποταμοῦ, εἴτε τοῖς Θεοῖς τῶν
» Ἀμορραίων. ἐν οἷς ὑμεῖς κατοικεῖτε
» ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ ἔλεγεν ἂν ὑμῖν ὁ κατη-
χῶν· ἐγὼ δὲ καὶ ἡ οἰκία μου λατρεύσομεν
Κυρίῳ. ὅτι ἅγιός ἐστι· νῦν δὲ ταῦτα, οὐκ
ἔχει χώραν ὑμῖν λέγεσθαι· τότε γὰρ εἴ-
Ib.v.16,17. πετε. μὴ γένοιτο ἡμῖν καταλιπεῖν Κύριον.
» ὥστε λατρεύειν Θεοῖς ἑτέροις· Κύριος
» ὁ Θεὸς ἡμῶν, αὐτὸς Θεός ἐστιν· ἀλλὰ καὶ
ἐν ταῖς περὶ Θεοσεβείας συνθήκαις, πά-
λαι τοῖς κατηχοῦσιν ὑμᾶς ἀπεκρίθη-
τε, τὸ καὶ ἡμεῖς λατρεύσομεν Κυρίῳ.
οὗτος γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐστιν· εἰ τοίνυν
ὁ παραβὰς τὰς πρὸς ἀνθρώπους συν-
θήκας ἄσπονδός τίς ἐστι καὶ σω-
τηρίας ἀλλότριος, τί λεκτέον,

aut agros, aut domus, aut mulierem, propter nomen meum; multiplicata recipiet: nam *in resurrectione mortuorum, neque nubunt, neque nuptui dantur: sed sunt instar Angelorum in cœlis.* i. cœlestium.

Quod igitur *Josua* dixerat populo, quum duxisset eos in terram sanctam: idem etiam nobis nunc dicat Scriptura. verba sic habent: *Nunc timete Dominum, & servite ei in æquitate & justitia.* Nobis autem ad cultum Idolorum persuasis dicet, quæ sic porrò sequuntur: *Auferte Deos alienos, quibus servierunt Patres vestri trans fluvium, & in Aegypto; & servite Domino.* Ab initio quidem, cùm prima rudimenta religionis disceretis, benè vobis dictum est: *Si verò vobis non placeat servire Domino; eligite vobis, cui servituri sitis; sive Diis Patrum vestrorum, qui trans fluvium erant; sive Diis Amorrhæorū, inter quos Vos habitatis in hac terrâ.* Sed diceret vobis [*Catechista*] Informator: *Ego verò & domus mea serviemus Domino; quia sanctus est.* Nunc autem ista locum non habent, ut vobis dicantur. Tum enim dicebatis: *Absit à nobis, ut relinquamus Dominum, quò serviamus Diis alienis.: Dominus Deus noster ipse Deus est.* Sed & in pactis Religionis, quondam Informatoribus vestris respondistis: *Et nos serviemus Domino; Ipse enim Deus noster est.* Si itaque, qui humana transgreditur fœdera, fœdifragus est & à salute alienus: quid dicen-

περὶ τῶν

περὶ τῶν, διὰ τῆς ἀρνήσεως ἀθετούντων,
ἃς ἔθεντο πρὸς Θεὸν συνθήκας· καὶ πά-
λιν δρομούντων ἐπὶ τὸν Σατανᾶν· ᾧ βα-
πτιζόμενοι ἀπετάξαντο; λεκτέον γὰρ
πρὸς τοὺς τοιούτους, τοὺς λελαλημένους
ὑπὸ τοῦ Ἠλεὶ λόγους, τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ·
» ἐὰν ἁμαρτάνων ἁμαρτάνῃ ἀνὴρ εἰς
» ἄνδρα, καὶ προσεύξονται περὶ αὐτοῦ· ἐὰν
1. -ξειτω. εἰς Κύριον ἁμάρτῃ, τίς προσεύξεται
» περὶ αὐτοῦ.

Μέγα θέατρον συγκροτεῖται ἐφ' ἡμῖν ἀγωνιζομένοις· καὶ ἐπὶ τὸ μαρτύριον καλουμένοις· ὡς εἰ τὸ τοιοῦτον ἐλέγομεν γίνεσθαι, ἐπί τινων νομιζομένων παραδόξων ἀγωνιστῶν· συναγωνιζομένων παραδόξων ἀγωνιστῶν· ἐπὶ τὴν θέαν τοῦ ἀγῶνος μυρίων ὅσων. καὶ οὐκ ἔλαττόν γε τοῦ Παύλου ἐρεῖτε, ὅταν
» ἀγωνίζησθε· θέατρον ἐγενήθημεν τῷ
» κόσμῳ· καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις. ὅλος
οὖν ὁ κόσμος καὶ πάντες οἱ ἄγγελοι· δεξιοὶ καὶ ἀριστεροὶ καὶ πάντες ἄνθρωποι· οἵ τε ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ μερίδος, καὶ οἱ ἀπὸ τῶν λοιπῶν, ἀκούσονται ἡμῶν ἀγωνιζομένων τὸν περὶ χριστιανισμοῦ ἀγῶνα· καὶ ἤτοι οἱ ἐν οὐρανοῖς ἄγγελοι ἐφ' ἡμῖν εὐ-
» φρανθήσονται· καὶ ποταμοὶ κροτήσουσι
» χειρὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ καὶ τὰ ὄρη ἀγαλλιά-
» σονται· καὶ πάντα τὰ ξύλα τοῦ πεδίου ἐπι-
» κροτήσει τοῖς κλάδοις, ἤ, ὃ μὴ εἴη, αἱ
κάτω δυνάμεις αἱ ἐπιχαιρεσίκακοι, εὐφρανθήσονται· οὐδὲν δὲ ἄτοπον ἰδεῖν ἐκ τῶν, τῷ Ἡσαΐᾳ γεγραμμένων, τὰ λεχθησόμενα ὑπὸ τῶν ἐν ᾅδου τοῖς νενικημένοις· καὶ ἀπὸ τοῦ οὐρανίου μαρτυρίου καταπεπτωκόσιν. ἵν' ἔτι φρίξωμεν, τὴν ἐν τῷ ἀρνεῖσθαι ἀσέβειαν. λεχθήσεσθαι γὰρ

de iis, qui per abnegationem irrita faciunt fœdera, cum Deo inita; & recurrunt ad Satanam, cui dum baptizarentur, renunciârunt? Enimverò ad hos tales dicendi sunt sermones, ab Eli ad filios suos prolati: *Si vir peccando peccaverit* 1.Reg.2.25.
in virum, poterunt homines pro illo deprecari: at, si quis in Dominum peccaverit, quis precabitur pro ipso?

Magnum theatrum congregatur super nobis certantibus, & ad martyrium vocatis: ac si diceremus, tale quid fieri de quibusdam, qui habentur pro admirandis certatoribus, infinitis aliis ad spectaculum certaminis concurrentibus. Certè non minùs quàm *Paulus* dicetis, cùm certaveritis, *Spe-* 1.Cor.4.9.
ctaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. Universus igitur mundus, omnesque Angeli, dextri & sinistri, & omnes homines, tùm qui à parte Dei sunt, tùm à *parte* reliquorum, audient; nos pro Christianismo certamen certâsse: & verò, aut Angeli in cœlis super nobis gaudebunt, *& fluvij pro-* Ps.97.9.
pterea manu plaudent, & montes exul- Es.51.12.
tabût, & omnes arbores campi applaudent ramis: aut, quod absit, infernæ potestates, quæ malis delectantur, lætabuntur. non enim absurdum *est*, intueri è scriptis Esajæ illa, quæ dicentur ab incolis inferni ad eos, qui victi fuerunt, & cœlesti martyrio exciderunt: (ut ampliùs horreamus illam abnegationis impietatem: puto enim

οἶμαι πρὸς τὸν ἀρνησάμενον, τοιαῦτα·
Es. 14. 9, 10. ὁ ᾅδης κάτωθεν ἐπικράνθη συναν-
» τήσας σοι· συνηγέρθησάν σοι πάντες
» οἱ γίγαντες οἱ ἄρξαντες τῆς γῆς· οἱ ἐγεί-
» ραντες ἐκ τῶν θρόνων αὐτῶν, πάντας
» βασιλεῖς ἐθνῶν. πάντες ἀποκριθή-
» σονται καὶ ἐροῦσί σοι. τίνα δὲ ἐροῦσιν αἱ νε-
νικημέναι δυνάμεις τοῖς νενικημέ-
νοις. καὶ οἱ ὑπὸ τοῦ διαβόλου ἑαλω-
κότες, τοῖς ἐν ἀρνήσει ἑαλωκόσι; καὶ
σὺ ἑάλως, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς· ἐὰν δὲ καὶ με-
γάλης τις ἐλπίδος τυγχάνων καὶ ἐν-
δόξου τῆς ἐν Θεῷ, ὑπὸ δειλίας ἢ πόνων
Vid. Not. προσταγομένων ἡττηθεὶς, *ἐν Θεῷ ἀκού-
Ibid. v. 11 » σεται, Κατέβη εἰς ᾅδου ἡ δόξα σου· ὑπο-
» κάτω σου στρώσουσι σῆψιν, καὶ τὸ κατά-
» λυμά σου σκώληξ· εἰ δὲ καὶ ἔλαμψέ τις
ἐν ταῖς ἐκκλησίαις πολλάκις, ὡς ὁ ἑω-
σφόρος ἐπιφαινόμενος αὐτοῖς· λαμψάν-
Matt. 5. 16. των αὐτοῦ τῶν καλῶν ἔργων ἔμπροσθεν
τῶν ἀνθρώπων· καὶ μετὰ ταῦτα τὸν μέγαν ἀ-
γῶνα ἀγωνιζόμενος τὸν στέφανον ἀπολώ-
Es. 4. 12. » λεκε τοῦ τοιούτου θρόνου, ἀκούσεται. πῶς
» ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ ἑωσφόρος, ὁ
» πρωῒ ἀνατέλλων; συνετρίβη ἐπὶ τὴν γῆν·
καὶ τοῦτο δὲ πρὸς αὐτὸν λεχθήσεται τῷ δια-
βόλῳ διὰ τῆς ἀρνήσεως ὡμοιωμένον. ῥι-
Ib. v. 19, 20. φήσεται ἐν τοῖς ὄρεσιν, ὡς νεκρὸς ἐβδε-
» λυγμένος μετὰ πολλῶν τεθνηκότων· ὃν τρό-
» πον ἱμάτιον ἐν αἵματι πεφυρμένον οὐκ
» ἔσται καθαρὸν, οὕτως οὐδὲ σὺ ἔσῃ καθα-
» ρός. πῶς γὰρ ἔσται καθαρὸς; αἵματι καὶ
φόνῳ τῷ βδελυκτῷ τῆς ἀρνήσεως πλαί-
σματι μεμιασμένος καὶ ἐμπεφυρμένος τη-
λικούτῳ κακῷ.

Προσέχωμεν, μή ποτε κἂν δισταγμὸς, περὶ τοῦ, πότερόν ποτε ἀρνη-

dictum iri ad abnegantem, ista:) *Infernus subter conturbatus est in occursum tui; congregati sunt tibi omnes gigantes, Principes terræ; qui excitârunt de soliis suis omnes Principes nationum. Universi respondebunt & dicent tibi.* Quid verò dicent, victæ illæ Potestates, victis; & capti à Diabolo, captis per abnegationem? *Et tu captus es, sicut & nos.* Etsi verò magnæ & gloriosæ in Deo spei quis esset; *tamen*, cùm à timiditate & molestiis admotis superatus fuerit, [à Deo] audiet: *Descendit ad inferos gloria tua; subter te sternetur putredo, & operimentum tuum erit vermis.* Si quis autem sæpius in Ecclesiis fulserit, instar Luciferi illis apparens; bonis ejus operibus coram hominibus splendentibus; & postea magnum certans certamen coronam perdiderit hujus throni; audiet: *Quomodo cecidit de cœlo Lucifer, qui manè oriebatur? contritus est in terram.* Hoc etiam dicetur ad ipsum, Diabolo per abnegationem assimilatum: *Projicientur in montibus, ut mortuus abominabilis, cum multis mortuis, sicut vestimentum in sanguine tinctum non erit purum: ità neque tu purus eris.* Qui enim purus esset, qui sanguine & cæde, *nempe* abominabili denegationis lapsu, pollutus, & fœdatus est tanto malo?

Caveamus, ne quando ulla dubitatio de hoc; utrum sit abnegan-

τέον,

τέον, ἢ ὁμολογητέον, γένηται ἐν ἡμῖν· ἵνα μὴ καὶ πρὸς ἡμᾶς ὁ τοῦ Ἠλίου λε-
» χθῇ λόγος, οὕτως ἔχων· ἕως πότε ὑ-
» μεῖς χωλανεῖτε ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς
» ἰγνύαις; εἰ ἔστι Κύριος ὁ Θεὸς, πορεύε-
» σθε ὀπίσω αὐτοῦ.

f. ἡμ- Εἰκὸς δὲ * ὑμᾶς, καὶ μυκτηρισθήσε-
σθαι ὑπό τινων καὶ ὀνειδισθήσεσθαι
f. ἡμ- ὑπὸ γειτόνων κυκλούντων * ὑμᾶς. καὶ
τὴν κεφαλὴν ὡς ἐπὶ ἀνοήτοις κινούντων
f. ὑμῖν. * ἡμῖν· ἀλλὰ τούτων συμβαινόντων,
» ἡμεῖς λέγωμεν πρὸς Θεόν· ἔθου ἡμᾶς
» ὄνειδος τοῖς γείτοσιν ἡμῶν· μυκτηρι-
» σμὸν καὶ χλευασμὸν τοῖς κύκλῳ ἡμῶν·
» ἔθου ἡμᾶς εἰς παραβολὴν ἐν τοῖς ἔθνε-
» σι, κίνησιν κεφαλῆς ἐν τοῖς λαοῖς· ὅ-
» λην τὴν ἡμέραν ἡ ἐντροπή μου κατ'
» ἐναντίον μού ἐστι. καὶ ἡ αἰσχύνη τοῦ
» προσώπου μου ἐκάλυψέ με ἀπὸ φω-
» νῆς ὀνειδίζοντος καὶ καταλαλοῦντος, ἀπὸ
» προσώπου ἐχθροῦ καὶ ἐκδιώκοντος.
ἀλλὰ πρὸς ταῦτα, δεῖ τὴν μετὰ παῤῥησίας
τοῦ προφήτου ἐπιφερομένην φωνὴν,
» εἰπεῖν τῷ Θεῷ· Ταῦτα πάντα ἦλθεν
» ἐφ' ἡμᾶς, καὶ οὐκ ἐπελαθόμεθά σου· καὶ
» οὐκ ἠδικήσαμεν ἐν διαθήκῃ σου. καὶ οὐκ
» ἀπέστη εἰς τὰ ὀπίσω ἡ καρδία ἡμῶν.

Μνημονεύωμεν, ὅτι ἐν τῷ βίῳ τού-
τῳ τυγχάνοντες· καὶ νοοῦντες τὰς ἔξω
» τοῦ βίου ὁδοὺς, τῷ Θεῷ φαμεν· ὅτι ἐξέ-
» κλινας τὰς τρίβους ἡμῶν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ
σου. ἀναμιμνήσκεσθαι δεῖ, ὅτι τόπος
κακώσεώς ἐστι τῆς ψυχῆς τὸ χωρίον τοῦτο·
ἐν ᾧ ταπεινούμεθα· ἵν' εὐχόμενοι λέ-
» γωμεν, ὅτι ἐταπείνωσας ἡμᾶς ἐν τό-
» πῳ κακώσεως· καὶ ἐπεκάλυψεν ἡμᾶς
» σκιὰ θανάτου. θαῤῥοῦντες δὲ λέγωμεν,

dum, vel confitendum? in nobis oriatur: ne etiam in nos quadrent Eliæ verba, quæ sic habent: *Quam diu claudicabitis in utroque poplite? si Dominus sit Deus, sequimini illum.* 3. Reg. 18. 21.

Verisimile verò est, Vos à quibusdam etiam ludibrio habitum iri, & opprobrio afficiendos à vicinis, vos cingentibus, & caput super vos tanquam stolidos moturis. Sed quum ista contigerint, dicemus ad Deum: *Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subsannationem & derisum his, qui sunt in circuitu nostro. Posuisti nos in similitudinem gentibus; commotionem capitis in populis. Totam diem verecundia mea contra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me, à voce exprobrantis & obloquentis, à facie inimici & persequentis.* Sed verò ad ista oportet illud, liberè à Prophetâ prolatum dictum, referre Deo: *Hæc omnia obvenerunt nobis, nec obliti sumus tui: & non iniquè egimus in fœdere tuo: & non recessit retrò cor nostrum.*

Ps. 21. 7. al-lus. v. 17.
Ps. 43. 13, 14, 15, 16.
Ib. v. 18.

Meminerimus, quòd dum in hac vitâ sumus, animadvertentes vias extra vitam, Deo dicamus: *Avertisti vias nostras à semitâ tuâ.* Ibid.
Recordari oportet, quòd locus afflictionis animæ sit Terra ista, in quâ humiliamur, ut precando dicamus: *Humiliâsti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos umbra mortis.* Ibid. v. 19.
Confisi autem dicamus,

Ib. v.20,21. καὶ τὸ, εἰ ἐπελαθόμεθα τοῦ ὀνόματος
» τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· καὶ εἰ διεπετάσαμεν χεῖ-
» ρας ἡμῶν πρὸς Θεὸν ἀλλότριον· οὐχὶ
» ὁ Θεὸς ἐκζητήσει ταῦτα;

Μὴ τὸ ἐν φανερῷ δαιμόνων μαρ-
τύριον· ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν κρυπτῷ, τε-
l. ἀγωνισ- λείως ἀναλαβεῖν* ἀγωνισώμεθα· ἵνα
καὶ αὐτοὶ ἀποστολικῶς φθεγξώμεθα,
2.Cor.1.12. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ καύχημα ἡμῶν· τὸ
» μαρτύριον τῆς συνειδήσεως· ὅτι ἐν ἁγιό-
» τητι καὶ εἰλικρινείᾳ Θεοῦ ἀνεστράφη-
» μεν ἐν τῷ κόσμῳ. Συνάψωμεν δὲ τῷ
Ps.43.21. Ἀποστολικῷ, τὸ προφητικόν· τὸ, αὐτὸς γὰρ
» γινώσκει τὰ κρύφια τῆς καρδίας, καὶ μά-
λιστα, ἐὰν τὸ ἐπὶ θανάτῳ ἀπαγώμε-
f. τότε. θα· *ὅτε φήσομεν, τὸ ὑπὸ μόνων μαρ-
Ib.v.22. » τύρων λεγόμενον τῷ Θεῷ, ὅτι ἕνεκά σου
» θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν· ἐλογί-
» σθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς. ἐὰν δέ
ποτε ἀπὸ τοῦ φρονήματος τῆς σαρκὸς ὑ-
ποβάλληται ἡμῖν φόβος· τῶν ἀπειλούν-
των ἡμῖν θάνατον δικαστῶν, τότε εἴπω-
Prov.7.2. » μεν αὐτοῖς τὸ ἀπὸ τῶν παροιμιῶν· Υἱὲ,
» τίμα τὸν Κύριον, καὶ ἰσχύσεις· πλὴν δὲ
» αὐτοῦ, μὴ φοβοῦ ἄλλον.

Καὶ τοῦτο δὲ πρὸς τὰ προκείμενά
ἐστι χρήσιμον· φησὶ ἐν τῷ Ἐκκλησια-
Eccles.4.2. στῇ Σολομών· ἐπῄνεσα ἐγὼ πάντας
» τοὺς τεθνηκότας ὑπὲρ τοὺς ζῶντας, ὅσοι
» αὐτοὶ ζῶσιν ἕως τοῦ νῦν. Τίς δ᾽ ἂν οὕτως
εὐλόγως ἐπαινοῖτο τεθνηκὼς, ὡς ὁ αὐ-
τοπροαιρέτως τὸν θάνατον ὑπὲρ εὐσεβεί-
ας ἀναδεξάμενος, ὁποῖος ἦν Ἐλεά-
2.Maccab.6 ζαρος. τὸν μετ᾽ εὐκλείας θάνατον μᾶλ-
λον, ἢ τὸν μετὰ μύσους βίον ἀναδεξάμε-
νος· καὶ αὐτοπροαιρέτως ἐπὶ τὸ
τύμπανον προάγων· ὅστις λογισμὸν

& hoc : *Si obliti essemus Nominis Dei nostri, & si expandissemus manus nostras ad Deum alienum: non'ne Deus requireret ista?*

Non *solùm* quod fit in publico à dæmonibus martyriũ, sed & quod in occulto, perfectè suscipere contendamus: ut etiã cũ Apostolo exclamare possimus: *Hæc enim gloria nostra est; martyrium conscientiæ, quòd in sanctitate & sinceritate Dei conversati sumus in hoc Mundo.* Adjungamus autem Apostolico dicto illud Propheticum : *Ipse verò novit abscondita cordis*, & maximè, si quando ad mortem abducamur; tunc dicemus, quod à solis martyribus Deo dictum est : *Quoniam propter Te mortificamur totam diem; æstimati sumus sicut oves mactationis.* Si verò aliquando à sensu carnis metus nobis injiciatur, judicibus mortem nobis comminantibus; tum dicemus eis ex Proverbiis: *Fili, honora Dominum, & valebis: at præter eum, ne timeas alium.*

Etiam hoc adversus imminentia est utile. In Ecclesiaste inquit Salomon : *Laudavi ego magis cunctos mortuos, quàm viventes, ex omnibus, qui vixêre hucusque.* Quis verò tam meritò laudaretur mortuus, quàm qui sponte mortem pro pietate adiit? qualis erat *Eleazarus*, quum mortem cum gloriâ potiùs quàm vitam sceleratam suscepit, & suâ sponte ad tormentum prodiit: qui, *egregiâ*

ἀστεῖον

» ἀστεῖον ἀναλαβὼν, ἄξιον τῆς ἐνενηκον-
» ταετοῦς αὐτοῦ ἡλικίας, καὶ τοῦ γήρως
» ὑπεροχῆς, καὶ τῆς ἐπιφανοῦς πολιᾶς. καὶ
» τῆς ἐκ παιδὸς καλλίστης ἀναστροφῆς.
» μᾶλλον δὲ τῆς ἁγίας καὶ θεοκτίστου νομοθε-
» σίας, εἶπεν· οὐ γὰρ ἔστι τῆς ἡμετέρας ἡλι-
» κίας ἄξιον. ὑποκριθῆναι· ἵνα πολλοὶ τῶν
» νέων ὑπολαμβάνοντες Ἐλεάζαρον τὸν
» ἐνενηκονταετῆ· μεταβεβληκέναι εἰς
» ἀλλοφυλισμόν· καὶ αὐτοὶ διὰ τὴν ἐμὴν
» ὑπόκρισιν· καὶ διὰ τὸ μικρὸν καὶ ἀκα-
» ριαῖον ζῆν, πλανηθῶσι δι' ἐμέ. καὶ μύσος,
» καὶ κηλῖδα τοῦ γήρως κατακτήσομαι· εἰ
» γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐκφύγω τὴν ἐξ
» ἀνθρώπων τιμωρίαν· ἀλλὰ τὰς τοῦ παν-
» τοκράτορος χεῖρας, οὔτε ζῶν, οὔτε θανὼν
» φεύξομαι. διόπερ ἀνδρείως νῦν μεταλ-
» λάξας τὸν βίον· τοῦ μὲν γήρως ἄξιος
» φανήσομαι· τοῖς δὲ νέοις, ὑπόδειγμα
l. πρός. γενναῖον καταλελοι* πὼς εἰς τὸ προθύμως
» καὶ γενναίως ὑπὲρ τῶν σεμνῶν καὶ ἁ-
» γίων νόμων ἀπευθανατίζειν· δέχομαι δὲ
ὑμᾶς, παρὰ ταῖς θύραις τοῦ θανάτου
μᾶλλον δὲ τῆς ἐλευθερίας γινομένους.
μάλιστα εἰ πόνοι προσάγοιντο· εἰπεῖν
» τῷ Κυρίῳ, τῷ τὴν ἁγίαν γνῶσιν ἔχον-
» τι· φανερόν ἐστιν, ὅτι δυνάμενος
» ἀπολυθῆναι τοῦ θανάτου, σκληρὰς ὑ-
» ποφέρω κατὰ σῶμα ἀλγηδόνας μαστι-
» γούμενος· κατὰ ψυχὴν δὲ ἡδέως διὰ
» τὸν αὐτοῦ φόβον ταῦτα πάσχω. τοιοῦ-
l. ἐλεα-ζάρου. τος δὴ ὁ θάνατος * ἐλιεζέρου ἦν. ὡς
οὐ μόνον τοῖς νέοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς
f. πλεί-στοις. * πλάστοις τοῦ ἔθνους τὸν ἑαυτοῦ θάνα-
τον, γενναιότητος ὑπόδειγμα καὶ
μνημόσυνον ἀρετῆς καταλέλοιπε.

consideratione secum repetens, quid dignum esset ætate suâ nonagenariâ, & *senectutis suæ eminentiâ, & illustri canitie, & optimâ inde à pueritiâ educatione, maximè verò sanctâ & à Deo conditâ Lege*, dixit: *Non est ætate hac nostrâ dignum simulare; quò multi adolescentes, suspicantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum, & ipsi propter meam simulationem, & propter modicum & exiguum vitæ tempus, decipiantur propter me: & execrationem atque maculam senectuti acquiram. nam etsi præsenti tempore supplicia hominum effugiam: attamen manus Omnipotentis, nec vivus, nec defunctus, effugiam. Quamobrem fortiter hanc vitam permutans, istâ quidem senectute dignus apparebo; adolescentibus autem exemplum forte relinquam, ut promto animo ac fortiter pro reverendis & sanctis Legibus mortem pulcrè oppetant.* O-pro autem, vos, dum apud januas mortis, imò potiùs libertatis, constituti estis, maximè si tormenta producantur; *dicere*: Ibid.
Domino, qui sanctam cognitionem habet, manifestum est; quod cùm à morte liberari possim, duros sustineo in corpore dolores casus: at verò secundùm animam libenter hac, propter timorem ejus, patior. Pater certè mors erat *Eleazari*: qui non tantùm adolescentibus, sed & plurimis suæ gentis, mortem suam in exemplum generositatis, & memoriale virtutis, reliquit.

Καὶ οἱ

Καὶ οἱ ἑπτὰ δὲ ἐν τοῖς Μακκα-
βαϊκοῖς ἀναγραφέντες ἀδελφοί,
οὓς μάστιξι καὶ νεύροις ᾐκίσατο Ἀν-
τίοχος· ἐμμείναντες τῇ θεοσεβείᾳ,
δυνήσονται παράδειγμα κάλλιστον εἶ-
ναι, ῥωμαλέου μαρτυρίου. παντὶ λο-
γισαμένῳ ἄν, οὐκ εἰ μέλλει παιδαρίων
εἶναι ἐλάττων· οὐ καθ' ἕνα μόνον βα-
σάνους ὑπομεινάντων. ἀλλὰ καὶ τῷ,
τὴν αἰκίαν τῶν ἀδελφῶν τεθεωρη-
κέναι, παράστημα εὔτονον εὐσεβείας
ἐπιδειξαμένων· ἀφ' ὧν εἷς γενόμε-
νος, ὡς ἡ γραφὴ ὠνόμασε, πρῶ-
2.Macc.7. » τος, εἶπε πρὸς τὸν τύραννον· Τί μέλ-
» λεις ἐρωτᾶν καὶ μανθάνειν; ἕτοιμοι γὰρ
» ἀποθνήσκειν ἐσμέν, ἢ παραβαίνειν τοὺς
l. δεῖ. πατρίους νόμους· τί γὰρ* δεῖ λέγειν ὁποῖα
ὑπέμειναν τηγάνων καὶ λεβήτων
ἐκπυρουμένων· ἵνα ἐν αὐτοῖς βασανι-
σθῶσι· προπαθόντες ἕκαστος διά-
φορα. ὁ γὰρ ὀνομασθεὶς αὐτοῦ πρῶτος,
l. αὐτῶ. ἐγλωσσοτομήθη πρῶτον· *εἰ περιε-
l. -σκυτί- *σκυθίσθη τὴν κεφαλήν. καὶ οὕτως
l. -σκυλ- ἤνεγκε τὸν περὶ* σκυθισμόν, ὡς ἄλλοι
τὴν διὰ τὸν θεῖον Νόμον περιτομήν· νο-
μίζων καὶ ἐν τούτῳ πληροῦν λόγον
διαθήκης Θεοῦ· καὶ οὐκ ἀρκεσθείς γε
τούτων ὁ Ἀντίοχος, ἠκρωτηρίασεν
αὐτόν· τῶν λοιπῶν ἀδελφῶν καὶ
l. θέᾳ. τῆς μητρὸς συνορώντων· τῇ* θέ, κο-
λάζων τοὺς ἀδελφοὺς καὶ τὴν μη-
τέρα· καὶ οἰόμενος τὴν πρόθε-
σιν αὐτῶν, διὰ τῶν οὕτως νομιζο-
μένων φοβερῶν, κινήσειν· οὕτως
δὴ ὁ Ἀντίοχος τούτοις μὴ ἀρ-
l. ἄχρηστ- κεσθείς, * ἄχρηστον ὡς πρὸς τὴν

Porrò, non solum *venit*, *ut gladium mitteret super terram*; sed etiam *ignem*: de quo inquit, *vellem ut jam accenderetur*. Incendatur igitur hic ignis etiam in Vobis, quod consumat omnes terrenas, & vitæ corporalis tuendæ cogitationes vestras: & *Baptismo*, quô Jesus tantoperè *constringebatur*, *usque quò consummaretur*, cum omni animi promptitudine baptizamini. Et Tu quidem, qui uxorem, & liberos, & fratres, & sorores habes, recordare illius dicti: *Si quis venit ad me, neque odio habeat Patrem, & matrem, & uxorem, & liberos, & fratres, & sorores*; *non poterit meus esse Discipulus*. utrique verò *memores estote* illius: *Si quis venit ad me, &* præter illa priora, insuper *Animam suam odio non habet*; *non poterit meus esse Discipulus*. Sic autem Animam vestram odio habete, tanquam per hoc odium, ad vitam æternam eam custodiatis. Nam, inquit, *qui odio habuerit animam suam, ad vitam æternam custodit eam*. Itaque Animam propter vitam æternam odio habete; per-

μενοι,

μενοι, ὅτι καλὸν καὶ ὠφέλιμον μῖ-
σος, διδάσκει μισεῖν ὁ Ἰησοῦς· ὥσ-
περ δὲ ὑπὲρ τοῦ φυλαχθῆναι εἰς
ζωὴν αἰώνιον τὴν ψυχὴν μισητέον
ἡμῖν ἐστιν αὐτήν, οὕτω γυναῖκα καὶ
τέκνα· καὶ ἀδελφοὺς καὶ ἀδελφὰς
μίσησον ὁ ἔχων ταῦτα· ἵν' ὠφελήσῃς
τοὺς μισουμένους, δι' αὐτοῦ τοῦ μεμιση-
κέναι παρρησίαν ἀναλαμβάνων πρὸς
τὸ εὐεργετεῖν αὐτοὺς· φίλος γενόμενος Θεοῦ.

Ἅμα δὲ καὶ ὑπομιμνήσκου, τοῦ δε-
ξαμένου ἐν πνεύματι, περὶ τέκνων
μαρτύρων· διὰ τὴν πρὸς Θεὸν ἀγάπην
αὐτῶν καταλελειμμένων· καὶ φήσαντος,
» περιποίησαι τοὺς υἱοὺς τῶν τεθανατωμέ-
» νων· μόνον δὲ ἴσθι, ὅτι οὐ τὰ τέκνα τῆς
» σαρκὸς. ταῦτα τέκνα Θεοῦ· καὶ ὅτι ὥς-
» περ λέγεται τοῖς ἐκ σπέρματος Ἀ-
βραὰμ τότε· οἶδα ὅτι σπέρμα Ἀβρα-
άμ ἐστε, καὶ τό, εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ
ἦτε· τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε,
οὕτω καὶ τοῖς τέκνοις σου λεχθήσεται. οἶ-
» δα ὅτι σπέρμα Ἀμβροσίου ἐστέ· καὶ τό,
» εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα
» τοῦ Ἀβραάμ ἐποιεῖτε, οὕτω καὶ τοῖς
» τέκνοις σου λεχθήσεται. οἶδα ὅτι σπέρ-
μα Ἀμβροσίου ἐστέ· καὶ τό, εἰ τέκνα
τοῦ Ἀμβροσίου ἐστέ, καὶ ἔργα τοῦ Ἀμ-
βροσίου ποιεῖτε· καὶ τάχα ποιήσουσι
πλείω ὠφελοῦντος σου αὐτοὺς μετὰ τὴν τοι-
αύτην ἔξοδον, ἢ εἰ παρέμενες αὐτοῖς·
τότε γὰρ καὶ ἐπιστημονικώτερον αὐτὰ
ἀγαπήσεις καὶ συνετώτερον περὶ αὐτῶν εὔ-
ξῃ, ἐὰν μάθῃς ὅτι τέκνα σου ἐστὶ, καὶ οὐ
σπέρμα μόνον· ἀλλὰ στόμα νῦν ἔχε, τό, ὁ
» φιλῶν υἱὸν ἢ θυγατέρα ὑπὲρ ἐμέ, οὐκ ἔστι
» μου ἄξιος· καὶ τὸ, ὁ εὑρὼν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ,

suasi, quòd pulcrum & utile *sit* odium, quò Christus odisse docet. Sicut autem Anima odio est habenda, ut custodiatur ad vitam æternam: ità uxores, & liberos, & fratres, & sorores odisse memento, qui habes ista; ut eô ipsô, quòd oderis, ipsis odiosis prosis; assumtâ fiduciâ illis benè faciendi, dum Deo factus es amicus.

Simul verò etiam recordare illius, qui in spiritu precabatur pro liberis martyrum, propter amorem erga Deum derelictis; & dicebat: *Serva filios morte affecto-* Ps. 78. 12.
rum. Saltem scias: Non, *Qui filij* Rom. 9. 8.
carnis sunt, *hos* pariter esse *filios Dei.* & sicut tunc ex semine *Abrahami* progenitis dicebatur, *Novi quòd* Joh. 8. 37. & 39.
semen Abrahæ sitis: itemque, *Si filij Abrahami essetis, opera Abrahami faceretis*: ita & filiis tuis dictû iri; Novi quòd semen *Ambrosii* sitis: &, si filii *Ambrosii* estis, etiam opera *Ambrosii* facite. ac forsitan facient; te, post talem * exitum plus illos ju- i. *Obitum per Martyrium.*
vante, quàm si mansisses apud illos. tunc enim & longè perfectiore scientiâ illos amabis, & prudentiùs pro illis orabis, quum diceris, quòd filii tui *reverâ* sint, & non solùm Semen. In ore nunc ferto illud: *Qui diligit filium aut* Matt. 10. 37.
filiam præ me, non est me dignus: Et illud: *Qui invenit animam suam,* Ibid. v. 39.

„ ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὁ ἀπολέσας τὴν
„ ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει
„ αὐτήν.

Τόπον διὰ τὴν εἰς τὸ μαρτύριον προ-
Matt.10.20. θυμίας δότε, τῷ τοῦ Πατρὸς ὑμῶν
πνεύματι λαλοῦντι τοῖς διὰ θεοσέβειαν
παραδοθεῖσιν· ἐὰν εἰδῆτε ἑαυτοὺς μισου-
μένους· καὶ βδελυκτοὺς καὶ ἀσεβεῖς εἶ-
ναι νομιζομένους, τότε ἀναλάβετε τὸ,
Joh.15.19. διὰ τοῦτο ὁ κόσμος ὑμᾶς μισεῖ, ὅτι
„ οὐκ ἐστὲ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου· εἰ γὰρ ἦτε
1. κόσμος. „ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου, ὁ *κόσμος ἂν, τὸ
„ ἴδιον ἐφίλει· πολλοὺς ὀνειδισμοὺς διὰ
Χριστὸν καὶ πολλοὺς κινδύνους· ἐξ οὗ πε-
πιστεύκατε, ὑπομείναντες, ἕως τέλους
Matt.24.13 ἐν τῷ ὑπομένειν προκόψατε· ὅτι, ὁ
„ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται.
1.Pet.1.6,7. ἴστε ὅτι, κατὰ τὸν Πέτρον, ἀγαλλιάσεσθε
„ ὀλίγον ἄρτι· εἰ δέον ἐστὶ λυπηθέντες ἐν
1. δοκίμ- „ ποικίλοις πειρασμοῖς· ἵνα τὸ *δοκίμιον
ἡμῶν τῆς πίστεως, πολυτιμιώτερον χρυ-
σίου τοῦ ἀπολλυμένου καὶ διὰ πυρὸς
δεδοκιμασμένον, εὑρεθῇ εἰς ἔπαινον καὶ
δόξαν καὶ τιμὴν ἐν ἀποκαλύψει
Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἀλλὰ τὸ, λυπηθέντες·
αὐτὶ τοῦ, πονέσαντες, ἀκούσατε· ὡς δῆ-
Gen.3.16.„ λον καὶ ἐκ τοῦ, ἐν λύπαις τέξῃ τέ-
κνα· οὐ γὰρ πάντως ἐν λύπῃ τῷ πάθει
τίκτει γυνή, ἀλλὰ ἐν πόνῳ.

1.Joh.2.15, Μὴ ἀγαπᾶτε γάρ, φησι, τὸν κόσμον·
16,17. „ μηδὲ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ· ἐάν τις ἀγαπᾷ
„ τὸν κόσμον, οὐκ ἔστιν ἡ ἀγάπη τοῦ Πα-
„ τρὸς ἐν αὐτῷ. ὅτι πᾶν τὸ ἐν τῷ κόσμῳ·
„ ἡ ἐπιθυμία τῆς σαρκὸς, καὶ ἡ ἐπιθυ-
„ μία τῶν ὀφθαλμῶν· καὶ ἡ ἀλαζο-
„ νεία τοῦ βίου, οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Πα-
„ τρός· ἀλλ' ἐκ τοῦ κόσμου ἐστί. Καὶ ὁ

perdet illam : & qui animam suam perdet propter me, inveniet illam.

Per alacritatem ad martyrium, locum concedite *Spiritui Patris vestri*, qui traditis propter Pietatem loquitur: si videritis, vos odio esse, & execrabiles ac impios reputari; tunc assumite illud : *Propterea Mundus vos odio habet, quia non estis ex hoc Mundo : si enim essetis ex hoc Mundo, Mundus, quod suum est, amaret.* Cùm igitur, ex quo credere incepistis, multa opprobria propter Christum & multa pericula toleraveritis; in hac tolerantiâ usque ad finem pergite. nam, *Qui toleraverit usque ad finem, servabitur.* Scitote: quod, secundùm Petrum, *exsultaturi sitis, modicùm nunc (si opus est) in variis tentationibus tristitiâ affecti; ut exploratio fidei vestræ, multo pretiosior aurô (quod perit, & per ignem probatur) inveniatur, ad laudem & gloriam & honorem, in revelatione Jesu Christi.* Sed illud *tristitiâ affecti*, pro *dolore laborantes*, intelligite. ut quoq; patet ex illo: *in tristitiâ paries liberos*: non enim in *tristitiâ*, quæ passio est; sed omninò, in labore ac dolore, parit fœmina.

Nam, inquit, *Ne diligite Mundum, vel quæ in Mundo sunt. si quis diligat Mundum, dilectio Patris non est in eo : quia, omne quod in Mundo est, cupiditas carnis, & cupiditas oculorum, & jactantia vitæ, non est ex Patre, sed ex Mundo : Mundus au-*

κόσμος

κόσμος παράγεται καὶ ἡ ἐπιθυμία· μὴ οὖν ἀγαπᾶτε τὰ παραγόμενα· ἀλλὰ ποιοῦντες τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, ἄξιοι γίνεσθε, τοῦ ἓν γενέσθαι ἅμα υἱῷ καὶ Πατρὶ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος *εὐχὴν λέγοντος· ὡς ἐγὼ καὶ σὺ ἓν ἐσμεν, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ὦσι. πόσας δὲ καὶ ἡμέρας ἐστὶν κερδῆσαι, ἀγαπήσαντα τὸν κόσμον, ἢ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ· καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ζημιούμενον ἢ ἀπολλύντα· καὶ περιφέροντα συνειδὸς βαρούμενον ὑπὲρ φορτίον βαρὺ, καὶ ὑπὸ τῆς ἀρνήσεως πτώματος; ὑπομνησθῶμεν ἕκαστος, ὁσάκις ἀποθανεῖν τὸν κοινὸν θάνατον ἐκινδύνευσε· καὶ λογισώμεθα, μήποτε διὰ τοῦτο ἐτηρήθημεν· ἵνα βαπτισάμενοι τῷ ἑαυτῶν αἵματι· καὶ ἀπολουσάμενοι πᾶσαν ἁμαρτίαν, παρὰ τῷ ἐν οὐρανοῖς θυσιαστηρίῳ τὰς διατριβὰς, μετὰ τῶν συναγωνισαμένων ποιησώμεθα.

*l. εὐχὴν

Εἰ δέ τις ἐνδοὺς ἀπὸ πολλῆς φιλοζωΐας· ἢ τῆς πρὸς τοὺς πόνους μαλακίας. ἢ τῶν νομιζομένων πιθανῶς προσάγεσθαι. ὑπὸ τῶν ἀναπειθόντων ἡμᾶς ἐπὶ τὰ χείρονα· ἀρνήσαιτο μὲν τὸ, εἶναι ἕνα Θεὸν· καὶ τὸν Χριστὸν αὐτοῦ· ὁμολογήσαι δὲ δαιμόνια ἢ τυχάς· ἴστω ὅτι οὗτος, ἑτοιμάζων τῷ δαίμονι τράπεζαν. καὶ πληρῶν τῇ τύχῃ κέρασμα, ἐγκατέλιπε Κύριον· καὶ ἐπιλανθανόμενος τοὺς ὅρους τοῦ ἁγίου αὐτοῦ, τούτοις τοῖς ἐλέγχοις ὑπόκειται, ὡς Ἡσαΐας τοῦτον τὸν τρόπον ἀνέγραψε· ὑμεῖς δὲ οἱ ἐγκαταλιπόντες με· καὶ ἐπιλανθανόμενοι τὸ ὄρος

tem cum cupiditate suâ præterit. Ne igitur diligite, quæ prætereunt: sed, faciendo Voluntatem Dei, digni estote, ut unum fiatis simul cum Patre & Filio & Spiritu Sancto: secundùm Servatoris votum, dicentis: *Sicut Ego & Tu sumus unum, ut & illi in nobis unum sint.* Joh. 17. 21. & 22.
Quot verò etiam dies lucrabitur, qui Mundum & mundana dilexerit; *si interim* & animæ suæ damnum patiatur, eamque perdat; & conscientiam, (præter onus *peccatorum* gravissimum,) insuper etiam abnegationis lapsu gravatam, circumferat? Recordemur singuli, quoties in periculo fuerimus moriendi morte communi: & cogitemus, Nũquid forsan propterea servati fuerimus, ut baptizati nostro sanguine, & abluti ab omni peccato, apud *altare in cælis* commoremur cum illis, qui similiter certaverunt. Apoc. 6. 9.

Quòd si verò quis nimio vitæ amore, aut infirmitate ad *sufferendos* dolores succumbens; aut *victus ab iis*, quę censentur persuasibiliter nos deducere in *sententiam eorum*, qui ad pejora nos sollicitant; sive negaverit, Unum esse Deum & Christum ejus; sive confessus fuerit Dæmonia vel Fortunam: *is* certò sciat, quòd Dæmoni mensam parando, & Fortunæ libationes implendo, dereliquit Dominum: & Præceptorum Sancti ejus oblitus, subjicietur hisce increpationibus, quas *Esajas* hunc in modum descripsit: *Vos autem qui dereliquistis Me, & obliti estis Montis* Esai. 56. 11, 12, 13, 14, 15.

» τὸ ἅγιόν μου· καὶ ἑτοιμάζοντες τῷ δαί-
» μονι τράπεζαν· καὶ πληροῦντες τῇ τύ-
» χῃ κέρασμα, ἐγὼ παραδώσω ὑμᾶς
» εἰς μάχαιραν· πάντες ἐν σφαγῇ πε-
» σεῖσθε· ὅτι ἐκάλεσα ὑμᾶς, καὶ οὐχ
» ὑπηκούσατε· ἐλάλησα, καὶ παρηκού-
» σατε· καὶ ἐποιήσατε τὸ πονηρὸν ἐναν-
» τίον μου· καὶ ἃ οὐκ ἐβουλόμην ἐξελέ-
» ξασθε· διὰ τοῦτο, τάδε λέγει Κύριος·
» ἰδοὺ οἱ δουλεύοντές μοι φάγονται· ὑμεῖς
» δὲ πεινάσετε· ἰδοὺ οἱ δουλεύοντές μοι εὐ-
» φρανθήσονται· ὑμεῖς δὲ αἰσχυνθήσεσθε·
» ἰδοὺ οἱ δουλεύοντές μοι ἀγαλλιάσονται
» ἐν εὐφροσύνῃ· ὑμεῖς δὲ κεκράξεσθε
» διὰ τὸν πόνον τῆς καρδίας· καὶ ἀπὸ συν-
» τριβῆς πνεύματος ὀλολύξετε· καταλεί-
» ψετε γὰρ τὸ ὄνομά μου εἰς πλησμονὴν
» τοῖς ἐκλεκτοῖς μου. ὑμᾶς δὲ ἀνελεῖ Κύ-
» ριος· ἀλλὰ καὶ εἴπερ νοοῦντες, τίς ἡ τοῦ
Mensa Domini. Κυρίου τράπεζα· μετέχειν αὐτῆς βουλό-
1.Cor.10.21 μεθα, γινώσκομεν, τὸ, οὐ δύνασθε
» Κυρίου τραπέζης μετέχειν· καὶ τρα-
» πέζης δαιμονίων.

Τίς δὲ ἀκούσας τοῦ, τῆς βροντῆς υἱοῦ
1.Joh.11.22 Ἰωάννου λέγοντος· πᾶς ὁ ἀρνούμενος
» τὸν υἱὸν, οὐδὲ τὸν Πατέρα ἔχει· ὁ δὲ ὁμολο-
γῶν τὸν Υἱὸν, καὶ τὸν Πατέρα ἔχει· οὐ φο-
βηθήσεται, διὰ τοῦ λέγειν μὴ εἶναι Χρι-
στιανὸς, ἀρνήσασθαι τὸν Υἱόν; ἐν τῷ ἀρ-
νεῖσθαι αὐτὸν, οὐχ ἕξειν τὸν Πατέρα· καὶ
τίς οὐκ ἂν προτραπείη ὁμολογῶν τὸ
εἶναι Χριστιανὸς ἔργοις καὶ λόγοις· ἵνα
καὶ τὸν πατέρα ἔχῃ; οἱ γὰρ ὁμολογοῦν-
τες, ἔχουσι τὸν πατέρα.

Joh.5.24 » Εἰ μεταβεβήκαμεν ἐκ τοῦ θανά-
» του εἰς τὴν ζωὴν διὰ τὸ μεταβεβηκέναι
ἀπὸ ἀπιστίας εἰς πίστιν, μὴ θαυμάζω-

mei sancti: qui ponitis Dæmoni mensam, & impletis Fortunæ libamen: Ego tradam vos in gladium, omnes in cæde corruetis; quia vocavi vos, & non obedivistis; locutus sum, & non audivistis: & fecistis malum coram me, & quæ nolui elegistis. Quapropter hæc dicit Dominus: Ecce servi mei comedent, & vos esurietis! Ecce servi mei lætabuntur, & vos confundemini! Ecce servi mei exultabunt præ lætitia, vos autem clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione Spiritûs ejulabitis. Relinquetis enim Nomen meum in satietatem electis meis; vos autem perimet Dominus. Sed &, (si modò *ut* intelligentes, Quæ sit Domini Mensa, ejusdem participes fieri velimus) agnoscimus illud: *Non potestis participes esse mensæ Domini, & mensæ Dæmoniorum.*

Quis verò, si audiat filium illum tonitrui *Johannem* dicentem: *Omnis qui abnegat Filium, neque Patrem habet: qui autem Filium confitetur, is quoque Patrem habet:* non reformidet, dicendo, Se non esse Christianum, abnegare Filium; *&*, si illum negaverit, non habiturum Patrem? Et quis non commoveretur, ut confiteatur, se Christianum dictis & factis; ut Patrem quoque habeat? Qui enim confitentur, habent Patrem.

Si *transiverimus à morte ad vitam*, eò quod transivimus ab incredulitate ad fidem; ne mire-

mur

1. ὁ κόσμος. μεν εἰ μισεῖ ἡμᾶς* ὁ Κύριος· οὐδεὶς γὰρ μὴ μεταβὰς ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωὴν· ἀλλὰ μένων ἐν τῷ θανάτῳ, δύναται ἀγαπᾶν τοὺς μεταβεβηκότας ἀπὸ σκοτεινῆς τῆς τοῦ θανάτου, ἵν᾽ οὕτως ὀνομάσω, οἰκίας ἐπὶ τὰ πεπληρωμένα οἰκοδομήματα ἐκ λίθων ζώντων φωτὸς ζωῆς.

» Ὑπὲρ ἡμῶν ἔθηκεν Ἰησοῦς, τὴν ψυ-
» χὴν. καὶ ἡμεῖς οὖν θῶμεν αὐτήν· οὐκ ἐρῶ ὑπὲρ αὐτοῦ, ἀλλ᾽ ὑπὲρ ἑαυτῶν· οἶμαι δ᾽, ὅτι κἂν ὑπὲρ τῶν ἐν τῷ μαρτυρίῳ ἡμῶν οἰκοδομηθησομένων ἐνέστη ἡμῖν, καιρὸς Χριστιανῶν καυχή-
» σεων· οὐ μόνον γάρ, φησι, ἀλλὰ καὶ
» καυχώμενοι ἐν ταῖς θλίψεσιν· εἰδότες
» ὅτι ἡ θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται·
» ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμήν· ἡ δὲ δοκιμὴ, ἐλ-
» πίδα. ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει· μόνον ἡ
» ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ἐκκεχύσθω ἐν ταῖς καρ-
» δίαις ἡμῶν, διὰ τοῦ πνεύματος ἁγίου·
» Παῦλος μὲν λεγέτω, εἰ κατὰ ἄνθρωπον
» ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ· ἡμεῖς δὲ, εἰ κατὰ ἄνθρωπον ἀνῃρέθην ἐν Γερμανίᾳ.

» Εἰ καθὼς περισσεύει τὰ παθήμα-
» τα τοῦ Χριστοῦ· οὕτω διὰ τοῦ Χριστοῦ
» περισσεύει καὶ ἡ παράκλησις, προθυμότατα προσδεξώμεθα τὰ Χριστοῦ παθήματα· καὶ περισσευέτω ἐν ἡμῖν εἴπερ ὀρεγόμεθα περισσοτέρας παρακλήσεως ἧς πάντες μὲν οἱ πενθοῦντες παρακληθήσονται· τάχα δὲ οὐκ ἐπίσης· εἰ γὰρ ἐπίσης ἦν ἡ παράκλησις, οὐκ ἂν ἐγέγρα-
» πτο τό, καθὼς περισσεύει τὰ παθήμα-
» τα τοῦ Χριστοῦ εἰς ἡμᾶς· οὕτω περισσεύει
» καὶ ἡ παράκλησις ἡμῶν· εἰ κοινωνοὶ

mur, si nos odio habet Mundus. Nemo enim, qui non transierit à morte ad vitam, sed manserit in morte; potest diligere eos, qui transierunt à tenebricosâ (ut ita loquar) domo mortis, ad ædificia perfecta ex lapidibus viventibus Luminis vitæ.

Pro nobis posuit Jesus *animam*: 2.Pet. 2. 5. *ponamus igitur & nos illam*; non dicam, Pro illo; sed, pro nobis ipsis. Opinor autem, quòd, si etiam *po-* 1.Joh.3.16. *namus* pro illis, qui per martyrium nostrum ædificandi sunt; instet nobis tempus Christianæ gloriationis. *Non solum enim*, inquit, Rō.5. 3. 4. 5. *sed etiam gloriamur in tribulationibus; scientes, quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem, spes autem non confundit: modò Charitas Dei effundatur in cordibus nostris, per Spiritum Sanctum.* Paulus equidem dicat: *Si secundùm hominem* 1.Cor.15.32 *cum bestiis pugnavi Ephesi*: Nos verò *dicamus*: Si secundùm hominem interemtus sum in *Germania*.

Si *quemadmodum redundant pas-* 2.Cor.1.5. *siones Christi, ita per Christum redundat quoque consolatio*; suscipiamus promtissimè Christi passiones, & consolatio abundet in nobis (siquidē abundantiorē consolationē desideremus) quam omnes *lugen-* Math.5. 4 *tes* consequentur: fortasse autem non æqualiter. Si enim æqualis foret consolatio; non utique scriptum esset: *Sicut abundant passio-* 2.Cor.1. 5. *nes Christi in nos, ità etiam abundat consolatio nostra.* Qui participes

τῶν

τῶν παθημάτων· κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῶν παθημάτων, ὧν εἰσὶ κοινωνοὶ πρὸς Χριστὸν, κοινωνοὶ ἔσονται καὶ τῆς παρακλήσεως· ἃ καὶ μαθεῖν ἔστι ἀπὸ τοῦ πε-
al. εἰδότες. πιστευμένως τὰ τοιαῦτα λέγοντος,
Ibid. v. 7. „ * εἴδαμεν γὰρ, ὡς κοινωνοί ἐστε τῶν πα-
„ θημάτων, οὕτω καὶ τῆς παρακλήσεως.

Esai. 49. 8.
2. Cor. 6. 2. Φησὶ δὲ διὰ προφήτου ὁ Θεός· και-
„ ρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου· καὶ ἐν ἡμέρᾳ
„ σωτηρίας ἐβοήθησά σοι· ποῖος οὖν ἄλλος εὐπρόσδεκτος καιρὸς, ἢ ὅτε διὰ τὴν εἰς Θεὸν ἐν Χριστῷ εὐσέβειαν ὑπὸ φρουρὰν πομπεύοντες ἐν τῷ κόσμῳ καὶ θριαμβεύοντες μᾶλλον, ἤπερ θριαμβευόμενοι ἀπαγόμεθα; οἱ γὰρ ἐν Χριστῷ μάρτυρες, συναπεκδύονται
Col. 2. 15. „ αὐτῷ τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς ἐξουσίας, καὶ συνθριαμβεύουσιν ὡς κοινωνοὶ τῶν παθημάτων αὐτοῦ γινόμενοι, οὕτω καὶ τῶν
l. παθήμασιν. ἐν τοῖς * πάθησιν αὐτοῦ ἀνδραγαθημάτων. ἐξ ὧν ἐστὶ, καὶ τὸ θριαμβεῦσαι τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς ἐξουσίας· ἃς μετ' ὀλίγον ὄψεσθε νενικημένας καὶ κατισχυμένας· ποία ἄλλη οὕτως ἡμέρα σωτηρίας, ὡς ἡμέρα τῆς τοιαύτης ἡμῶν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγῆς;

l. μίαν. Ἀλλὰ παρακαλῶ, μηδε * μίας ἐν
2. Cor. 6. 3, 4 „ μηδενὶ, διδῶτε προσκοπὴν ἵνα μὴ μω-
„ μηθῇ ἡ διακονία· ἀλλὰ ἐν παντὶ ἑαυ-
l. συνστήσασθε τοὺς * συνιστάμενοι, ὡς Θεοῦ διάκονοι
l. καί. „ ἐν ὑπομονῇ πολλῇ. λέγοντες * δὲ νῦν,
Ps. 38. (al. „ τίς ἡ ὑπομονή μου· οὐχὶ Κύριος; * πει-
39) 7. „ θόμενοι, ὅτι πολλαὶ αἱ θλίψεις τῶν δι-
* [ἐν θλίψεσι] „ καίων· ἐν ἀνάγκαις ἵν' ὡς ἀναγκαίαν
Ps. 33. (al. „ ἡμῖν τὴν μακαριότητα, ἀπαιτήσωμεν·
34) 20. „ ἐν στενοχωρίαις· καὶ τὴν στενὴν καὶ
Matt. 7. 14. τεθλιμμένην ἀπαραλείπτως ὁδεύ-

ſunt paſſionum; juxta proportionem paſſionum illarum, quas ſuſferunt propter Chriſtum, etiã participes erunt conſolationis. Quæ pariter diſcere poteſtis ab eo, qui fideliter hæc talia dicit: *Novimus enim, ſicut ſocii paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationis.*

Et Deus ait per Prophetam: *In tempore accepto exaudivi te: & in tempore ſalutis auxiliatus ſum tibi.* Quale verò *Tempus* aliud eſſet Deo magis *acceptum*, quàm, cùm propter pietatem erga Deum in Chriſto, ſub Cuſtodiâ pompam agentes in Mundo, & triumfantes potius, quàm triumfati, abducimur? Omnes enim in Chriſto Martyres unâ cum Ipſo *exuunt principatus & poteſtates*, & unà triumfant; ſicut participes facti paſſionum ejus, itâ & rerum, in paſſionibus ſuis fortiter geſtarum: è quibus eſt, triumfare quoque Principatus & Poteſtates, quas brevi devictas & ſuperatas videbitis. Quænam alia perinde dies *Dies ſalutis* eſſet, atque dies talis noſtræ hinc migrationis?

Sed *exhortor vos, ut nemini in ullâ re detis offenſionem, nec reprehendatur miniſterium: ſed in omnibus exhibeatis vos ipſos, ut Dei miniſtros, in multâ tolerantiâ.* Dicentes, *Et nunc quæ tolerantia mea? an non Dominus?* [*In afflictionibus*] perſuaſi, quòd *multa ſint afflictiones juſtorum*: *in neceſſitatibus*, ut tanquam neceſſariam nobis beatitudinem depoſcamus: *in anguſtiis*, ut *per arctam afflictamq;* viam indeſinenter *ambantes*,

περιπατοῦντες, καταντήσωμεν ἐπὶ τὴν ζωήν·
» ἐὰν δέον ᾖ συστήσωμεν ἑαυτοὺς, ἐν κό-
» ποις καὶ ἐν ἀγρυπνίαις, καὶ ἐν νηστεί-
αις· ἰδοὺ γὰρ Κύριος· καὶ ὁ μισθὸς ἐν
χειρὶ αὐτοῦ· ἀποδοῦναι ἑκάστῳ, ὡς τὰ
ἔργα αὐτοῦ ἐστι.

Νῦν δείξωμεν, ὅτι γνῶσιν διὰ
ἔργα πρέποντα τῇ γνώσει ἐποθήσαμεν·
πᾶσα ἁγνότης φανερωθήτω ἐν ἡμῖν·
ὡς μακροθύμου Θεοῦ υἱοὶ· καὶ μακρο-
θύμου Χριστοῦ ἀδελφοὶ, μακροθυμή-
σωμεν ἐν πᾶσι τοῖς συμβαίνουσι· μα-
» κρόθυμος γὰρ ἀνὴρ, πολὺς ἐν φρο-
» νήσει· ὁ δὲ ὀλιγόψυχος, ἰσχυρῶς ἄ-
» φρων. εἰ δεῖ ἑαυτὸν συνιστάναι διὰ τῶν
» ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ
» ἀριστερῶν· συστήσαντες ἑαυτοὺς διὰ δό-
ξης· καὶ μὴ χαυνωθέντες ἐπ' αὐτῇ,
νῦν δὲ τὴν ἀτιμίαν ὑπομένωμεν· ἀλλ'
εἰ καὶ εὐφημίας ἀξίως ἐπολιτευσά-
μεθα καὶ εὐφημήθημεν, νῦν δὲ τὰς ἀπὸ
τῶν δυσσεβῶν δυσφημίας ἀνα-
σχώμεθα. ἔτι δὲ εἰ ὡς ἀληθεῖς πα-
ρὰ τοῖς φιλαληθέσιν ἐθαυμάσθη-
μεν· νῦν ἐπὶ τῷ λέγεσθαι ἡμᾶς πλα-
νᾶσθαι γελάσωμεν· ἐπὶ πολλοῖς
κινδύνοις ἀφ' ὧν ἐῤῥύσθημεν, πολ-
λοὶ εἶπον ἡμᾶς ἀπὸ Θεοῦ * ἐπιγινώσκε-
σθαι· νῦν ὁ βουλόμενος, λεγέτω ἡμᾶς
ἀγνοεῖσθαι· ὅτε τάχα μᾶλλον ἐπιγι-
νωσκόμεθα. φέροντες γοῦν τὰ συμ-
» βαίνοντα, παιδευόμεθα μὲν· οὐ θα-
» νατούμεθα δέ· καὶ ὁμοιούμεθα λυ-
πουμένοις οἱ χαίροντες.

* Ἐπιγινώσκεσθαι.

Φησί που ὁ Παῦλος πρὸς τοὺς
ἐν ἀρχῇ ὑπομείναντας παρα-

bulantes, perveniamus ad vitam. Matt. 7. 14.
Si opus sit, exhibeamus nos *labo-* 2. Cor. 6. 5.
ribus in vigiliis, & jejuniis. Ecce enim Es. 40. 10. & 62. 11.
Dominus venit: *& merces in manu* Ap. 22. 12.
ejus, ut reddat unicuique secundùm
opera sua.

Nunc ostendamus, nos cogni-
tionem, propter opera cognitio-
nem decentia, desideràsse. Omnis
sanctitas appareat in nobis. Tan-
quam Dei longanimis filii, &
Christi misericordis fratres, pa-
tientes simus in omnibus, quæ
accidunt. (*Vir enim longanimis* Prov. 14. 29
prudentiâ quoque præstat: sed pusilla-
nimis, valdè fatuus est.) Si seipsum
commendare oporteat, *per arma* 2. Cor. 6.
justitiæ dextra & sinistra, commen- v. 7, 8.
demus nos ipsos; *per gloriam*, nec
tamen propter illam elati; nunc
autem perferamus *ignominiam*. Sed
etiamsi *bona existimatione* digni
versati fuerimus in vitâ nostrâ,
indeque laudem consecuti: tamen
etiamnum *obtrectationes* impio-
rum perferamus. Insuper, si tan-
quam *veraces*, apud veritatis stu-
diosos admirationi fuerimus; at
nunc, si dicatur, nos errare sedu-
ctos, rideamus. In multis *pericu-* Ib. v. 9, 10.
lis, à quibus liberati fuimus, mul-
ti dixerunt; nos à Deo † *agnitos* † amari, diligi.
esse: nunc, si cui libuerit, dicat;
nos [*ab eodem*] *ignorari*; quando
fortasse magis agnoscimur. Ita-
que hos Casus ferentes, *castigamur*
quidem, *non* autem *morti tradimur*:
& assimilamur *plangentibus*, qui
gaudemus.

Dicit alicubi Paulus ad eos, qui
ab initio tolerantes erant, exhor-

καλῶν αὐτοὺς ἀκολούθως τῇ προτέρᾳ ὑπομονῇ φέρειν κινδύνους δευ-
Hebr.10.32. τέρους, τοὺς διὰ τὸν λόγον· ἀναμι-
33.34.35.36. „μνήσκεσθε δὲ τὰς πρότερον ἡμέρας·
„ἐν αἷς φωτισθέντες πολλὴν ἄθλη-
„σιν ὑπεμείνατε παθημάτων· τοῦτο
„μὲν, ὀνειδισμοῖς τε καὶ θλίψεσι θεα-
„τριζόμενοι· τοῦτο δὲ, κοινωνοὶ τῶν οὕτως
„ἀναστρεφομένων γενηθέντες· καὶ γὰρ
al. ad. μου. „τοῖς * δεσμοῖς συνεπαθήσατε· καὶ τὴν
al. ὑπαρχόντων. ἁρπαγὴν τῶν * ὑμῶν, μετὰ χαρᾶς
al. ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς κρείττονα ὕπαρξιν. „προσεδέξασθε· γινώσκοντες, * ὅτι
κρείττονα ἔχετε ὕπαρξιν ἐν οὐρανοῖς καὶ
„μένουσαν· μὴ ἀποβάλητε οὖν τὴν παῤ-
„ῥησίαν ὑμῶν· ἥτις ἔχει μεγάλην μι-
„σθαποδοσίαν· ὑπομονῆς γὰρ ἔχετε
„χρείαν. πολλὴν τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς,
νῦν ἄθλησιν ὑπομένωμεν παθημά-
των· ὀνειδισμοῖς καὶ θλίψεσι θεα-
τριζόμενοι· καὶ μετὰ χαρᾶς προσδε-
χόμενοι, τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρ-
χόντων ὑμῶν· πειθόμεθα γὰρ, κρείτ-
τονα ἔχειν ὕπαρξιν οὐ γηΐνην· ἀλλ'
οὐδὲ σωματικὴν· ἀλλά τινα ἀόρα-
2.Cor.4.18. τον καὶ ἀσώματον· σκοποῦμεν γὰρ,
„οὐ τὰ βλεπόμενα ὁρῶντες· ταῦτα μὲν
„πρόσκαιρα· ἐκεῖνα δὲ αἰώνια.

Ἐπεὶ δέ τινες μὴ θεωροῦντες τὸν περὶ τῶν δαιμόνων λόγον· καὶ ὡς ὑπὲρ τοῦ παραμένειν ἐν τῷ παχεῖ τούτῳ καὶ περιγείῳ ἀέρι. δεόμενοι τροφῆς, τῆς διὰ τῶν ἀναθυμιάσεων ἐπιτηροῦσιν· ὅπου κνίσσα ἀεὶ καὶ αἵματα καὶ λιβανωτοὶ ἐξευτελίζουσιν ὡς ἀδιάφορον τὸ θύειν, εἴποιμεν ἂν, καὶ πρὸς ταῦτα·

tando illos; ut ſequendo priorem tolerantiam ferrent pericula poſteriora, quæ propter Verbum *Dei evenirent: Recordamini autem priſtinos dies: in quibus illuminati magnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionem: partim, quia opprobriis & afflictionibus, ſpectaculum facti; partim, quia ſocij taliter converſantium effecti eſtis: nam & vinctis compaſſi eſtis, & rapinam veſtrorum bonorum cum gaudio ſuſcepiſtis; cognoſcentes, vos meliorem & permanentem in cœlis habere ſubſtantiam. Ne igitur abjiciatis confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis neceſſaria eſt.* Itaque & nos magnum paſſionum certamen ſufferamus, opprobriis & afflictionibus ſpectaculum facti: & cum gaudio ſuſcipiamus rapinam bonorum noſtrorum: perſuaſi enim ſumus, nos non terrenam, ſed præſtantiorem habere ſubſtantiam; imò neque corporalem, ſed inviſibilem quandam & corporis expertem. *Spectamus enim non ea, quæ videntur*, intuentes: *iſta enim* [quæ videntur] *ſunt temporanea; illa verò æterna.*

Quandoquidem verò nonnulli non animadvertentes rationem & conditionē Dæmonū; & Quomodo, (præterquā quòd in craſſo hoc & terræ vicino aëre permanent) indigentes nutrimento per ſuffitus, inſidiosè obſervent, ubicunq; nidor, & ſanguis, & thura *ſunt*; parvipendunt, ac velut rem indifferentem putant, Sacrificare: dicamus etiam ad hæc aliquid.

ὅτι

ὅτι εἴπερ οἱ τροφὰς λῃσταῖς καὶ φονεῦσι καὶ βαρβάροις· ἐχθροῖς τοῦ μεγάλου βασιλέως παρέχοντες· ὡς τὸ κοινὸν ἀδικήσαντες κολάζονται· πόσῳ πλέον οἱ τοῖς, τῆς κακίας ὑπηρέταις· διὰ τοῦ θύειν διδόντες τροφὰς παρακατεχούσας αὐτοὺς ἐν τῷ περιγείῳ τόπῳ· δικαιότατα ἂν, ἐγκαλοῖντο· καὶ μάλιστα οἱ μαθόντες τὸ, ὁ θύων θεοῖς ἑτέροις ἐξολοθρευθήσεται. τοῖς τῶν ἐπὶ γῆς κακῶν· αἰτίοις πλὴν, Κυρίῳ μόνῳ θύειν· καὶ οἶμαί γε ἐπὶ τοῖς ἁμαρτανομένοις ὑπὸ τῶν δαιμόνων· ἐνεργούντων κατὰ τῶν ἀνθρώπων, οὐκ ἔλαττον ἐγκληθήσεσθαι· τῶν ἐνεργησάντων δαιμόνων τὰ χείρονα· διὰ τοῦ θύειν θρέψαντας αὐτούς· οἱονεὶ γὰρ κοινῇ τὰ κακὰ, πεποιήκασι τοῖς ἀνθρώποις· οἵ τε δαίμονες, καὶ οἱ κατεχόντες αὐτοὺς ἐπὶ γῆς· μὴ ἂν δυνηθέντες διαρκέσαι, χωρὶς τῶν ἀναθυμιάσεων.
l. καταλλ- καὶ τῶν νομιζομένων εἶναι * κατ' ἀλλήλων τροφῶν τοῖς σώμασιν αὐτῶν.

Πάλιν τε αὖ ὑπολαμβάνοντές τινες, θέσει εἶναι τὰ ὀνόματα· καὶ οὐδεμίαν αὐτὰ ἔχειν φύσιν πρὸς τὰ ὑποκείμενα, ὧν ἐστιν ὀνόματα· νομίζουσι μηδὲν διαφέρειν, εἰ λέγοι τις, σέβω τὸν πρῶτον Θεὸν· ἢ τὸν δία,
l. τιμῶ ἢ ζῆνα· καὶ εἰ φάσκοι τις· * μῶ καὶ ἀποδέχομαι τὸν ἥλιον· ἢ τὸν ἀπόλλωνα· καὶ τὴν σελήνην, ἢ τὴν ἄρτεμιν· καὶ τὸ ἐν τῇ γῇ πνεῦμα, ἢ τὴν δήμητραν· καὶ ὅσα ἄλλα φασὶν, οἱ ἑλλήνων σοφοί· πρὸς οὓς λεκτέον·

nimirum, Siquidem illi, qui alimenta latronibus, & homicidis, & barbaris magni Regis hostibus suppeditant; tanquã delinquentes in Rempublicam puniuntur; quantò magis illi, qui omnis nequitiæ ministris per sacrificia suggerunt nutrimenta, quibus in loco terris vicino detineantur, justissimè accusabuntur; (ac inprimis isti, qui edocti sunt illud: *Qui* Ex. 22. 20.
sacrificat Diis alienis, exscindetur:) eò quòd iis, qui sunt causa omnium malorum super terrâ, præterquã Domino soli sacrificent? Puto equidem de his, quæ peccantur à dæmonibus, dum contra homines vim suam exercent; non minus accusandos esse, qui dæmonibus pejora operantur, eò quòd per sacrificia nutriant illos. Nam quasi communi operâ hominibus mala inferunt, tam dæmones, quàm qui eos in terrâ detinent; cùm non possent perdurare absque suffitibus, & nutrimentis, quæ corporibus ipsorum congrua existimãtur.

Iterũ existimant nonnulli; Nomina tantùm esse impositione *hominum*, nec ullam habere naturam ratione illorum subjectorum, quorum sunt nomina: *ideoque* putant, nil interesse, sive quis dicat; Colo primum ac summum Deum, vel Divum, vel Jovem: aut si quis profiteatur. Honoro & recipio Solem, vel Apollinem, vel Lunam, vel Dianam, vel Spiritum in hâc terrâ, vel Cererem, & quæcunque alia Græcorum sapientes venditant. Adversus quos dicendũ est:

ὅτι ἐστί τις καὶ περὶ ὀνομάτων πραγματεία· βαθυτάτη καὶ ἀνακεχωρηκυῖα· ἥν τινα ὁ συνιεὶς, ὄψεται· ὅτι εἴπερ ἦν θέσει τὰ ὀνόματα, οὐχ ὑπήκουσαν ἂν, οἱ καλούμενοι δαίμονες. ἀλλά τινες ἡμῖν ἀόρατοι δυνάμεις· τοῖς ἐκείνους μὲν νεᾶσιν· ὀνομάζουσι δὲ ὡς τεθέντα
l. ὀνόματα. τὰ * ὀνόμα· νυνὶ δὲ φθόγγοι τινὲς καὶ συλλαβαὶ καὶ μετὰ προσπνεύσεως· ἢ ψιλότητος· ἢ ἐκ-
l. -τάσεως. *τάξεως· ἢ συστολῆς· ὀνομασίαι ἀπαγγελόμεναι, ἄγουσι τάχα τινὶ φύσει ἀθεωρήτῳ ἡμῖν, τοὺς καλουμένους· εἰ δὲ τοῦθ' οὕτως ἔχει, καὶ μὴ ἔστι θέσει τὰ ὀνόματα, οὐδενὶ ὀνόματι κλητέον τὸν πρῶτον Θεὸν, ἢ οἷς ὁ θεράπων καὶ οἱ προφῆται καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν ὀνομάζουσιν αὐτόν. οἷον, Σαβαώθ· Ἀδωναΐ· Σαδδαΐ· καὶ πάλιν· Θεὸς Ἀβραάμ· Θεὸς Ἰσαάκ· καὶ
Exod. 3.15. Θεὸς Ἰακώβ· Τοῦτο γάρ, φησιν, ἐστὶν » ὄνομα αἰώνιον· καὶ μνημόσυνον γε- »νεαῖς γενεῶν· οὐ θαυμαστὸν δὲ, εἰ τὰ δαιμόνια τὰς ἰδίας ὀνομασίας ἀναφέρει ἐπὶ τὸν πρῶτον Θεόν· ἵν' ὡς πρῶτος προσκυνηθῇ Θεός· ὅπερ τῷ καθ' ἡμᾶς θεράποντι καὶ τοῖς προφήταις· καὶ τῷ πληρώματι νόμου Χριστῷ· καὶ τοῖς Ἀποστόλοις αὐτοῦ, οὐκ ἔστι πάτριον· καὶ ταῦτα ἀναγκαίως, ἵνα μή τις ἡμᾶς κατασοφίσῃ τε, ἢ κἂν ἐπὶ ποσὸν μολύνοι τὸν λογισμὸν ἡμῶν παρεθέμεθα. οἷς ἐπιμελῶς προσεκτέον, μηδεμία

esse etiam in Nominibus aliquod momentum, profundissimum & planè reconditum, quod intelligens perspicit: *nimirum*, siquidem Nomina ab hominibus essent posita; utique non paruissent *illa* vocati Dæmones; (imò quædam nobis invisibiles potestates) qui illos quidē noscunt; interim nominant, ac si *essent illis* posita Nomina. Jam verò quidam soni & syllabę, & vel cum aspiratione, aut lenitate, aut productione, aut contractione, pronuntiatæ appellationes, ducunt trahuntque (fortasse quâdam Naturâ nobis invisibili) vocatos illos. Si autem istud ita se habeat, neque *tamen* Nomina positione sint; nullo nomine alio appellandus est summus ille Deus, quàm quibus Minister ille (*Moses*) & Prophetæ, & ipse Servator ac Dominus noster illum nominant. videl. *Sabaoth*, *Adonai*, *Schaddai*; item, *Deus Abrahæ*, *Deus Isaaci*, *&* *Deus Jacobi*: *Hoc enim*, inquit, *est Nomen meum æternum & memoriale in omnes generationes.* Mirum autem non est, si Dæmones suas appellationes in primum ac summum Deum referant; ut ad instar illius summi Dei adorentur. Quod neque nostro illi Ministro, nec Prophetis, neq; Christo, qui complementum Legis est, nec Apostolis ejus, moris patrii est. Hæc autem necessariò; ne quis nos sophisticè decipiat, nec vel paululùm intellectum nostrum inquinet; apposuimus: quibus accuratè inhęrendū est ab iis, qui nullum

τόπον

τόπον διδοῦσι παρεγχειρήσεως τοῖς
ἐναντίοις.

Ἔτι δὲ καὶ φιλοζωεῖ ἄνθρωπος,
πεῖσμα λαβὼν περὶ οὐσίας λογικῆς
ψυχῆς, ὡς ἐχούσης τι συγγενὲς Θεῷ.
νοερὰ γὰρ ἑκάτερα καὶ ἀόρατα· καὶ
ὡς ὁ ἐπικρατῶν ἀποδείκνυσι λό-
γος, ἀσώματα· τί δὲ καὶ ὁ κατα-
σκευάζων ἡμᾶς ἐνεποίει πόθον τῆς
l. εὐσεβ. πρὸς αὐτὸν * αἰσεβείας καὶ κοινωνίας
ὅς τις καὶ ἐν τοῖς ἐσφαλμένοις, ἴχνη τι-
νὰ σώζει τοῦ θείου βουλήματος· εἴ-
περ μὴ ἦν δυνατὸν τὸ φυσικῶς
ποθούμενον, τοῖς λογικοῖς καταλα-
βεῖν· καὶ σαφὲς, ὅτι ὥσπερ ἕκαστον
μέλος ἡμῶν πρὸς ὃ πέφυκεν οἰ-
κειότητι σώζειν· οἱ ὀφθαλμοὶ πρὸς
τὰ ὁρατὰ· καὶ ὦτα, πρὸς τὰ ἀκουστὰ,
οὕτω νοῦς πρὸς τὰ νοητὰ καὶ τὸν ἐπέ-
f. Τί οὖν. κεινα τῶν νοητῶν Θεόν. * τοίνυν
» ὀκνοῦμεν καὶ διστάζομεν ἀποθέμε-
» νοι τὸ ἐμποδίζον φθαρτὸν σῶμα·
» βαρῦνον ψυχήν· βρίθον νοῦν πο-
λυφρόντιδα· γεῶδες σκῆνος, ἀπο-
λυθῆναι τῶν δεσμῶν· καὶ ἀνα-
λῦσαι ἀπὸ τῶν μετὰ σαρκὸς καὶ αἵ-
ματος κυμάτων· ἵνα σὺν Χριστῷ
Ἰησοῦ, τὴν οἰκείαν τῇ μακαριότητι
ἀνάπαυσιν ἀναπαυσώμεθα· τὸν
αὐτὸν ὅλως δι' ὅλων ἔμψυχον Λό-
γον θεωροῦντες, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τρε-
f. αὐτοῦ. φόμενοι. καὶ τὴν * αὐτῷ ποικιλο-
τάτην σοφίαν καταλαμβάνοντες καὶ
τυπούμενοι ὑπὸ τῆς αὐτοαληθείας·
l. -θῶ. καὶ ἐν φωτὶ τῷ ἀλη*θεῖ καὶ ἀλή-
κτῳ τῆς γνώσεως τὸν νοῦν καταλαμ-

locum concedunt aggreſſioni adverſariorum.

Inſuper verò etiam homo vitæ amans ac ſtudioſus eſt, argumento perſuaſus de Eſſentiâ animæ rationalis, ceu quæ Deo aliquid cognatum habeat. Utraque enim intelligens *eſt* & inviſibilis; &, ut prævalens demonſtrat Ratio, incorporea. Cur autem noſter Conditor indidiſſet *ei*, affectum erga ſe pietatis & communionis; (qui etiam in lapſis veſtigia nonnulla ſervat diviṅi Decreti:) ſi fieri non poſſet, ut homines rationales id, quod naturaliter deſiderant, comprehenderent? & manifeſtum *eſt*, quòd, ſicut unumquodque membrum noſtrum, naturâ ſuâ natum eſt ad aliquid aptitudine *quadam* ſervandum; *utpote* Oculi ad viſibilia, Aures ad audibilia; ità intellectus ad intelligibilia, & ad eum, qui ſupra intelligibilia *eſt* Deum; *Quid* ergo pigramur & dubitamus deponere hoc, quod impedimento eſt, corruptibile corpus; quod *gravat animam, & onerat mentem multis curis agitatam*: terreſtre tabernaculum? ut liberemur à vinculis, & absolvamur à fluctibus carnis & ſanguinis, quo cum Chriſto Jeſu illâ, quæ beatitudini propriè quadrat, requie requieſcamus; & illum omninò per omnia vivum Sermonem inſpiciamus, & ab illo nutriamur, & Sapientiam ejus multiplicem comprehendamus, atque formemur ab ipſiſſimâ Veritate; ac verâ & nunquam-ceſſante luce cognitionis in mente illu-

Sap. 9.15.

Phil. 1.23.

l. θέαν. τίμενοι, πρὸς τὴν * θέαν τῶν δι' ἐκείνου τοῦ
φωτὸς θεωρεῖσθαι πεφυκότων, ὑπὸ
ὀφθαλμῶν φωτιζομένων ὑπὸ τῆς τοῦ
Κυρίου ἐντολῆς.

Πάλαι ἠκούσαμεν τῶν Ἰησοῦ λόγων
καὶ ἤδη πολλῷ χρόνῳ, τῷ εὐαγγελίῳ
πεπαιδεύμεθα· καὶ πάντες ᾠκοδομή-
σαμεν ἑαυτοῖς οἰκίαν· ποῦ δὲ ᾠκοδομή-
σαμεν, πότερον ἐπὶ τὴν Πέτραν σκάψαν-
τες καὶ βαθύναντες ἢ ἐπὶ τὴν ἄμμον χωρὶς
θεμελίου; ὁ παρὼν δείξει ἀγών· ἐνέστηκε
Matt. 7. 27. γὰρ χειμὼν ..... φέρων βροχὴν καὶ πο-
ταμοὺς καὶ ἀνέμους· ἤ, ὡς ὁ Λουκᾶς ὀνο-
μάζει, πλημμύραν· καὶ ταῦτα προσρή-
Luc. 6. 48. ξαντα τῇ οἰκίᾳ· ἤτοι οὐκ ἰσχύσει σαλεῦ-
Vid. Not. σαι αὐτήν, καὶ διὰ τοῦτο πεσεῖται ἡ οἰκία·
f. ἔτι. * ἅτε ἐπὶ τὴν Πέτραν τὸν Χριστὸν τεθεμε-
λιωμένην· ἢ ἐλέγξει τὸ σαθρὸν τῆς οἰκοδο-
μῆς, διὰ τῆς ἐνεστηκυίας προφάσεως
συμπεσουμένης· ὅπερ ἀπείη τῶν ἡμετέρων
οἰκοδομημάτων· μεγάλη γὰρ σφόδρα
ἡ ἐν ἀρνήσει πτῶσις ἢ ὡς Λουκᾶς φησί,
μέγα τὸ ῥῆγμα, τῆς χωρὶς τοῦ θεμε-
λίου οἰκοδομῆς· διόπερ ἡμεῖς εὐχό-
μεθα, ἵνα ὁμοιωθῶμεν ἀνδρὶ φρονί-
μῳ, ὅστις ᾠκοδόμησεν αὐτοῦ τὴν
οἰκίαν ἐπὶ τὴν Πέτραν· ἡκέτω γὰρ
ἐπὶ τοιαύτῃ οἰκοδομῇ, ἡ ἀπὸ τῶν
Eph. 6, 12. ἐν τοῖς ἐπουρανίοις πνευματικῶν τῆς
πονηρίας, βροχή· ἢ ποταμοὶ τῶν
ἐχθρῶν ἡμῖν ἀρχῶν καὶ ἐξουσιῶν· ἢ οἱ
ἀπὸ τῶν κοσμοκρατόρων τοῦ σκότους
τούτου, ἄνεμοι σκληροί· ἢ πλημμύρα,
τῶν καταχθονίων πνευμάτων. καὶ προσ-
ρηγνύτωσαν ἑαυτοὺς, τῇ ἐπὶ τὴν Πέτραν
ἡμῶν οἰκοδομῇ· ἵνα μὴ πρὸς τὸ μὴ
πεσεῖν ἀλλὰ μηδὲ σαλευθῆναι τὴν

minemur ad Visionem eorum, quę per illam Lucem adspici possunt ab oculis illuminatis per præceptum Domini.

Olim audivimus sermones Jesu, & jam à longo tempore Evangelio regimur: omnesque nobis ipsis extruximus domum: ubi verò extruxerimus, an super petram fodiendo, & profundè condendo; an super arenam, sine fundamento? præsens certamen demonstrabit. Instat enim tempestas gravissima, inferens pluvias, & torrentes, & ventos, & ut Lucas nominat, *inundationem*: atque hæc, cùm irruerint in domum illam, aut non valebunt concutere illam, (& propterea neque cadet illa domus) utpote super Petram illam, Christum ipsum fundatam: aut arguent debilitatem structuræ, per instantem causam concidentis. Id quod absit à nostris ædificiis! maxima enim est, quæ fit per abnegationem, ruina: vel, ut *Lucas* ait, *magna fissura* est ædificii, quod absq; fundamento est. Quamobrem nos precamur, ut *assimilemur viro prudenti, qui extruxit Domum suam super illâ Petrâ.* Irruat enim in ædificium tale, *à spiritibus nequitiæ in cœlestibus*, pluvia: vel *torrentes* inimicorum nobis *Principatuum & Potestatum*: vel *Imperatorum harum tenebrarum* asperi *Venti*, vel *inundatio* subterraneorum spirituum: & allidant seipsos illi nostro, quod super Petrâ nostram *est*, ædificio: ut non solùm non cadat, sed neq; tantillùm

ἀρχὴν·

ἀρχὴν τὴν οἰκίαν, πάθωσι μᾶλλον
l. τὰ. *τὰ ὑφ' ἡμῶν ἐνεργοῦν ἤπερ δράσωσι.
καὶ λεγέτω γε ἑκάτερος ἡμῶν·
» πλήσσων τὰ ἀντικείμενα, οὕτω πυ-
» κτεύω, ὡς οὐκ ἀέρα δέρων.

» Ἀλλὰ καὶ ἐπεὶ ἐξῆλθεν ὁ σπεί-
» ρων τοῦ σπείρειν, δείξωμεν ὅτι ἡ
ψυχὴ ἡμῶν, ἔλαβε τὸν σπόρον αὐτοῦ·
οὔθ' ὡς οἱ παρὰ τὴν ὁδὸν, οὔθ' ὡς
τὰ πετρώδη· οὔθ' ὡς αἱ ἄκανθαι
l. ἁ. ἀλλ' ὡς ἡ ἀγαθὴ γῆ· *ὁ μὲν οὖν,
οὔτε παρὰ τὴν ὁδὸν· οὔτε ἐπὶ τὰς
l. ἦλθ. ἀκάνθας *ἦθεν ὁ λόγος τοῦ Ἰη-
σοῦ. τὸ ὅσον ἐφ' ἡμῖν, ἐν Κυρίῳ καυ-
χησόμεθα. Συνήκαμεν γὰρ τῶν
λεγομένων· διόπερ ὁ πονηρὸς οὐχ
l. καρδί. ἥρπασε τὸ ἐσπαρμένον ἐν ταῖς *δι-
αις ἡμῶν· ὅτι δ' οὐδὲ ἐπὶ τὰς ἀκάνθας
ἐσπάρη, πολλοὶ ἡμῖν μαρτυρήσουσι·
θεωροῦντες, ὅτι οὔτε ἡ τοῦ αἰῶνος τού-
του μέριμνα· οὔτε ἡ τοῦ πλούτου ἀπά-
τη, οὔτε αἱ τοῦ βίου ἡδοναὶ δεδύνην-
ται ἐμποδίσαι τῷ ἐν ταῖς ψυχαῖς
ἡμῶν λόγῳ τοῦ Θεοῦ· λοιπόν ἐστι τοὺς
ἀνθρώπους ἀμφιβάλλειν· πότερον
ἐπὶ τὰ πετρώδη, ἢ ἐπὶ τὴν καλὴν
ἦλθε τὸ ὅσον ἐφ' ἡμῖν ὁ τοῦ Θεοῦ λό-
γος. γέγονε γὰρ θλίψις καὶ δι-
ωγμὸς διὰ τὸν λόγον· καὶ ἐνέστη
καιρὸς μεγάλου πειρασμοῦ· ὅτι
ὁ μὲν ἐπὶ τὰ πετρώδη σπαρεὶς ἐλέγ-
χεται, καὶ οἱ μὴ ἐμβαθύναντες· μὴ
δὲ μέχρι τοῦ βάθους τῆς ψυχῆς
παραδεξάμενοι τὸν Ἰησοῦν. ὁ δὲ
συνιεὶς τὸν λόγον καρποφορεῖ· καὶ
κατέχει τὸν λόγον μέχρι τέλους
l. μονῇ. ἐν ὑπομονῇ* ποιῶν ἑκατονταπλα-

concutiatur Domus illa; *atque adeò* potiùs patiantur, quæ à nobis fiunt, quàm perpetrent *in nobis, quæ volunt*: dicatque unusquisque nostrûm, percutiens adversa illa; *Sic pugno, non quasi aërem verberans.* 1.Cor.9.26.

Verùm etiam, postquam *Seminator* ille *exiverit ad seminandum*: Mat.13.3 8. & v. 19-23. ostendamus, Animas nostras accepisse Semen ejus: non, sicut illi, qui *juxta viam* sunt, neque sicut terra petrosa, neque sicut spinæ; sed sicut terra bona. Siquidem ergo neque *juxta viam*, neque *inter spinas* cecidit Sermo Jesu; quantum in nobis est, in Domino gloriabimur: intelleximus enim, quę dicta sunt: quapropter Malus ille non rapuit id, quod satum fuit in cordibus nostris. Quòd autem neque *inter spinas* disseminatum fuerit; multi nobis testimonium perhibebunt, cùm viderint, neque *curas hujus seculi*, neque *seductionem divitiarum*, neque *vitæ voluptates*, potuisse impedire sermonem Dei, qui est in animabus nostris. Cæterùm possunt homines dubitare, an *super petrosam*, an super bonam Terram venerit, quantum ad nos, Sermo Dei? quia orta est afflictio & persecutio propter illum Sermonem, & instat tempus magnæ tentationis; quò, *qui super petrosa seminatus est*, & qui non profundè radicati sunt, neque ad profunditatem animæ suæ Jesum susceperunt, arguuntur: qui autem sermonem intelligit, fructus fert, & servat sermonem illum usque ad finem in tolerantiâ, afferens centu-

σίονα·

σιόνα· ἀκούομεν γὰρ, τίνα τρόπον ἡ γρα-
φὴ παριστᾷ, τοὺς μὲν ἐν καιρῷ θλί-
ψεως ἢ διωγμοῦ σκανδαλιζομένους·
μετὰ τὸ, ἐν χαρᾷ δοκεῖν παρειληφέναι
l. σκανδαλ. τὰ ἅγια μαθήματα· καὶ * σκαδαλι-
ζομένους τῷ μὴ ἔχειν αὐτοὺς ῥίζαν· ἀλ-
λὰ πρὸς καιρὸν πιστεύειν. φησὶ γὰρ· κατὰ
Matt.13.20, μὲν τὸν Ματθαῖον, Ὁ δὲ ἐπὶ τὰ πετρώδη
21. " σπαρεὶς, οὗτός ἐστιν ὁ τὸν λόγον ἀκούων·
" καὶ εὐθέως, μετὰ χαρᾶς λαμβάνων αὐ-
" τόν· οὐκ ἔχει δὲ ῥίζαν ἐν ἑαυτῷ· ἀλλὰ
l. πρόσκαιρός * πρὸς καιρός ἐστι· γενομένης δὲ θλί-
" ψεως ἢ διωγμοῦ διὰ τὸν λόγον, εὐθὺς
Marc.4.16, σκανδαλίζεται. κατὰ δὲ τὸν Μάρκον, οὗτοί
17. " εἰσιν οἱ ἐπὶ τὰ πετρώδη σπειρόμενοι·
" οἱ ὅταν ἀκούσωσι τὸν λόγον, εὐθέως μετὰ
" χαρᾶς λαμβάνουσι· καὶ οὐκ ἔχουσι ῥίζαν
" ἐν ἑαυτοῖς· ἀλλὰ πρόσκαιροί εἰσιν.
" ἐπὰν γενομένης θλίψεως ἢ διωγμοῦ
" διὰ τὸν λόγον, εὐθέως σκανδαλίζονται.
Luc.8.13. " κατὰ δὲ τὸν Λουκᾶν, οἱ δὲ ἐπὶ τὴν
" Πέτραν· οἳ ὅταν ἀκούσωσι, μετὰ χα-
" ρᾶς, δέχονται τὸν λόγον· καὶ οὗτοι ῥί-
" ζαν οὐκ ἔχουσιν. οἳ πρὸς καιρὸν πι-
" στεύουσι καὶ ἐν καιρῷ πειρασμοῦ
" ἀφίστανται περὶ τῶν καλῶς καρπο-
Matt.13.23. φορούντων διδάσκουσα, λέγει· ὁ
l. γῆν. " δὲ ἐπὶ τὴν καλὴν * γῆν σπαρεὶς,
" οὗτος ἐστιν· ὁ τὸν λόγον ἀκούων καὶ
" συνιείς· ὃς δὴ καρποφορεῖ καὶ ποιεῖ,
" ὁ μὲν, ἑκατὸν· ὁ δὲ ἑξήκοντα· ὁ δὲ
Marc.4.20. τριάκοντα· ἢ, καὶ εἰσὶν ἐπὶ τὴν
" γῆν τὴν καλὴν σπαρέντες, οἵτινες
" ἀκούουσι τὸν λόγον καὶ ἀποδέχονται·
" καὶ καρποφοροῦσιν ἐν τριάκον-
" τα· καὶ ἐν ἑξήκοντα, καὶ ἐν ἑκα-
Luc.8.15. " τόν· ἢ, τὸ δὲ εἰς τὴν καλὴν γῆν,

pla. Audimus enim, quomodo Scriptura presentet illos qui tempore afflictionis vel persecutionis scandalum concipiunt, postquam viderentur *cũ gaudio* suscepisse sanctas Doctrinas; & illos, qui offenduntur, eò quòd non habent radicem, sed ad tempus credunt. Ait enim, juxta *Matthaeum* quidem: *Qui super petrosa seminatus est, hic est, qui Verbum Dei audit, & statim cum gaudio accipit illud: non habet autem in ipso radicem, sed est temporarius; factâ autem tribulatione & persecutione propter verbum, citò scandalizatur.* Secundùm *Marcum* autem, *Hi sunt, qui super petrosa seminantur; qui cùm audierint Verbum illud, statim cum gaudio accipiunt illud; & non habent radicem in se, sed temporales sunt: quandoquidem ortâ tribulatione & persecutione propter Verbum confestim scandalizantur.* Secundùm *Lucam* verò, *Qui super Petram seminantur, sunt, qui quum audierint, cum gaudio suscipiunt Verbum illud: & hi radices non habent: qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.* De illis, qui bonos fructus ferunt, docens illa, dicit: *Qui verò in terram bonam seminatus est, hic est; qui audit Verbum illud, & intelligit: qui certè fructum affert, & facit alius quidem centesimum, alius autem sexagesimum, alius verò tricesimum*: Vel, *Et sunt, qui super terram bonam seminati sunt: qui audiunt Verbum illud, & suscipiunt; & fructificant triginta, & sexaginta, & centum.* Vel; *Quod autem in bonam terram;*

οὗτοί

» οὗτοί εἰσιν οἵτινες ἐν καρδίᾳ καλῇ καὶ
» ἀγαθῇ ἀκούσαντες τὸν λόγον, κατέχουσι
» καὶ καρποφοροῦσιν ἐν ὑπομονῇ.

Κατὰ τὸν Ἀπόστολον οὖν, ἐπεὶ Θεοῦ γε-
l. δομή. ὥργιον, Θεοῦ οἰκο*μή ἐστε, γεώργιον
» μὲν, ἐν τῇ ἀγαθῇ γῇ· οἰκοδομὴ δὲ ἐν
τῇ πέτρᾳ· ὡς οἰκοδομὴ Θεοῦ, στῶμεν
l. -στοι. ἀσει* πρὸς τὸν χειμῶνα· καὶ ὡς Θεοῦ γε-
l. μήτε. ὥργιον, † μὴ δὲ τοῦ πονηροῦ φροντίζω-
μεν, μήτε θλίψεως, ἢ διωγμοῦ τῶν διὰ τὸν λόγον γινομένων· μήτε τῆς τοῦ αἰῶνος τούτου μερίμνης ἢ τῆς ἀπάτης τοῦ πλούτου ἢ τῶν τοῦ βίου ἡδονῶν· ἀλλὰ πάντων τούτων καταφρονοῦντες, τὸ ἀμέριμνον τῆς σοφίας πνεῦμα ἀναλάβωμεν· καὶ ἐπὶ τὸν μηδαμῶς ἔχοντα ἀπάτην πλοῦτον σπεύδωμεν· καὶ ἐπὶ τὰς, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, ἡδονὰς τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς, ἐπειγώμεθα· καθ' ἕκαστον
» τῶν ἐπιπόνων λογιζόμενοι· ὅτι τὸ παρ-
» αυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν·
» καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν, αἰ-
» ώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται ἡμῖν·
» σκοπούντων ἡμῶν, οὐ τὰ βλεπόμενα·
» ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα.

Καὶ τοῦτο δὲ γινώσκωμεν· ὅτι τὸ εἰρημένον περὶ τοῦ Ἄβελ ἀναιρεθέντος ὑπὸ τοῦ ἀνθρωποκτόνου καὶ ἀδίκου Κάϊν, ἐφαρμόζει πᾶσιν, ὧν ἀδίκως ἐξεχύθη
» τὸ αἷμα· τὸ γὰρ, Φωνὴ αἵματος τοῦ
» ἀδελφοῦ σου βοᾷ πρός με ἐκ τῆς γῆς,
νομίσωμεν λέγεσθαι καὶ περὶ ἑκάστου τῶν μαρτύρων· ὧν ἡ φωνὴ τοῦ αἵματος,
f. ἀπὸ. βοᾷ πρὸς τὸν Θεὸν * ἐπὶ τῆς γῆς.

» Τάχα δὲ καὶ ὥσπερ τιμίῳ αἵματι τοῦ Ἰη-
» σοῦ ἠγοράσθημεν· Ἰησοῦ λαβόντος τὸ ὄνο-

seminatur, isti sunt, qui in corde probo & bono, cùm audierint Verbum illud, retinent, & fructum afferunt in patientiâ.

Ergò, posteaquam secundùm Apostolum, *Dei agricultura & Dei ædificium estis*; Agricultura quidem, in bonâ terrâ; ædificium verò in illâ Petrâ: tanquam *ædificium Dei* stemus immoti adversùs tempestatem; & tanquam *Dei agricultura*, neque Malum illum curemus, nec afflictionem aut persecutionem, quæ propter Verbum illud oriuntur; neq; solicitudines hujus seculi, aut fraudem divitiarum, aut vitæ hujus delicias: sed omnia ista contemnentes, † securum sapientiæ Spiritum recipiamus, & ad divitias omni fraude carentes properemus: & ad Voluptates, ut ita loquar, Paradisi deliciarum festinemus; in singulis molestiis cogitantes, *Quod in præsenti est momentaneum, & leve tribulationis nostræ; id supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur nobis: nobis*, inquam, *non spectantibus apparentia, sed quæ non videntur.*

1.Cor.3.9. — †*tranquillum.* — 2.Cor.4.17. 18.

Hoc etiam noscamus: quòd dictū de *Abele*, ab homicidâ & injusto *Caino* sublato, quadret in omnes, quorum sanguis injustè fusus est. Illud enim, *Vox sanguinis fratris tui, clamat ad me de terrâ*: putemus dici de unoquoque martyrū, quorum Vox sanguinis clamat ad Deum super terrâ. Gen.4.10.

Fortassis etiam, sicut *pretioso sanguine Jesu empti sumus*, Ipso Jesu No- 1 Petr.1.19

Phil. 2. 9. » μα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, οὕτως τῷ τιμίῳ αἵματι τῶν μαρτύρων ἀγορασθήσονται τινες· καὶ αὐτῶν πλεῖον παρὸ ὑψώθησαν αὐτοὶ δίκαιοι μὲν γενόμενοι μὴ μαρτυρήσαντες. λόγον γὰρ ἔχει τὸ ἰδίως τὸν μαρτυρίου θάνατον ὕψωσιν καλεῖσθαι ὡς
Joh. 12. 32. δῆλον ἐκ τοῦ, ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, » πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. Δοξάσωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς, ὑψώσαντες τῷ ἑαυτῶν θανάτῳ τὸν Θεόν· ἐπείπερ ὁ μαρτυρῶν, τῷ ἑαυτοῦ θανάτῳ δοξάζει τὸν Θεόν· ὅπερ καὶ αὐ-
Ibid v. 33. Joh 21. 19. τὸ ἀπὸ Ἰωάννου μεμαθήκαμεν εἰπόντος, » ταῦτα δὲ εἶπε, σημαίνων, ποίῳ θανάτῳ * δοξάσει τὸν » Θεόν.

l. ἤμελλεν ἀποθνήσκειν.

Ταῦτά μοι κατὰ τὸ δυνατὸν, ὡς οἷόν τε ἦν, πρὸς ὑμᾶς ὑπηγόρευται· ἅπερ εὐχόμενος ὑμῖν γενέσθαι πρὸς τὸν παρόντα ἀγῶνα χρήσιμα· εἰ δ' ὑμεῖς μάλιστα νῦν ὡς ἄξιοι πλείονα βλέπειν τῶν τοῦ Θεοῦ μυστηρίων μείζονα καὶ πλουσιώτερα καταλαμβάνοντες καὶ πρὸς τὸ προκείμενον ἀνυσιμώτερα, τούτων ὡς παιδικῶν καὶ εὐτελῶν καταφρονήσετε, κἀγὼ ἂν τὸ τοιοῦτον περὶ ὑμῶν εὐξαίμην· πρόκειται γὰρ ὑμῖν, οὐ τὸ δι' ἡμῶν αὐτὸ τελειοῦσθαι καθ' ὑμᾶς· ἀλλὰ τὸ ὅπως ποτὲ αὐτὸ τελειοῦσθαι· καὶ εἴθε γε αὐτὸ εἴη διὰ θειοτέρων καὶ συνετωτέρων, καὶ ὑπερεχόντων πᾶσαν ἀνθρωπίνην φύσιν λόγων καὶ σοφίας Θεοῦ.

ΤΕΛΟΣ.

men super omne Nomen accipiente; sic pretioso sanguine Martyrum, ementur nonnulli; (illisq; plures, quàm exaltati fuerunt;) qui justi quidem facti sunt, *quamvis* martyrium non passi fuerint. Habet enim rationem, quod *Mors martyrii* propriè appelletur *Exaltatio*. uti patet ex illo: *Si exaltatus fuero de terrâ, omnes traham ad meipsum.* Glorificemus igitur & nos, exaltando propriâ morte Deum; siquidem is, qui martyrium subit, suâ morte Deum glorificat. Quod ipsum etiam à *Johanne* didicimus, dicente: *Hæc autem dicebat, significans, quâ morte Deum esset glorificaturus.*

Hæc à me pro virili, & sicuti par erat, ad Vos dicta sunt; quæ, precor, ut vobis utilia sint ad præsens certamen. Si autem vos, nunc maximè, (utpote digni, qui majora videatis,) his DEI mysteriis majora & pretiosiora, & ad hoc propositum conducibiliora, comprehendatis: *adeoq;* hæc, tanquam puerilia & vilia, contemnetis: ego etiam ista hujusmodi de vobis optârim. Nobis enim propositum est, non ut per nos, quod in Vobis *est*, perficiatur; sed ut quomodocunque perficiamini. atque utinam *id* perficeretur, per diviniorem, & prudentiorem, & omni humanâ naturâ præcellentiorem Sermonem & Sapientiam DEI!

FINIS.



ἈΦΡΙΚΑΝΟΥ

Περὶ τῆς κατὰ Σωσάνναν ἱστορίας
ἐπιστολὴ πρὸς Ὠριγένην.

Καὶ

ὨΡΙΓΈΝΟΥΣ

πρὸς ἐκείνην ἀντιγραφή.

AFRICANI

De Historiâ Susannæ
epistola ad Origenem:

Et

ORIGENIS

ad illam Responsio.

Ἀφρικανοῦ περὶ τῆς κατὰ Σωσάνναν ἱστορίας.

D. Hœschelius hanc ep. edidit Græcè.

Χαῖρε κύριέ μου, καὶ υἱὲ, καὶ πάντων τιμιώτατε Ὠρίγενες, παρὰ Ἀφρικανοῦ.

Hœschel. ἐποιεῖς. I. -θης.

Ὅτι τῶν ἱερῶν* ἐποιοῦ πρὸς τὸν Ἀγνώμονα διάλογον ἐμνή*θεις τῆς ἐν νεότητι προφητείας τοῦ Δανιήλ· καὶ ὡς ἔπρεπεν, ἠσπασάμην τότε· θαυμάζω δὲ, πῶς ἔλαθέ σε τὸ μέρος τοῦ βιβλίου τοῦτο κίβδηλον ὄν· ἡ γάρ τοι περικοπὴ αὕτη χαρίεν μὲν ἄλλως *σύγγραμμα, ἀλλὰ σύγγραμμα, νεωτερικὸν † ὂν] καὶ πεπλασμένον δείκνυται, καὶ κατὰ πολλοὺς ἀπελέγχεται τρόπους· τῆς γὰρ Σωσάννης ἀποθανεῖν κεκελευσμένης, πνεύματι ληφθεὶς ὁ προφήτης ἐξεβόησεν, ὡς ἀδίκως ἡ ἀπόφασις ἔχοι· πρῶτον, ὅτι Δανιὴλ ἄλλῳ τρόπῳ προφητεύει ὁράμασι καὶ ὀνείροις διὰ παντὸς καιροῦ καὶ ἀγγέλου ἐπιφανείας τυγχάνει, ἀλλ' οὐκ ἐπιπνοίᾳ προφητικῇ· ἔπειτα μετὰ τὸ θαυμασίως πως οὕτως ἀποφθέγξασθαι, καὶ παραδοξότατά πως αὐτοὺς ἀπελέγχει ὡς οὐδὲ Φιλι*στίων ὁ μῖμος· οὐ γὰρ ἐξήρκει ἡ διὰ τοῦ πνεύματος ἐπίπληξις, ἀλλ' ἰδίᾳ διαστήσας ἑκάτερον, ἐρωτᾷ, ποῦ αὐτὴν τεθέαται μοιχωμένην; ὡς δὲ ὁ μὲν ὑπὸ πρῖνον ἔφασκεν, ἀποκρίνεται πρίσειν αὐτὸν τὸν ἄγγελον· τῷ δὲ ὑπὸ *σχῖνον εἰρηκότι σχισθῆναι παραπλησίως ἀπειλεῖ, ἐν μὲν οὖν ἑλληνικαῖς

H. τι γράμμα. H. deest. Arg. 1. Arg. 2. H. -στίωνος μῖμος. Arg. 3. I. σχῖνον.

Africani epistola de historiâ Susannæ.

SAlve Domine mi, & fili, atque omnium honoratissime *Origenes*, ab *Africano*.

Quum sacrum haberes colloquium * cum *Agnomone*; mentionẽ injeceras Prophetiæ Danielis adhuc Juvenis: atq; tunc, ut par erat, exosculatus sum. Miror autem, quî te latuerit, hanc illius libri partem adulterinã esse. Hæc enim sectio lepidum quidẽ scriptum est; sed scriptum comentũ. Novum autẽ esse & fictũ, ostenditur & multis evincitur modis. Cùm enim Susanna mori juberetur, Spiritu raptus Propheta exclamavit, injustã esse sententiam. *Unde* primum *argumentum*: quòd Daniel alio prophetet modo, *scil.* per visiones, & insomnia, *idq;* omni tempore (& Angeli apparitionem *interdum* obtinet) sed non item per afflatum Propheticum. Deinde, postquam mirum in modum sic exclamâsset, etiam insolentissimè illos redarguit; quomodo nec Philistionis Mimus *acturus fuisset*. Nõ enim suffecerat ei objurgatio per Spiritum *facta*; sed peculiari loco sejungens utrumque interrogat, Ubi eam viderit adulterium committentem? cùm autem alter, sub † *Primo*, dixisset; respondit, *fissurum* eum angelum: alteri, sub † *Schino*, dicenti; eum *scissum* iri, similiter minitatur, quæ quidem in Græcis

* ab Orig. in resp. appellatus Bassus. † ilice. † lentisco.

Φωναῖς

H. ..ναι l. σχ- l. -ίδι φωναῖς τὰ τοιαῦτα ὁμοφωνεῖν συμβαίνειν παρὰ τὸ πρῖνον τὸ πρίσαι, καὶ σχίσαι παρὰ τὸν * σχῖνον· ἐν δὲ τῇ ἑβραΐδι, τῷ παντὶ διέστηκεν· ἐξ ἑβραίων δὲ τοῖς Ἕλλησι μετεβλήθη πάνθ᾽ ὅσα τῆς παλαιᾶς διαθήκης φέρεται.

Hœsch. παρὰ Ἰουδαίοις· οἱ αἰχ- H. deest H. ἱστορεῖται. H. αὐτῶν. Πῶς δὲ * παρὰ Χαλδαίοις αἰχμάλωτοι ὄντες ἐν τῇ Βαβυλῶνι, ἀστραγαλωμένοι καὶ ἐν ταῖς πλατείαις † ἄταφοι] ῥιπτόμενοι, ὡς ἐν τῇ προτέρᾳ αἰχμαλωσίᾳ τοῦ Ἰσραὴλ * ἱστόρηται, τῶν τε παίδων * αὐτοῖς ἀποσπωμένων εἰς εὐνουχισμὸν καὶ τῶν θυγατέρων εἰς παλλακάς, ὡς προεπροφήτευτο· οἱ δὲ περὶ θανάτου ἔκρινον· καὶ ταῦτα τῇ βασιλέως αὐτῶν γενομένῃ γυναικὶ Ἰωακεὶμ, ὃν σύνθρονον πεποίητο ὁ Βαβυλωνίων βασιλεύς. Εἰ δὲ οὐχ οὗτος, ἀλλ᾽ ἄλλος τις τοῦ λαοῦ * Ἰακεὶμ, (l. Ἰωακ.) πόθεν τοιαύτη κατάλυσις αἰχμαλώτῳ περιῆν, καὶ παράδεισος ἀμφιλαφὴς ἦν;

H. πρὸς δὲ τούτοις ἅπασιν. H. δυοῖν. H. τῷ. H. μένῳ. H. τῶν προοδ- l. ἑτέρου κέχρηται] ῥητῶν. † Πρὸ δὲ τούτων ἁπάντων, ἤδη ἡ περικοπὴ σὺν ἄλλοις * δύο τῇ ἐπὶ τῷ τέλει * τῆς παρὰ τῶν Ἰουδαίων εἰλημμένων † μένων Δανιὴλ οὐκ ἐμφέρεται· ἔπειτα δὲ πᾶσι τοσούτων † προωδοιπορηκότων προφητῶν ἑξῆς οὐδεὶς † ἐστὶν ἑτέρου κεχρημένος ῥητῷ] νοήματι· οὐ γὰρ ἐπτώχευσεν ὁ λόγος αὐτῶν ἀληθὴς ὤν· οὗτος δὲ ἐκείνων θατέρῳ ἐπαπειλῶν ὑπομιμνήσκει λέγοντος τοῦ Κυρίου· * ἀθῷον (l. ἀθῷον.) καὶ δίκαιον οὐκ ἀποκτενεῖς.

H. deest. H. προσκ- l. ἐστι. Ἐξ ἁπάντων † τούτων] ἐμοὶ δοκεῖ † προσκεῖσθαι ἡ περικοπὴ, ἀλλὰ καὶ τῆς φράσεως ὁ χαρακτὴρ διαλλάττει.

vocibus, quod ad sonū convenire contingit; ducendo, à † *Prino* fissuram, & à † *Schino* scissuram: sed in Hebræâ linguâ hæc omninò differunt. atqui ex hebræo Græcis traducta sunt, quæcunque Veteris Testamenti esse dicuntur. († ilice. † lentisco.)

Item, Quomodo captivi inter Chaldæos, talorum lusu venditi & distracti, & in plateis insepulti abjecti; (sicut in priori captivitate Israëlis commemoratur) cùm filii ipsis raperentur, ut eunuchi fierent, & filiæ, ut pellices essent; sicut à Prophetis prædictum erat: *quomodo, inquam*, hi de morte judicium fecissent, & hoc quidem contra illam, quæ uxor erat Regis ipsorum *Joacimi*; quem secum in thronum asciverat Rex Babyloniorum? Quòd si non iste, sed alius ex populo *fuerit* ille *Joacimus*; unde illi captivo tantæ ædes & hortus tam speciosus & amplus? Arg. 4. Ps. 79.2, 3. Jer 16. 3, 4. Es. 39. 7. Arg. 5.

Imprimis verò *obstat*, quòd hæc sectio cum aliis duabus, quæ circa finem sunt, non continetur in iis, quæ Danielis nomine à Judæis acceptantur. Posthæc omnia, cùm tot præcesserint Prophetæ; nullus è posterioribus alterius expressâ sententiâ usus est; (non enim indigebat ejus sermo eorum, qui verus erat) iste autem, cùm horum utrique minitaretur, commemorat Dominum dicentem: *Innoxium & justum non occides.* Arg. 6. Arg. 7. Ex. 23. 7.

Ex his omnibus mihi videtur, hæc sectio adjecta: quanquam etiam dictionis character differat. Arg. 8.

H. τῇ ὑϊ ἔκρουσα· σὺ δέ μοι † ἤχησον· καὶ ἀν-
τιγράφων παίδευε. τοὺς Κυρίους μου
πάντας προσαγόρευε· σὲ οἱ ἐπιστά-
μενοι πάντες προσαγορεύουσιν· ἐῤ-
H. -νοίᾳ. ῥῶσθαί σε ἅμα τῇ συνοδίᾳ καὶ κα-
τὰ νοῦν εὔχομαι.

Pulſavi: tu autem mihi † reſona: † reſpo-
& reſpondendo erudi. Omnes de.
meos Dominos ſaluta. Te omnes
docti ſalutant. Te quoque unà
cum comitatu, valere ex animo
precor.

ΩΡΙΓΕΝΗΣ ἈΦΡΙΚΑΝΩ.
ἀγαπητῷ ἀδελφῷ, ἐν Θεῷ
Πατρὶ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἁγίου
Ald ἑαυτῆς. » τὸν υἱὸν * αὐτῆς τὸν τεθνεῶτα] ἐκ † οίμισεν
τὸν τεθνηκότα.
l. -ομ- » ἐν τῷ κόλπῳ μου, καὶ ἀνέστην τὸ πρωΐ
l. -σαι. » θηλά*ση τὸν υἱόν μου· καὶ ἐκεῖνος
» ἦν τεθνηκώς. καὶ ἰδοὺ κατενόησα
Al. deest. » αὐτὸν πρωΐ * θηλάσαι,] καὶ ἰδοὺ
» οὐκ ἦν ὁ υἱός μου ὃν ἔτεκον· καὶ εἶπεν
» ἡ γυνὴ ἡ ἑτέρα [οὐχί· ἀλλ' ὁ υἱός σου
[des. Aldo] ἐστὶν ὁ νεκρὸς· ὁ υἱὸς δὲ ὁ ἐμὸς ὁ ζῶν·
» ἡ δὲ ἄλλη καὶ αὐτὴ ἔλεγεν·] οὐχί·
» ἀλλ' ὁ υἱός μου ὁ ζῶν· ὁ δὲ υἱός σου
» ὁ τεθνηκώς· καὶ ἐλάλησαν ἐνώ-
» πιον τοῦ βασιλέως, καὶ εἶπεν ὁ βα-
Ald. αὐταῖς. σιλεὺς * αὐτοῖς· σὺ λέγεις, οὗτός
» μου ὁ υἱὸς, ὁ ζῶν· καὶ ὁ υἱὸς ταύτης
Ald. ὅτι οὐχί. ἀλλ' ὁ. ὁ τεθνηκώς. καὶ σὺ λέγεις * οὐχί,

dit, fissurum eum Angelum, : alteri verò, sub Schino, *dicenti; eum scissumiri, similiter minitatur.*] Opportunè *scilicet* attribues aliud huic simile narratum in tertio Regum, (quod & ipse confiteberis rectè saneq; in acta publica relatum) eidē *Philistionis* mimo. Sic autem verba habent ex libro Regum: *Tunc comparuerunt duæ mulieres meretrices apud Regem, & steterunt coram eo. Et dixit mulier una: In me sit, Domine mi! Ego & mulier hæc habitavimus in unâ domo, & peperimus in illâ domo: & factum est tertiâ die, postquam ego peperi, peperit & hæc mulier: & eramus simul, nullusq; alius erat in domo nostrâ, exceptis nobis duabus in illâ domo. Et mortuus est filius mulieris hujus eâ nocte; utpote quæ dormiens jacuit super eum; surrexitq; mediâ nocte, & sumsit filium meum ab ulnis meis, & ego famula tua dormiebam: & dormiebat illa in sinu ipsius; & filium suum mortuum transtulit in sinum meum: & surrexi manè, ut lactarem filium meum, & ille erat mortuus. Et ecce! attentè consideravi eum manè: & ecce non erat filius meus, quem pepereram. Et respondit altera mulier: Non; sed filius tuus est ille mortuus, filius autem meus est vivus ille. Altera verò ipsa quoque dixit: Non; sed filius meus est hic vivus, filius autem tuus mortuus est. Et loquebantur ita coram Rege. Dixit ergo Rex ad eas: Tu dicis: hic est filius meus, qui vivit; & filius istius est mortuus. & tu dicis: Non;*

ἀλλ'

„ ἀλλ' ὁ υἱός μου ὁ ζῶν· ὁ δὲ υἱός σου ὁ τε-
„ θνηκώς· καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς· λά-
„ βετέ μοι μάχαιραν· καὶ προσήνεγ-
„ καν τὴν μάχαιραν ἐνώπιον τοῦ βα-
„ σιλέως· καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς, διέλε-
V. Not. τε τὸ † παιδίον τὸ ζῶν, εἰς δύο· καὶ δότε
„ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ ταύτῃ· καὶ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ
„ ταύτῃ· καὶ ἀπεκρίθη ἡ γυνὴ, ἧς ὁ υἱὸς
V. Not. * ἦν ὁ ζῶν πρὸς τὸν βασιλέα· ὅτι ἐτα-
Ald. ἐπλ. ράχθη ἡ μήτρα αὐτῆς * ἐν τῷ υἱῷ αὐτῆς.
„ καὶ εἶπεν, ἐν ἐμοὶ Κύριε· δότε αὐτῇ
V. Not. τὸ παιδίον * τὸ ζῶν,] καὶ θανάτῳ
„ μὴ θανατώσητε αὐτὸ, καὶ αὐτὴ εἶπε·
A. ταύτῃ μήτε ἐμοὶ, μήτε * αὐτῇ ἔσω, διέλετε·
„ καὶ ἀπεκρίθη ὁ βασιλεὺς, καὶ εἶπε·
„ δότε τὸ παιδίον * τῇ εἰπούσῃ· δότε
V. Not. αὐτῇ † τοῦτο, καὶ θανάτῳ μὴ θανατώ-
A. αὕτη ἡ μήτηρ. σητε αὐτὸ, † αὕτη γὰρ μήτηρ αὐτοῦ· καὶ
V. Not. ἤκουσε πᾶς Ἰσραὴλ τὸ * κρίμα ὃ ἔκρινεν
„ ὁ βασιλεὺς. καὶ ἐφοβήθησαν ἀπὸ προσ-
„ ώπου τοῦ βασιλέως· ὅτι εἶδον ὅτι φρό-
V. Not. νησις Θεοῦ ἐν αὐτῷ † τοῦ ποιεῖν δικαίωμα.

Εἴπερ γὰρ χρὴ περὶ τῶν φερομένων ἐν
ταῖς Ἐκκλησίαις ἀποφαίνεσθαι χλευα-
l. ἑταιρῶν στικῶς μᾶλλον τὸ περὶ τῶν δύο * ἑτερῶν
l. ἱστοριῶν † ἱστοριῶν τῷ Φιλιστίωνος † νομίμῳ· ἢ
l. μίμῳ. τὸ περὶ τῆς σεμνῆς Σωσάννης ὁμοιῶσαι
ἐχρῆν· καὶ ὥσπερ οὐκ ἤρκει πρὸς πει-
θὼ τοῦ λαοῦ τὸ εἰπεῖν Σολομῶντα· δότε
τῇδε τὸ ζῶν παιδίον· αὕτη γάρ ἐστιν ἡ μή-
τηρ αὐτοῦ· οὕτως οὐκ ἤρκει ἡ πρὸς τοὺς
πρεσβυτέρους ἐπίπληξις τοῦ Δανιὴλ μὴ
πρὸς παραλαμβανομένου τοῦ ἐκ στό-
ματος αὐτῶν ἐλέγχου· εἰπόντων μὲν ὑπό
τι δένδρον αὐτὴν ἑωρακέναι, κοιμωμέ-
νην μετὰ τοῦ νεανίσκου· μὴ μὴν συμφωνη-
σάντων, περὶ τοῦ τί δένδρον ἦν·

sed filius meus vivit : filius autem tuus est mortuus iste. Dixit ergo Rex : Afferte mihi gladium. & attulerunt gladium coram Rege. Et dixit Rex; Dividite infantem in duas partes , & date dimidium uni , & dimidium alteri. Et respondit mulier, cujus filius erat vivus , ad Regem; (quia commovebantur viscera ejus super filio suo :) dixitq́, In me sit, *Domine : Date huic infantem vivum , & morte non afficite illum. Altera verò dixit : nec mihi , nec isti* sit, *sed dividite. Et respondit Rex, dixitq́ : Date isti infantem, quæ hoc dixerat : date illi eum, & morte ne perimatis eum; hac enim mater ejus* est. *Et audivit totus Israël judicium, quod judicaverat Rex: & timuerunt à facie Regis ; quia videbant, sapientiam Dei esse in eo , ad faciendum judicium.*

Enimverò, si liceret de iis, quæ in Ecclesiis habentur , pronunciare cavillatoriè; potiùs historia duarum meretricum, quàm venerabilis *Susannæ*, illi *Philistionis* Mimo comparanda esset. Ac veluti non sufficiebat ad persuadendum populum , dicere *Solomonem : Date huic vivum infantem: hac enim est mater ipsius* : ità non sufficiebat *Danielis* reprehensio illorum Seniorum , nisi simul argumentum ex proprio illorum ore assumsisset; illis quidem dicentibus, sub aliquâ illam arbore, se vidisse cubantem cum Juvene; non tamen consentientibus, Quæ arbor fuisset.

Καὶ

Καὶ ἐπείπερ ὡς καταλαβὼν ἔφασκες ἐξ † ἐπινοίας τοῦ Δανιὴλ κεκρικέναι τὰ περὶ τοὺς πρεσβυτέρους· τάχα μὲν οὕτως ἐλέγχοντα, τάχα δὲ ἑτέρως· πρόσχες· καὶ ταῦτα παραπλήσια δοκεῖ μοι εἶναι τὰ κατὰ τὸν Δανιὴλ τῇ κρίσει τοῦ Σολομῶντος· περὶ οὗ μαρτυρεῖ ἡ γραφή· ὅτι εἶδεν ὁ λαὸς, ὅτι φρόνησις Θεοῦ ἐν αὐτῷ τοῦ ποιεῖν δικαίωμα· τοῦτο ἂν δύναιτο λέγεσθαι καὶ περὶ τοῦ Δανιήλ· ὅτι φρονήσεως οὔσης ἐν αὐτῷ † τῷ ποιεῖν δικαίωμα· ἐκρίθη τὰ ἀναγεγραμμένα περὶ τῶν πρεσβυτέρων.

al. ἐπιπνοίας τὸν Δ. — l. τοῦ.

Καὶ τοῦτο δὲ μικροῦ δεῖν, ἔλα*βέ με· ἀναγκαῖον παρατεθῆναι περὶ τοῦ πρίνου πρίσειν· καὶ † σχίνου σχίσειν· ὅτι ἐν ταῖς ἡμετέραις γραφαῖς κεῖνται τινες οἱονεὶ † ἐτυμελετίαι· αἵτινες, παρὰ μὲν ἑβραίοις, οἰκείως ἔχουσι· παρὰ δὲ ἡμῖν, οὐχ ὁμοίως· οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν, ᾠκονομηκέναι τοὺς ἑρμηνεύσαντας τὰ περὶ τὴν Σωσάνναν ἀνευρεῖν ἤτοι σύμφωνον τῷ ἑβραϊκῷ, οὐ γὰρ πείθομαι † ἀνάλογον εἶναι τῷ συμφωνοῦντι [τῷ ἑβραϊκῷ] † ὀνόματι παρώνυμον· πῶς δὲ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ γραφῇ κεῖται τὸ τοιοῦτον παραστήσομεν. Φησὶν ὁ Ἀδὰμ ἐπὶ τῇ γυναικὶ, οἰκοδομηθείσῃ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐκ τῆς πλευρᾶς τοῦ ἀνδρὸς, Αὕτη κληθήσεται γυνὴ, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη. Φασὶ δὲ οἱ ἑβραῖοι· Ἐσσὰ μὲν καλεῖσθαι τὴν γυναῖκα· δηλοῦσθαι δὲ ἀπὸ τῆς λέξεως τὸ ἔλα†βον· ὡς δῆλον ἐκ τοῦ· χὼς ἰσουὰθ ἐσσά· ὅπερ ἑρμηνεύεται, Ποτήριον σωτηρίου λήψομαι· Ἲς δὲ τὸν ἄνδρα·

l. -θέ. — Resp. ad Arg. 3. — l. σχίνου. — l. ἐτυμολογίαι. — al. ἢ ἀνάλογον τῷ συμφ. τῷ ἑβραϊκῷ. — f. ὀνόματι. — Gen. 2. 23. — l. -βον. — Ps. 116. 13.

Porrò, quandoquidem (ac si compertum haberes) dixeras: *Danielem* ex † consilio suo judicâsse causam illorum Seniorum, fortè sic, fortè aliter arguentem: attende: Etiam ista, per *Danielem* gesta, mihi videntur similia judicio illi *Solomonis*: de quo testatur Scriptura, *Vidisse populum, quòd sapientia Dei in eo* esset, *faciendi judicium.* Hoc utique dici etiam posset de *Daniele*: videlicet, cùm *sapientia in ipso esset faciendi judicium*, judicata esse, quæ scripta sunt de illis Senioribus.

† inspiratione.

Et hoc certè, parum abfuit, quin omiserim; necessarium, ut apponatur: *scil.* de *Prino*, fissuram; & *Schino*, scissurâ *resonante.* nempe, In nostris Scripturis extare quasdā velut etymologias, quæ apud hebræos quidē similiter habent; sed apud nos nō item. Nil igitur mirū, Interpretes *sic versionem* administrâsse in his de *Susanná* scriptis, ut invenirent sanè aliquid hebræo consonum. non enim credo; hebraïcis dictionibus sono convenientibus similia esse Nomina *nostra* denominativa. Quomodo verò in nostrâ Scripturâ talia ponantur, repræsentabimus. Dicit *Adam* de fœminâ, ædificatâ à Deo ex latere Viri: *Hæc vocabitur mulier, quia ex virō suo sumta est.* Ajunt autem Hebræi: *Essa* quidem vocari Mulierem; sed, declarari à dictione *Sumsit*, uti patet ex illo: CHOÔS. ISUATH. ESSA'. quod interpretatur: *Poculum Salutaris* SUMAM. *Is* autem Virum *denotat.*

ὡς φα-

ὡς φανερὸν ἐκ τοῦ, ἐσρῆ αἴς· ὅπερ ἐστὶ· Μακάριος ἀνὴρ· κατὰ μὲν οὖν ἑβραίους ἲς καὶ ἐσσὰ ἀνδρὸς, ὅτι ἀπὸ ἲς ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη αὕτη· Οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν ἑρμην* εῦσαι τινὰς] τὸ περὶ Σωσάννης ἑβραϊκὸν, ἐν ἀπορρήτοις, ὡς εἰκὸς, πάλαι παρ' αὐτοῖς κείμενον· καὶ παρὰ τοῖς φιλομαθεστέροις καὶ φιλαληθεστέροις σωζόμενον· ἤτοι κυρίως ἐκδεδωκέναι τὰ τῆς λέξεως· ἢ εὑρηκέναι τὸ ἀνάλογον τοῖς κατὰ τὸ ἑβραϊκὸν παρωνύμοις, ἵνα δυνηθῶμεν οἱ ἕλληνες αὐτοῖς παρακολουθῆσαι. καὶ γὰρ ἐπ' ἄλλων πολλῶν ἐστιν εὑρεῖν οἰκονομικῶς τὰ ὑπὸ τῶν ἑρμηνευσάντων ἐκδεδομένα· ἅπερ ἡμεῖς τετηρήκαμεν συνεξετάζοντες πάσας τὰς ἐκδόσεις ἀλλήλαις.

V. Not.

l. ἀποτυχόντας τινας

uti patet ex illo, Esre A'is. quod est, *Beatus vir.* Secundùm Hebręos igitur Is & Essa' Viri *nomen resonant* : quia hæc ab Is, *Viro suo*, sumta *est.* Non igitur mirum est ; Interpretes quosdam Hebraici de *Susanná* textûs (in suppressis, ut videtur, *libris* olim apud illos habiti, & apud doctiores & veritatis amantiores conservati) aut primitivas edidisse dictiones, aut invenisse similia hebraïcis denominativa ; ut possemus nos Græci quoque illos imitari. Etenim in multis aliis invenire licet, quæ ab Interpretibus, prout res quæque poscebat, edita fuerunt : quæ quidem nos observavimus, cùm omnes editiones inter se collatas examinaremus.

Psal. 1. 1.

Πρὸς τούτοις ἐπαπορεῖς αὐταῖς λέξεσι, πῶς αἰχμάλωτοι ὄντες ἐν τῇ Βαβυλῶνι ἀστραγαλωμένοι, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις ἄταφοι ῥιπτούμενοι, ὡς ἐν τῇ προτέρᾳ αἰχμαλωσίᾳ τοῦ Ἰσραὴλ ἱστόρηται, τῶν παίδων αὐτοῖς ἀποσπωμένων εἰς εὐνουχισμὸν, καὶ τῶν θυγατέρων εἰς παλλακὰς, ὥσπερ προεφήτευ†το. οἱ δὲ περὶ θανάτου ἔκρινον, καὶ ταῦτα τῇ τοῦ βασιλέως αὐτῶν γενομένῃ γυναικὶ Ἰωακεὶμ, ὃν πάρθρονον * πεποίητο ὁ Βαβυλωνίων βασιλεὺς; εἰ δὲ οὐχ † οὕτως, ἀλλ' ἕτερος δὲ τοῦ λαοῦ Ἰωακεὶμ· πόθεν τοιαύτη κατάλυσις αἰχμαλώτῳ περιῆν· καὶ παράδεισος ἀμφιλαφὴς ἦν;

l. -ται.

l. ἐπεπ-

l. ἕτερος.

Præterea dubitas his ipsis verbis : *Quomodo captivi in Babylone, lusu talorum distracti, & qui insepulti in plateis projiciebantur (sicut in priori captivitate Israëlis commemoratur) filiis ipsorum abreptis, ut Eunuchi ; & filiabus, ut pellices essent ; sicut à Prophetis prædictum fuit:* Quomodo, inquam, *hi tales de morte judicârint ; & quidem contra uxorem Regis sui* Joacimi ; *quem Rex* Babylonis *ejusdem secum throni participem fecit ? Si autem non iste* denotatur, *sed alius ex populo* Joacimus ; *unde illi captivo tantæ ædes superer ant, & hortus speciosus & amplus ?*

Repet. Arg. 4. & 5.

Esaj. 39. 7.

Πόθεν δὲ λαβὼν * ἔλεγε τὸ * ἀστραγαλωμένοι καὶ ἐν ταῖς πλατείαις ἄταφοι ῥιπτούμενοι; ἢ ὅσον ἐπ' ἐμῇ γνώσει ἀπὸ τοῦ Τωβία· περὶ οὗ

l. ἔλεγες.
al. ἀστραγαλ.,

Unde verò acceperas, quod dixisti : *Jactu talorum distracti, & in plateis insepulti projecti?* nisi, quantum ego novi, ex *Tobiâ* : de quo

Resp. ad Arg. 4.

Tob. 2. 3.

Al. σαρχηδόνος. βασιλέως * Ἀχερδόνος, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν διοίκησιν· καὶ λέγεται, ὅτι ἦν ὁ Ἀχιάχαρος οἰνοχόος, καὶ ἐπὶ τοῦ δακτυλίου, καὶ διοικητὴς, καὶ ἐκλογιστής. Καὶ ὁ Μαρδοχαῖος δὲ, περὶ τὴν αὐλὴν διετέλει τοῦ βασιλέως· καὶ τοσαύτην εἶχε παῤῥησίαν πρὸς αὐτὸν, ὥστε καὶ ἐν εὐεργέταις ἀναγεγράφθαι τοῦ Ἀρταξέρξου· ἔτι δὲ καὶ ἐν τῷ Ἔσδρᾳ Νεεμίας, οἰνοχόος τοῦ βασιλέως καὶ εὐνοῦχος αὐτοῦ, Ἑβραῖος τῷ γένει, ᾐτήσατο τὰ περὶ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ, καὶ ἔτυχεν. ὥστε μετὰ πλειόνων ἐπιτραπῆναι ἀπελθεῖν ἀνορθῶσαι τὸν ναόν.

Τί οὖν θαυμαστὸν τὸ παράδεισον καὶ οἰκίαν, καὶ κτῆμα γεγονέναι τινὸς Ἰωακεὶμ, εἴτε πολυτελὴς, εἴτε καὶ μετρία ἦν; οὐ γὰρ σαφῶς δηλοῦται ἀπὸ τῆς γραφῆς τὸ τοιοῦτον.

Ἀλλὰ φής· πῶς περὶ θανάτου ἔκρινον ἐν αἰχμαλωσίᾳ τυγχάνοντες; οὐκ οἶδα πόθεν ἀμφιβάλλων τὸ βασιλέως εἶναι γυναῖκα διὰ τὴν ὁμωνυμίαν τοῦ Ἰωακεὶμ τὴν Σωσάνναν; λεκτέον δὲ, ὅτι οὐδὲν παράδοξον, μεγάλων ἐθνῶν ὑποχειρίων γενομένων, πρὸς βασιλέως συγκεχωρῆσθαι τοῖς οἰκείοις νόμοις χρῆσθαι τοὺς αἰχμαλώτους, καὶ τοῖς δικαστηρίοις. Καὶ νῦν γοῦν Ῥωμαίων βασιλευόντων, καὶ Ἰουδαίων τὸ δίδραχμον αὐτοῖς τελούντων, ὅσα συγχωροῦντος Καίσαρος ὁ ἐθνάρχης παρ' αὐτοῖς δύναται ὡς μηδὲν διαφέρειν βασιλεύοντος τοῦ ἔθνους· ἴσμεν οἱ πεπειραμένοι.

Regis Acherdonis, & super omnem gubernationem: diciturque, *Fuisse Achiacharum Pincernam, & annuli Custodem, & Administratorem, & rationibus Præfectum.* Tob. 1.22. Sic & *Mardochæus* in aulâ Regis degebat; tantaque pollebat auctoritate apud eum, ut inter Benefactores adscriberetur *Regis Artaxerxis.* Esth. 2.19. & 23. Adhæc quoque in *Esdra, Nehemias* Regis Pincerna & Eunuchus ejus (*quamvis* genere Hebræus) petiit ædificationem Templi, & obtinuit; sic, ut ipsi cum pluribus permissum fuerit, abire ad instaurandum Templum. 2.Esd.1.fin.

Resp. ad Arg. 5. Quid igitur mirum; si hortum, & Domum ac prædium habuerit quidam *Joacimus*; sive *Domus illa* pretiosa fuerit, sive mediocris? nihil enim hujuscemodi clarè manifestatur in Scripturâ.

Resp. ad Arg. 4. Sed, inquis, *Quomodo de morte judicarunt qui erant in captivitate?* Nescio, unde dubites, Regis'ne fuerit Conjux illa *Susanna*; propter nominis *Joacim* ambiguitatem? Dicendum autem: non esse absurdum, si magnis gentibus subactis, à Rege concedatur, ut suis legibus & tribunalibus utantur captivi. Certè nunc temporis Romanis imperantibus, & Judæis Didrachmum ipsis pendentibus; quanta permissu Cæsaris, †Præfectus populi apud illos possit: ut non aliter vivant, quàm dum regnaret ille populus: id experti scimus.

† Ethnarcha.

Γίνεται δὲ καὶ κριτήρια λεληθότως κατὰ τὸν νόμον, καὶ καταδικάζονταί τινες τὴν ἐπὶ τῷ θανάτῳ· οὔτε μετὰ τῆς πάντη εἰς τοῦτο παῤῥησίας, οὔτε μετὰ τοῦ λανθάνειν τὸν βασιλεύοντα· καὶ τοῦτο ἐν τῇ χώρᾳ τοῦ ἔθνους πολὺν διατρίψαντες χρόνον μεμαθήκαμεν καὶ πεπληροφορήμεθα· καίτοιγε ὑπὸ Ῥωμαίοις δύο φυλαὶ μόναι εἶναι ἱστόρηνται, ἥ τε Ἰούδα καὶ Βενιαμὶν· ἔστω δὲ καὶ λευιτική· οἱ παρὰ τὸν λαὸν Ἰούδα
l. υἱοὶ Ἰσ. † ἰσραὴλ, δέκα ἦσαν φυλαὶ καὶ εἰκὸς ἀρκεσθέντας τοὺς Ἀσσυρίους τῷ ὑποχειρίους αὐτοὺς ἔχειν, ἐπιτετραφέναι αὐτοῖς τὰ οἰκεῖα δικαστήρια.

Fiunt autem interdum judicia clam secundùm Legem, ut condemnentur nonnulli eorum ad mortem; non equidem cum omni omninò ad hoc licentiâ; nec tamen clanculum & inscio eo, qui regnat. Id quod, cùm in regione hujus gentis longo tempore essemus commorati, didicimus, & certò persuasi sumus. Quamvis sub Romanis tantùm duæ Tribus ferantur esse, *Juda* nempe atque *Benjamin*. esto verò, *fuerit* etiam *Levitica*. Filii *Israëlis*, preter populum *Juda*, Decem erant Tribus: & verisimile est, satis fuisse *Assyriis*, quòd subjugatos illos tenerent; cæterùm, concessisse illis propria tribunalia.

Repet. Arg. 7. Εὗρον οὖν ἐν τῇ ἐπιστολῇ, καὶ τοῦτο αὐταῖς λέξεσι τὸ, ἐπὶ δὲ πᾶσι τοσούτων προωδοιπορηκότων προφητῶν, τῶν τε ἑξῆς, οὐδεὶς ἕτερος ἑτέρου κέ-
l. ῥητῷ. χρηται † ῥητῶν νοήματι· οὐ γὰρ ἐπτώ-
l. αὐτῶν. χευσεν ὁ λόγος † αὐτοῦ ἀληθὴς ὤν.

Inveni & istud in tuâ epistolâ, hisce verbis: *Postremò omnium, cùm tot Propheta, (Danielem) antecesserint & secuti fuerint; nunquam alter alterius usus est disertâ sententiâ: non enim hujus indigebat Sermo eorum, cùm ipse quoque verus esset.*

Resp ad Arg. 7. Οὐδῶσι δὲ ἐκείνων θατέρῳ ἐπαπει-
l. -σκησε, λῶν, ὑπομιμνή † σκησε λέγοντος τοῦ
Ex. 23. 7. „ Κυρίου· ἀθῷον καὶ δίκαιον οὐκ ἀπο-
Susan. v 53. κτενεῖς, καὶ ἐθαύμασα, πῶς πολλὰς διατριβὰς ἔχων ἐν ταῖς ἐξετάσεσι καὶ μελέταις τῆς γραφῆς· οὐ τετήρηκας συγχρωμένους προφήτας προφητῶν λόγοις σχεδὸν αὐταῖς λέξεσι· τίς γὰρ οὐκ οἶδε καὶ τῶν πολλῶν πι-
Es. 2. 2. & 4. „ στῶν κείμενον [illegible] Ἡσαΐᾳ τὸ Ἔσται
„ ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐμφα-
„ νὲς τὸ ὄρος Κυρίου καὶ ὁ οἶκος
Ald. ἄκρω. „ τοῦ Θεοῦ ἐπ' * ἄκρων τῶν ὀρέων, καὶ
„ ὑψωθήσεται ὑπεράνω τῶν βουνῶν,

Sic verò dum illorum alteri (*Daniel*) minitatur, in memoriam tibi revocet dictum Domini, *Innoxium & justum non occides.* Et sanè miratus sum, qui tu, multùm versatus in examinibus & meditationibus Scripturæ, non observâris; Prophetas Prophetarum sermonibus ferè iisdem verbis usos esse. Quis enim nescit, etiam de vulgo credentium, positum in *Esaja*? illud: *In ultimis diebus illustris erit mons Domini, & Domus Dei in summitate montium: & exaltabitur super omnes colles, &*

καὶ

καὶ ἥξουσιν * ἐπ' αὐτὸ πάντα τὰ ἔθνη· καὶ πορεύσονται ἔθνη πολλά, καὶ ἐροῦσι· δεῦτε, ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ· καὶ ἀναγγελεῖ ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορευσόμεθα ἐν αὐτῇ, ἐκ γὰρ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου † ἐν Ἱερουσαλήμ· καὶ κρινεῖ ἀνὰ μέσον τῶν ἐθνῶν, καὶ * κρινεῖ λαὸν πολύν· καὶ συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα, καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα· καὶ οὐ λήψεται ἔθνος ἐπ' ἔθνος μάχαιραν· καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν.

& venient omnes gentes ad eum: & proficiscentur multi populi, dicentq; : Venite, ascendamus in montem Domini, & ad Domum Dei Jacob: & annunciabit nobis viam suam, & ambulabimus in ea. nam, è Sione exibit Lex, & Verbum Domini de Hierusalem, & judicabit in medio gentium, & judicabit magnum populum: & concident gladios suos in aratra, & hastas suas in falces: & non tollet gens contra gentem gladium, & non discent ampliùs belligerare.

Τὸ δὲ παραπλήσιον τούτοις ὅλοις, καὶ τῇ αὐτῇ λέξει, ἐν τῷ Μιχαίᾳ οὕτως ἐστὶ γεγραμμένον· Καὶ ἔσται ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐμφανὲς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου, ἕτοιμον ἐπὶ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων, καὶ μετεωρισθήσεται ὑπεράνω τῶν βουνῶν· καὶ σπεύσουσιν ἐπ' αὐτὸ λαοί· καὶ πορεύσονται ἔθνη πολλά, καὶ ἐροῦσι· δεῦτε, ἀναβῶμεν εἰς * τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ, καὶ δείξουσιν ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορευσόμεθα ἐν ταῖς τρίβοις αὐτοῦ· ὅτι ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ. καὶ κρινεῖ ἀνὰ μέσον λαῶν πολλῶν· καὶ * ἐλέγξει ἐπὶ ἔθνη ἰσχυρά,* ἕως εἰς μακρὰν καὶ κατακόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα, καὶ * τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα· καὶ οὐκέτι μὴ ἄρῃ ἔθνος * ἐπ' ἔθνος ῥομφαίαν, καὶ οὐκέτι μὴ μάθωσι πολεμεῖν.

A. ἐν αὐτῇ.
A. ἐξ.
A. ἐξελέγξει.
A. τὸν οἶκον.
Ald. ἐξελέγξει ἔθνη.
Ald. ἕως μαχ.
A. ἃ δόρατα.
A. πρὸς.

Dictum autem his omnibus planè simile, ac iisdem verbis, in *Michaâ* sic scriptum extat : *Eritq; in diebus novissimis Mons Domini illustris, paratus in vertice montium, & elevabitur supra colles: & festinabunt ad eum populi, & proficiscentur multa gentes, ac dicent: Venite, ascendamus ad Montem Domini, & ad domum Dei Jacob; & monstrabunt nobis viam ejus, & ambulabimus in semitis ejus: quia de Sion exibit Lex, & Verbum Domini de Jerusalem: & judicabit in medio multorum populorum, & corripiet gentes multas usque in longinquum: & concident gladios suos in aratra, & hastas suas in falces; neque attollet gens gladium contra gentem, neque ampliùs discent belligerare.* Mich. 4. 1, 2, 3.

Ἔτι δὲ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν παρα-
1. Paral. 16. 8-22. λειπομένων ὁ τεταγμένος ἐν χει-
" ρὶ Ἀσὰφ, καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ
ψαλμὸς, τοῦ αἰνεῖν τὸν Κύριον· οὗ ἡ
1. -ᾠ. ἀρχή· Ἐξομολογεῖσθαι καὶ ἐπικα-
λεῖσθε αὐτὸν ἐν ὀνόματι αὐτοῦ· ἐν
μὲν τοῖς πλείστοις κατὰ τὴν ἀρχὴν
Ps. 104. 1-15. ἰσοδυναμεῖ τῷ ρδ. ψαλμῷ· ἕως τοῦ·
" καὶ ἐν τοῖς προφήταις μου μὴ πονη-
1. Par. 16. 23-33. "ρεύεσθε· μετὰ δὲ ταῦτα τῷ ϟε. ἀπὸ τῆς
Ps. 95. 1-13. "ἀρχῆς αὐτοῦ, ἐγγὺς πως ἐχούσης τῷ·
" ᾌσατε τῷ Κυρίῳ πᾶσα ἡ γῆ, ἕως
" τοῦ ὅτι ἔρχεται κρῖναι τὴν γῆν· ἐπεὶ
δὲ ἦν τὸ παραθέσθαι αὐτὰς τὰς λέ-
f. πολύ. ξεις † πολὺς διὰ βραχέων πρὸς τὸ
προκείμενον ταῦτα εἰρήκαμεν· εὑ-
Exod. 35. 2. ρήσεις δὲ καὶ περὶ τοῦ μὴ αἴρειν βάστα-
Num. 15. 32. γμα ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων, οὐ
μόνον παρὰ Μωϋσεῖ γεγραμμένον,
Jer. 17. 21. 24. ἀλλὰ καὶ ἐν Ἱερεμίᾳ· καὶ περὶ τοῦ πά-
σχα καὶ νόμων ἱερατικῶν εὑρήσεις πα-
In Lev. passim. ρά τε Μωϋσεῖ, καὶ ἐν τοῖς τελευταίοις
τοῦ Ἰεζεκιήλ· καὶ αὐτὰς δ' ἂν παρε-
Ez. 43. 44. 45. 46. θέμην τὰς λέξεις, καὶ ἄλλας πλεί-
ονας, εἰ μὴ ἑώρων ὑπὸ τῆς ὀλιγότητος
τῶν ἐν Νικομηδείᾳ ἡμερῶν ἡμῶν,
ἀποκλειόμενον τὸν χρόνον τῆς προσ-
γραφῆς.

Resp. ad Arg. 8. Πρὸς τούτοις ἔφασκες καὶ τὸν τῆς φράσεως χαρακτῆρα διαλλάσσειν· ὅπερ ἐμοὶ οὐ πάνυ τι ἐφάνη.

Καὶ ταῦτα μὲν ἀπελογησάμην· ἔδει δ' ἂν προηγουμένως, μετὰ τὰ ἐγκλήματα ἐγκώμιον εἰπεῖν τῆς περὶ Σωσάννην γραφῆς ἐπιβαίνοντα ἑκάστῃ λέξει· καὶ δεικνύντα τὸ ἐξαίρετον τῶν νενοημέ-

Porrò, in priore libro Paralipomenon, Psalmus, *Asapho* & fratribus ejus assignatus, ad laudandum Dominum, cujus initium; *Confitemini & invocate Ipsum in Nomine Ipsius*; in pluribus ab initio similis est Psalmo CIV. usque ad verba, *Et in Prophetis meis nolite mala perpetrare.* Posthæc autem, Psalmo XCV. ab initio suo ferè appropinquat; quod ita habet: *Cantate Domino omnis terra*; usque ad: *Quoniam venit judicare terram.* Quandoquidem verò nimis longum foret, ipsa verba apponere; paucis hæc, pro instituto nostro, protulimus. Quinetiam invenies, *De onere non ferendo die sabbathi*, non tantùm à *Mose* præscriptum, sed & in *Jeremia*. Item, *De Paschate*, ac Legibus Sacerdotalibus, *similia* reperies apud *Mosem*, & in ultimis *Ezechielis*. Apposuissem utique ipsa verba, nec non alia plura; nisi viderem, paucitate dierum commorationis nostræ *Nicomediæ*, tempus ista conscribendi *nobis* præcludi.

Ad hæc dixeras: *loquendi characterem variare*; quod mihi planè non videtur.

Et ista quidem pro defensione scripsi. Essent autem præcipuè, post tot criminationes, etiã laudes prędicandæ, illius de *Susanna* Scripturæ, ab aliquo, qui singulas aggrederetur voces, & ostenderet excellentiam rerum in iis intellecta-

rum.

νων. ὅπερ ἰδίᾳ τὶς τῶν φιλομαθῶς καὶ ἱκανῶς μεμελετηκότων τὰ θεῖα συντάξαι δυνήσεται·

Ταῦτα πρὸς τὰ, ὡς φὴς, κρούματα ἀπεχενάμην, καὶ ἀντιγράφω, εἴθε καὶ παιδεύειν δυναίμην· νυνὶ δὲ οὐ τηλικαῦτα ἐμαυτῷ δίδωμι. Προσαγορεύει σε ὁ συναγωνισάμενος τῇ ὑπαγορεύσει τῆς ἐπιστολῆς· καὶ παρατυχὼν πάσῃ αὐτῇ, ἐν οἷς βεβούληται, διορθωσάμενος Κύριός μου καὶ ἀδελφὸς ἱερὸς Ἀμβρόσιος. Ἀσπάζεται δέ σε καὶ ἡ πιστοτάτη σύμβιος αὐτοῦ Μαρκέλλα· ἅμα τοῖς τέκνοις· καὶ Ἀνίκητος. Σὺ τὸν καλὸν ἡμῶν Πάπαν Ἀπολινάριον ἄσπασαι, καὶ τοὺς ἀγαπῶντας ἡμᾶς.

ΤΕ΄ΛΟΣ.

rum, quod peculiariter nonnemo eorum, qui studiosè ac sufficienter divina meditati fuerint, componere poterit.

Hæc ad tuas, quas dicis, pulsationes respondi, & rescribo; utinam simul erudire possem! atqui verò, tantum mihi non tribuo. Salutat te, qui operam suam contulit in dictandâ hac epistolâ; & adfuit toti illi, ut quæcunque vellet, corrigeret; Dominus meus & frater, sanctus *Ambrosius*. Salutat te pariter fidelissima conjux ejus, *Marcella*, unâ cum liberis: & *Anicetus*. Tu optimum nostrum Papam *Apolinarium* salutato, omnesque nostri amantes.

FINIS.

Ad Benevolum Lectorem.

CUm hoc extremum opusculorum Origenis imprimendum esset folium, Vir Reverendus & Clarissimus D. Joh. Dallæus, Joh F. Pastor Parisiensis fidelissimus, ac noster in primis Amicus, pro insigni suâ humanitate nobis manu suâ propriâ transcriptas communicat *Africani & Origenis Epistolas* mutuas, è Græco in Latinum sermonem conversas, *Leone Castro*, sive (ut cum *Joh. Pineda*, & *Ant. Possevinus* nominant) *Castrio*, interprete: quas ille quondam *in Præfatione ad Commentaria sua in Prophetam Esajam* ediderat Salmanticæ, an. 1570. fol. 89. & seqq. Animus erat, *L. Castrij* versionem Lat. his adjicere; sed, cùm non magni usus fore perpenderemus, operâ istâ supersedere denique visum est. Certè vel solus *Titulus Epistolæ Origenis*, prout ab illo versus est, nil magnificum nobis promittit. Sic enim ille: *Origenes Africano, charissimo fratri in Domino, Patri verò filij mei sanctis per Christum Jesum S.* Hæc ad græca compara: & velut ex ungue Leonem æstima.

Retractatio.

Ad pag. 225. med. Item alia plurima invénimus in Jobo, tùm deficientia, tùm redundantia, &c.] Versionem hanc nostram ità corrige: *Item alia plurima invenimus in Jobo, quæ tùm paucioribus, tùm pluribus* verbis *in nostris* (i.e. græcis) *exemplaribus* posita sunt, *præter illa*, quæ in hebræo *Judæi habent. Et paucioribus quidem* id factum, *quum* legimus, quòd *Job surgens manè obtulit*; &c.] Videlicet, Tria exempla memorantur, in quibus *pauca* verba inculcantur à Græcis LXX. in contextum sacrum, vix unicum versiculum constituentia. At verò *pluribus* verbis atque versibus constat exemplum, quod subjicitur seq. pag. 226.

Errata

Errata in his Origenis opusculis admissa, tollenda.

P. 2. l. 12. leg. ἀμείνονος.
p. 6. l. 3. leg. νὺξ.
7. l. ὢν ἐστι.
32. l. ἢ.
p. 14. l. 16. leg. ὑμετέρων quanquam in MS. sit ἡμετ.
p. 15. in marg. l. ἠδύνασθε.
p. 16. l. 17. l. σύνεσιν.
l. 31. l. ὀρθόν.
p. 17. l. 20. l. ἡμῖν.
p. 18. l. 3. l. filium.
p. 19. ad marg. 2. Arg. Marc.
l. 14. l. διῆλον.
p. 21. lin ult. dele πο-
p. 22. l. 16. l. παρώνυμον.
p. 25. l. 36. l. συμμαχίτης.
ad marg. l. 4. Reg. 2. 24.
4. Reg. 4. 37.
p. 27. ad marg. 4 Reg. 2. 23.
p. 31. l. antepen. l. gregem.
p. 32. ad marg l. 1. Arg. Marc. de duplici Deo, Creatore & Patre Christi.
p. 33. l. 4. l. agnitionem.
p. 35. l. 20. l. πάσας τάς.
36. l. ψυχὴ
p. 36. l. 7. l διεσώθησαν.
p. 38. l. 33. l. ut qui.
ad marg. l. Matth. 11. 5. 6.
p. 39. l. 13. l. excitatus.
25. l. ἐχθροί.
28. l. dissipentur.
33. l. ἁμαρτίαν.
p. 40. l. 29. l excerpis.
p. 54. l. 16. l. ἡμεῖς.
p. 55. l. 20. l. ὅτι.
p. 63. l. 22. l. πρὸς.
p. 69. l. 2. l. Servatorem.
p. 70. l. 20. l definì.
p. 71. l. 2. l. ἐνδεδέμεθα.
9. l. ζητῶ.
in marg ἐιη.
p. 74. l. 2. l. ὑδημία.

p. 76. l. 9. l. incorruptibiles.
11. l. ἡσυχίαν.
p. 77. l. penult. l. incessat.
p. 83. l 4. l. ὡμολόγησας.
32. l. συγκρατεῖται.
p. 85. l. 17 & 21. Οὐαλεντῖνε.
p. 86. l. 26. l. ἠλέει. 25 fortè leg. ἱδρύσατο τὸ θυμόν.
p. 97. l. 3. l. καθάπερ.
27. l. πεποιηκέναι.
p 98. l. 9. l. κρείττονα.
p. 99. 2. l. ἀλλὰ μὴν. 3. l: δοκεῖ.
20. l. διαβλαμμένοι.
p. 100. l. 2. l. substantiam.
p. 101. l. 15. l. sicut.
p. 103. l. 32. l. πεποιηκότι.
34. l. videtur sic legendum ὅπερ ἐν παρὰ τὸ.
p. 104. l. 22. l τοιγαροῦν.
p. 105. l. 4. l. ἀσιναον.
9. l. πλημμυρεῖ.
p. 106. l. 28. l. πατήρ.
33 ποιήσωμεν ἄνθρωπον.
46. τὸν ἄνθρωπον.
p. 107. l. 12. l. ἄνθρωπος.
5. l. ᾐσχύνετο.
p. 108. l. 5 l ἀφορίσας.
p. 113. l. 5. l. ἑαυτῶν.
p. 119. l. 5. l. ἀποθνήσκουσιν.
p. 123. l. 9. l. περὶ αὐτοῦ ἀναστάντες.
p. 125. l. 22. l. ὁμοιώσαντι.
p. 128. l. 32. l. ὀλιγωρούμενοι.
p. 129. in marg. ἀγνωμόνως.
p. 130. 29. ex progressu disputationis patebit, quis &c.
p. 131. l. 7. l. ὑπάρχον.
p. 132. l. 32. fortè leg. βούλοιτο τοῦ πλάτους.
p. 134. l. 13. l. τὸ τῆς γῆς ἡ γῆ.
p. 139. l. 19. l. πράξεσι.
p. 140. l. 11. οὐδὲν ἧττον.
17. l. ἐξοικίζει.
p. 152. l. ult. l. habemus.

p. 163. l. 28. l. καταπεφρονηκέναι.
p. 164. l. 24. l. ἐξέχεεν.
p. 165. l. 33. videtur legendum ἐνεργείᾳ Θεοῦ.
p. 168. l 13. l. βδέλυγμα.
p 171. l 35. l. πραγμάτων.
p. 173. l. 25. l. κόσμον.
p. 175. l. 16. l. terrestria.
ad marg. l. Rom. 8. 21.
p. 176. ad marg. l. τούτων.
l ult. l. μάρτυρας.
p. 168. lin. 12. l. εἰδωλολατρεῖν ult. dicendum.
p. 182. l. 7. l. martyrium.
p. 183. l. 7. l. ætate.
29. l. ἀπολυθῆναι.
p. 184. l. 26. l. Θεῖον.
p. 185. l. 21. l. χθονίους.
p. 186. l. 29. l. καταλελοίπασι.
37. l. ne erres.
p. 187. in marg. dele ἡ οντότης
l. 8. l. ἀλγηδόνας.
p. 196. l. 2. ἀνθεστῆναι.
8. l. ἀπέλητε.
ad marg διαθήκη ὑμῖν.
p. 197. l. 35. l. nos.
p. 198. l. 34. l. rependat is.
p. 200. l. ult. illo gladio apprehendi, eò &c.
p. 202. l. 2. l. ἐνθυμήσεσιν.
p. 203. l. 20. l. Ἀβραάμ.
p. 204. l. 22. l. ὑμεῖν.
24. l. δεδοκιμασμένων.
p. 205. l. 17. l. λογισώμεθα.
p. 208. l. 3. l. sufferunt.
10. ἐπήκουσα
p. 214. l. 36 l. προσπηγνύντων.
p. 217. l. ult. l. ἠγορασθήσομεν.
p. 221. l. 16. l. πεπροφητευμένου.
p. 228 l. 14. l. τῶν.
p. 229. l. 23. l. ἀνομάσθη.
p. 233. l 20. l. ὁποσάκις.
p. 237. l. 1. l ἀνέτειλε.

Reliqua, si quæ sunt, benignus Lector facilè corriget.

NOTÆ

NOTÆ
IN
ORIGENIS
DIALOGVM CONTRA MARCIONITAS.

Pag 1. lin 1. Ὠριγένης.

DE hujus Nominis etymo disquirunt eruditi. Hœschelius *in Notis ad libros contr Cels.* ait: Origenes sic appellatus, quasi ὄρειος τὸ γένος, ὀρειγενής, ἐν ὄρει γεννηθεὶς, *montigena, in montibus natus.* Doctiss. Valesius, quia in Codicibus Eusebii MS. vocem spiritu aspero notatam reperit, eruditè dictam conjicit, quasi ὡρὶ γεννηθεὶς, id est, *maturè genitus, cui contrarium est ἀωρὶ. Notis in l. 6. hist. Eccl. Euseb. c. 1. p. 112.* Cl. Ger Joh. Vossius, *l 2. de Idololatr c. 10. p. 357* tertiam nobis suppeditat: *Orus*, inquit, *Vetus nomen est Regis Aegyptij, imò apud Etymologum etiam Grammatici, atque ut ἀπὸ τοῦ Διὸς proprium est nomen Διογένης, quasi Jovigenam dixeris; sic ἀπὸ τοῦ ὥρου est ὡρογένης, quasi Origenem appelles, hoc est,* Ore *sive* Oro-genitum. Difficile est judicium ferre in re obscurà. Interim arrideret præ cæteris Vossij sententia, si duo sublati essent scrupuli: alter, Cur ὠριγένης, non ὡρογένης, sicut Διογένης, dicatur? alter, An verisimile sit, Parentes Christianos, & quidem Martyres, à Rege, ut videtur, inter Deos relato, denominasse filium? nomine planè profano. Horus enim, si credamus Athenagoræ *Leg. pro Christ. p 35.* est is, ὃν Ἀπόλλωνα οἱ Ἕλληνες ὀνομάζουσιν, *quem Græci Apollinem vocitant* & Macrobio *l. 1. Saturnal. c 21 Apud Aegyptios Apollo, qui est Sol, Horus vocatur*: procul dubio ab hebr. *Or*, id est, *Lux, Lumen.* Sol enim, Luminis in Mundo fons. Malim tamen inventis acquiescere, donec certiora inveniantur. Qui verò cætera Origenis nôsse cupit, cùm integri libri res sit, adeat Eusebium *l. 6. hist. Eccl.* Hieronymum *in Catalogo*, Epiphanium *hær. 64.* è recentioribus Baronium *in Annalibus*, Halloisium *in Origene defenso*; &, ut omnes in uno complectar, Cl. Huëtium *in Origenianis*; ubi vitam, dogmata, ac res gestas ab Origene, & ejus sequacibus, tribus dissertationibus accuratè descripsit.

Ibid. lin. 2. Διάλογος] paulò pòst Διάλεκτος: facile fuisset prius nomen reponere, quod in calce libri etiam reperitur. Cyrillus tamen in *Glossario* Διάλεκτον, Διάλογον, & Διάλεξιν, *disputationem* interpretatur, & Hesychio Διάλεκτος & διάλεξις est ὁμιλία, *colloquium* Poterit igitur utrumque admitti. Isidorus *Orig. l. 6. c. 8.* describit *Dialogum*, quòd sit *Collatio duorum vel plurimorum, quem Latini Sermonem dicunt.* Et Venerab. Beda *t. 2 l. de Orthogr. p. 80. dialogus græcè, disputatio latinè.* Origenes plures ejusmodi Dialogos edidit. Freculfus *tom 2. l. 3. hist. c. 7.* mentionem facit Dialogi Adamantii & Berylli. Hieronymus *l. 2. adv. Ruffinum* Dialogi Origenis & Candidi Valentiniani. Origenes *in epist. ad Africanum*, ut placet nonnullis, Dialogi ad Agnomonem, &c.

Ibid Κατὰ Μαρκιωνιστῶν] Codex Oxoniensis unà cum nostro habet, κατὰ Μαρκιανιστῶν, *contra Marcianistas.* Sed, quia manifestus error est, eum tollere placuit. *Marcionistæ* & *Marcionitæ* promiscuè Veteribus dicti, à *Marcione* Hæresiarchâ denominantur: de quo, ut totius Disputationis ratio magis pateat, nonnulla apponam. Patriam ejus Epiphanius tradit *hæres. 42. pag 135.* τὸ γένος Ποντικὸς ὑπῆρχεν, Ἑλενοπόντου δέ φημι, Σινώπης δὲ πόλεως. *Ponticus erat natione; ex Helenoponto, inquam; Urbe autem Sinope oriundus.* Hinc apud Tertullianum *l. 2 adv. Marcionem*

p. 443. & passim. *Ponticus* κατ᾽ ἐξοχὴν vocatur. Patrem ejus Episcopum loci, virum pietate & Zelo Dei flagrantem fuisse, scribunt Tertullianus *de præscript. hæret. c.* 51. *p.* 253. & Epiphanius *l. citato.* In juventute, oportet, artem navigandi didicerit. Eusebio enim *l. V. Hist. Eccl. c.* 13. appellatur ὁ ναύτης Μαρκίων, & Tertull. scribit *l.* 1. *adv. Marcionem p.* 442. *Ponticum nauclerum novimus*, & *l.* 4. *c.* 9. de Christo Apostolos vocante: *Aliud est, si adfectavit de navicularioriorum collegio adlegere, habiturus Apostolum quandoque nauclerum Marcionem.*

Postea Patris, ut videtur, hortatu, vitam monasticam est amplexus τὸν πρῶτον αὐτοῦ βίον παρθενίαν ἤσκει· μονάζων γὰρ ὑπῆρχε. *in primâ ejus vitâ virginitatem professus est; erat enim monachus*, inquit Epiphanius. Sed parùm voto respondit eventus, nam, *propter stuprum cujusdam virginis ab Ecclesia communicatione abjectus* est à proprio Patre: testibus Epiphan. & Tertull. *de præscr. hæret.* inde, cùm veniam à Patre rogaret, nec tamen impetrare valeret, Romam profectus est. Priusquam verò intraret urbem, *Marcion*, ut ait Hieronymus *t.* 2. *epist. ad Ctesiphontem adv. Pelagianos p.* 253. *Romam præmisit mulierem, quæ decipiendos sibi animos præpararet.* Ingressus est urbem Marcion μετὰ τὸ τελευτῆσαι Ὑγῖνον τὸν ἐπίσκοπον Ῥώμης: *post obitum Hygini Episcopi Romani*: juxta Epiphanium, & pressius (secundùm Tertull *carm. l.* 3. *adv. Marcionem*) sub Aniceto. ità enim canit:

Ast Pio suscepit Anicetus ordine sortem,
Sub quo Marcion hic veniens nova pontica pestis.

Romanis tunc imperante Antonino Pio, unde Tertull *l.* 1. *c* 19. *adv. Marc.* cum *Antoninianum hæreticum, sub Pio impium*, vocat, id est, circa annum Christi 154. tredecim annis post Valentinum & Cerdonem, quanquam Marianus Scotus id jam A.C. 149. contigisse opinetur. Adeoque sibi contradicit Epiphanius, qui *p.* 160. *post tempora Aniceti* id factum fuisse scribit; cùm certum sit, sub Aniceto Polycarpum Romæ vidisse Marcionem.

Sed quid in urbe Marcion? ibi in Ecclesiam recipi voluit. Verùm seniores absque voluntate Patris sui, Episcopi, sibi hoc non licere affirmabant. Institit Marcio, & precium verbis addere conatus est; sed, docente id Tertulliano *c.* 30. *de præscript. hæret. cum ducentis sestertiis, quæ Ecclesiæ intulerat, novissimè in perpetuum discidium relegatus est.* Hinc irritatus minas addidit: *Ego findam Ecclesiam vestram.* & cùm spe se frustratum cerneret, ad Cerdonis manipulum se contulit. V. Epiphan. *l. c.* Scribit Tertull. *l.* 1. *adv. Marcionem*, Eum *Cerdonem habuisse informatorem.* Unde Philastrius, *Cerdonem Marcionis Doctorem*, *Marcionem* verò illius *Discipulum* vocat: *de hæresib p.* 21. Superavit Discipulus Magistrum famâ, vel infamiâ Nominis, & numero discipulorum Statim enim post apostasiam voce & scriptis innumeros seduxit; ut meritò ab Eusebio, λύκος ποντικός, *lupus Ponticus*: *l.* 5. *h Eccl. c.* 13. & à Polycarpo, (qui, ut malo obviam iret, Romam venit, & multos ab hæretico errore correxit. Hieron. *in Chron. Euseb. ad A. Ch.* 154.) *Primogenitus Diaboli* appelletur. v. Euseb. *l* 4. *c.* 14 Hieron. *in Catal. p.* 274. Freculfum, *t.* 2. *l.* 1. *c.* 15. aliosque.

Scripsit Marcion Συντάγματα τοῖς ἀπ᾽ αὐτοῦ πλανωμένοις, τὸ παρ᾽ αὐτῷ λεγόμενον εὐαγγέλιον καὶ ἀποστολικόν. *Libros compositos Discipulis à se seductis; quod Evangelium nominant, & Apostolicum*: inquit Epiphanius *pag.* 138. & *Antitheses*, quarum meminit Tertullianus *l.* 4. *adv. Marcionem, p.* 501. *Commentatus est opus ex contrarietatum oppositionibus, Antitheses cognominatum & ad separationem Legis & Evangelii coactum.* Et quò felicius hæresin propagaret, Philosophiæ se mancipavit, Stoicæ præsertim: Tertull. *de præscr. hær. c.* 30. Unde idem Tertullianus, *c* 7. *ejusd. libri* Philosophiam & Dialecticam exagitat, vel ut matrē hæreseon, & Prudentius *in Hamartigeniâ.* Dialecticæ ostentationem ei exprobrat: *p* 192.

Hac tua Marcion gravis & dialectica vox est.

Nôrunt enim omnes à Zenone Stoico dialecticam esse inventam: v. Laërtii *proem. p.* 12. Unde Cicero *in Bruto* (p. 311. a.) *omnes ferè Stoici prudentissimi in disserendo sunt, & id arte faciunt.*

Tertull. *l* 3. *carm adv Marcionem* scribit: Marcionem primùm clam docuisse, & seduxisse, & propterea penitus à Communione Ecclesiæ ejectum fuisse. Dogmata ejus ab Irenæo, Tertulliano, Epiphanio, Theodoreto, Phila-

Philastrio, sequentia enarrantur. 1. Statuit duo vel tria principia. De quâ numeri discrepantiâ infrà dispiciemus. 2. Probat cælibatum, damnato conjugio. 3. Jejunium in sabbatho observare jubet. 4. In Sacramentis aquâ tantùm utitur. 5. Carnem resurrecturam negat; soli Animæ resurrectionem concedit. 6. Baptismum reiterabat bis terve. 7. Legem & Prophetas V.T rejicit: Novum verò, tanquam corruptum esset, corrigit & mutilat. 8. Christum Boni Dei Filium venisse ad refutandum Deum Legis, asserit. 9. Cainum, & impios à Christo salvari: Patriarchas verò Vet. Test. in inferno relinqui. 10. *Μετενσωματώσεως*, seu Transitum animarum de corpore in corpus, defendit. 11. Animam, ejusdem cum Deo Essentiæ esse statuit. 12. Pro mortuis Catechumenis alios baptizat. Quæ de Principiis, duobus tribusve; itemque de Bono Maloque Deo, &c. commentus est: suis locis in sequentibus occurrunt. Hæc ab ejus discipulis variè sunt aucta, interpolata, immutata; quædam etiam negata. Rejecit enim cælibatum, *Apelles Marcionis de discipulo emendator*. Vid. Tertull. *l. 4. adv. Marc. c. 17. & de præscr. hæret. c. 30.* Idem rejecit *Duo Principia*, uno contentus: teste Philastrio *de hæres. p. 21.* Tandem, conscientiæ morsu vulneratus Marcion, in seipsum descendit, & pœnitentiam confessus est: sed, *cùm conditioni data sibi occurrit, ita pacem recepturus, si cæteros, quos perditioni erudisset, Ecclesiæ restitueret, morte prævenitus est*, teste Tertull *de præscr. hæret. c. 30.*

Post ejus obitum Marcionitæ Ecclesias, in æmulationem Ecclesiæ Catholicæ, ubique locorum erexère: unde Tertull. *l. 4. c. Marc. c. 5. Faciunt favos & vespæ, faciunt Ecclesias & Marcionitæ.* Et quamvis Constantinus M. edictis severioribus eos coërcuerit, ut Cassiodorus *hist. trip. l. 3. c. 11. p. 46.* opinetur, propterea hæresium memoriam fuisse destructam [illegible] ut Epiphanius suo tempore conqueratur; hæresin Marcionitarum *Romæ*, in *Italiâ*, *Ægypto*, *Palæstinâ*, *Arabiâ*, *Syriâ*, *Cypro*, *Thebaide*, *Perside*, *& alibi* grassari. Seculo quinto decrevit eorum numerus. Sic enim scribit Theodoretus *in præfat. l. 2. hæret. fabul. p. 218.* Ὀλίγοι δέ τινες ἄγαν διακείμενοι, καὶ ἤτοι σποράδες ἔν τισι τῶν πόλεων τῆς Βαλεντίνου καὶ Μαρκίωνος καὶ τοῦ Μάνεντος διέμενον προσκείμενοι λώβῃ· εἰς ἔλεγχον ζητοῦσι τῶν νῦν τὰς Ἐκκλησίας ἡμῶν πεπιστευμένων, οὐδὲ τὰ σμικρὰ τῶν δυσσεβῶν αἱρέσεων λείψανα μεταβάλλειν δυνάμενοι. *Pauci sunt numero hinc inde in urbibus quibusdam dispersi, qui noxio dogmati Valentini, Marcionis & Manetis adhærent. Fortè ad reprehensionem eorum, quibus Ecclesia cura est commissa; & tamen exiguas impiarum hæresium reliquias convertere non possunt.*

Ibid. κατὰ Μαρκιωνιστῶν] Pamphilus *in Apolog. t. 1, op. Orig. p. 757. Ausi sunt libellis editis derogare ei viro, qui per tot annos Magister Ecclesiæ fuit, qui in Ecclesiâ senuit, qui adversùs eas hæreses, quæ illo tempore Ecclesiam impugnabant, ita constanter, ita fortiter dimicavit, ut omnia eorum diabolicæ machinationis fundamenta subverteris.* Scripsit enim Origenes, uti passim nos docet Theodoretus *in fab. hæret.* adversùs Menandrum, Basilidem, Valentinum, Hermogenem, Severum, Nazoræos, Marcionem, Helcesaitas, Nicolaitas, aliosque. Quare meritò *l. 8. contra Celsum p. 388* se πολλάκις ἐγγυμνασάμενοι πρὸς τοὺς ἀπὸ τῶν αἱρέσεων, *sæpiùs disputando exercuisse cum hæreticis*, scribit. Sed, *contra Marcionem* præter Origenem scripserunt Justinus Philosophus & Martyr, Theophilus Antiochenus Episc. Philippus Gortynensis Episc. Irenæus, Modestus, Rhodon, Hippolytus, Emesenus Eusebius, Epiphanius, inter Græcos. Tertullianus, Sabbatius in Galliâ Episcopus, Augustinus, aliique, qui passim in scriptis ejus placita confodiunt. V. Hieron. & Gennadium *de Script. Eccles.* Theodoretum *in libris hær. fab.* Epiphanium &c. Philastrius memorat: *Marcionem devictum atque fugatum à B. Johanne Evangelistâ, & à presbyteris de civitate Ephesi: Romæ dein hæresin semináße.* Sed, cùm *S. Johannes* Marcionis tempora non attigerit; suo id relinquitur auctori.

Ibid. [illegible] διάλεκτος Ἀδαμαντίου] Præfatio ista, non ab Origene, sed ab alio Græcorum Patrum, Dialogo isti addita fuisse videtur. Hinc deest in Pici codice, in aliis variat. Nam Cardinalis Baronius *ad annum Ch. 220. §. 8.* talem nobis legendam exhibet: *Nonnunquam multi Philosophi, qui à nostrâ disci-*

disciplinâ abhorrebant, interdum & haeretici ad eum disputaturi veniebant. Cumq; frequens instituta esset disputatio; multos gentiles, quibus cùm, ut idolorum insanum cultum detestarentur, persuasisset, ita comparavit, ut martyrii coronam sint adepti. In his etiam fuit Ambrosius, qui Origenis amulus factus, & ab eo nostris decretis institutus, se à Valentini Marcionisq; haeresi secrevit & removit. Quòd cùm haeretici quidam tunc intellexissent, malo animo consilioq; impulsi, disputandi causâ venerant ad Adamantium: delectoq; sermonis sui Judice Philosopho, qui à Christianâ religione abhorrebat, initium fecerunt disputandi. Ad extremum penès universam Ecclesiam Catholicam fuit victoria: quo factum est, ut multi gentiles, & haeretici etiam, cum Eutropio Judice, religionem Christianam approbarent & crederent. Haeretici quidem sunt, Megethius, Marcus, Droserius, Valens & Marinus.

Ibid. Ἀδαμαντὶς] Gobelinus *in Cosmodrom. Aet.* 6. *c.* 10. *Notandum, quòd Origenes graece dicitur, Adamantius latinè.* Innuit fortasse, nomen *Adamantii* Latinis esse frequentius, sed Graecis *Origenis*: non ineptè. Hieronymus enim, Freculfus, aliique saepius eum vocitant *Adamantium*. Cognomen hoc est Origenis: sed quando, à quo, aut quare ei sit inditum, explicare pro virili annitar. Euseb. *l.* 6. *H. Eccl. c.* 14. Ὁ γε τοι Ἀδαμάντιος, καὶ τοῦτο γὰρ ἦν τῷ Ὠριγένει ὄνομα: *Adamantius verò, id enim etiam Origeni nomen fuit.* Epiphan. *haer.* 64. *p.* 227. Ὠριγένης, ὁ καὶ Ἀδαμάντιος ἐπικληθείς. *Origenes, qui & Adamantius cognominatus est.* Putat autem, sibi Origenem illud cognomen imposuisse; & propterea dicam ei scribit: *p.* 261. Ἀρκεῖ μοι ταῦτα πρὸς τὸν ἰσχυρότατον Ὠριγένην, τὸν μάταιον ἑαυτῷ ἐπιθέμενον ὄνομα Ἀδαμάντιος. *Sufficiunt haec mihi adversùs Origenem, qui sapiens videri vult, & vanè sibi nomen Adamantii imposuit.* Freculfus. *t.* 2. *l.* 3. *c.* 8. post quam Origenis labores, Ambrosio [illegible] exantlatos recensuisset, addit: *Unde & in quadam epistolâ cum Adamantium vocat.* Hieronymus *in Ruffini invectivâ, pag.* 225. *Tantum in sacrarum Scripturarum labore sudavit, ut justè Adamantii nomen acceperit.* Magis est verisimile, ab aliis, propter incredibilem φιλοπονίαν, ei hoc nomen inditum esse; quàm ipsum, modestiâ singulari celebratum, id sibi assumsisse. Photius tamen *cod.* 118. aliam nominis rationem tradit: Ὠριγένην καὶ Ἀδαμάντιον ἐπονομάζεσθαί φασιν, ὅτι ἀδαμαντίνοις δεσμοῖς ἐῴκεσαν, οὓς ἂν εἴποι λόγους. *Origenem ajunt cognominari Adamantium, quòd vinculis Adamantinis similes essent sermones ab ipso facti.* Habuit & alia epitheta, à sedulitate & in labore constantiâ *Chalcenterus* ab Hieronymo *l. d.* à librorum multitudine, Συντακτὴς, Epiphanio; & Συνταχθείς, Cedreno vocatur. Hieronymus *Tom.* 2. *l.* 1. *adv. Pelagianos, p.* 269. *Magistrum* ἀρχῶν nominat; quòd Libros περὶ ἀρχῶν malo fato edidisset. Sed & hoc observandum est: Theodoretum *l.* 1. *haeret fabularum p.* 189. & *p.* 212. *Origenem* ab *Adamantio* distinguere, duosque Scriptores Marcionis antagonistas ex iis facere. Id verò, quâ ratione intelligendum sit, à doctioribus edoceri cupio.

Ibid. lin. 4. περὶ τῆς εἰς Θεὸν ὀρθῆς πίστεως] *De rectâ in Deum fide* Hunc titulum praefixit Picus, Perionius & Humfredus: Quia verò noster Codex & Oxoniensis, (ut ex literis Cl. Protobibliothecarii *Thomae Hyde*, didici) *Dialogum contra Marcionitas* inscribit, & Philocaliae collectores hoc titulo eum allegant, *sub finem cap.* 24. uti supra in praefatione indicavi; ideò, ne alterutri vim facerem, utrumque apponere placuit.

Ibid lin 5. Μεγέθιος] Hujus mentionem faciunt S. Basil & Gregorius, *sub finem c.* 24. Philocaliae.

Ibid. Μάρκος, Δροσέριος, Οὐάλεντι. Μαρῖνος] Epiphanius *haer.* 34. *p.* 104. *Marcum* describit Haereticum Valentinianum: qui ope Magiae plures, divites inprimis mulieres, decepit; ab eo dicti Μαρκῶσιοι, *Marcosii.* sed, cùm Irenaeus ejus jam mentionem faciat, *l.* 1. *adv. haeres. c.* 8. alius nobis Marcus quaerendus est. De *Droserio* nihil, quod suggeram, habeo. *Valentis* meminit Epiph nius *haer.* 58. [illegible] à quo Οὐαλήσιοι, [illegible] qui abstinebant ab esu animalium: dein castrabantur, & sic in sectam admittebantur Statuebant pluralitatem Principiorum cum Gnosticis & Valentinianis: An verò is noster fuerit Valens, Lectoris judicio relinquitur. Certè si Lamberti Danaei conjecturam *in com-*

in comment. ad Augustin. de hæresib. cap. 37. *p.* 102. admittamus: quâ sub Anthero Episcopo Romano, & Philippo Imperatore circa annum Christi 216. hunc Valentem, ex Arabiâ, Origenis ævo hæresium ferace, oriundum, collocari debere censet: facilè concedemus, eundem esse, cujus in hocce Dialogo fit mentio. *Marinos* duos nobis tradit Eusebius, *l.* 7. *hist. Eccl. c.* 5. & *c.* 15. alterum Episcopum Tyri, qui Origenis ævo vixit; alterum, militem martyrio Cæsareæ perfunctum. Sit'ne alteruter ab Origene conversus, & ex eorum numero; quos, in prologo, à Baronio nobis descripto, laudari videmus? Æstiment eruditi.

Ibid. lin. 6. Ἀπελεῦς ἑκάστου μὲν ἰδίας αἱρέσεως προεστηκότος] A Græcis, diversæ olim Philosophorum sectæ, αἱρέσεις appellatæ sunt: ut videre est apud Diogenem Laërtium *in proœmio.* Dein à Christianis Heterodoxi hoc nomine sunt notati Basilius *in epist. ad Amphilochium,* αἵρεσιν σχίσμα & παρασυναγωγὴν definit; &, quid discriminis inter ea sit, his verbis ostendit Αἱρέσεις ὠνόμασαν τοὺς παντελῶς ἀπεῤῥηγμένους, καὶ κατ' αὐτὴν τὴν πίστιν ἀπηλλοτριωμένους. Σχίσματα δὲ τοὺς δι' αἰτίας τινὰς Ἐκκλησιαστικὰς καὶ ζητήματα ἰάσιμα πρὸς ἀλλήλους διενεχθέντας. Παρασυναγωγὰς τὰς συνάξεις τὰς παρὰ τῶν ἀνυποτάκτων πρεσβυτέρων ἢ ἐπισκόπων καὶ παρὰ τῶν ἀπαιδεύτων λαῶν γινομένας. *Hæreses vocârunt eos qui omnino abrupti sunt, & in ipsâ fide sunt abalienati. Schismata autem eos, qui propter aliquas Ecclesiasticas causas & medicabiles quæstiones inter se dissident. Illegitimos autem conventus, congregationes quæ fiunt a rebellibus Presbyteris vel Episcopis, & a populis minime doctis.* Philastrius tamen aliique hæc sæpius confundunt, dum hæresin vocant etiam dissensum in levioribus & problematicis quæstionibus. Verùm Origenes discrimen rectè observat *in Comment. ad Titum* apud Pamphilum *in apolog. t.* 1. *oper. Orig. p.* 759. *Quid sit hæreticus homo pro viribus describamus Omnis qui se Christo credere profitetur ... alium Deum Legis & ... & Patrem Domini nostri Jesu Christi non eum dicit esse, qui a Lege & Prophetis prædicatur: sed alium, nescio quem, ignotum, omnibus inauditum: sicut sectatores Marcionis & Valentini, & Basilidis, & hi qui se appellant Entychianos* &c. Pro singulari suo erga me affectu suggessit cum pluribus aliis Vir Reverendus & Clariss. Joh. Casp. Svicerus, illustris Scholæ Tigurinæ p. t. Rector magnificus, ibidemque Prof. Linguarum SS celeberrimus; Sumi etiam nomen αἱρετικὸς in partem meliorem, ut idem sit quod αἱρετὸς *electus*: In *Cod. Can. Eccl. Afr. Can.* 20. Αἱρετικοὺς ἐπισκόπους sunt οὓς αἱρήσεται, ἤγουν ἐπιλέξεται ὁ κατηγορούμενος, ἐκ τῶν πλησιοχώρων ἐπισκόπων: *Illi Episcopi, quos eliget vel exoptabit ex vicinis Episcopis, is qui accusatur Presbyter.* Plura de hæresi, & Quis sit hæreticus, Vide *Can.* 6. *Concil. Constantinop. vel Oecum.* 2. & apud Augustinum *t.* 6. *de hæresibus* Photium *in Nomocan. tit.* 12. *cap.* 2. Isidor. *Orig. l.* 8. *c.* 3. Rab. Maurum *de Instit. Cleric. l.* 2. *c.* 51. Clementem *Constitut. Apostolicarum l.* 6.

Ibid. lin. 8. ἡρτήσωντι] pro ᾑρτίσωντο. Sic sæpius in hoc codice η pro ι, & ι pro η ponitur. Error iste non recens est. Scribit enim eruditiss. Salmasius *Not. in Fl. Vopiscum p.* 467. se *vulgarem hunc scribendi morem in multis* MEDII INFIMIQVE *ævi monumentis ac scriptis observâsse,* v. g. idem Vir Illustris notat hoc *in inscriptione Herodis Attici, p.* 16. additque hanc *scribendi consuetudinem satis fidem facere,* VETERES η & ι *diphthongum, ut* ἰῶτα *pronunciâsse* Multa de hoc argumento monerem: sed plenius, σὺν Θεῷ, id exequetur mea *de Pronunciatione Græca lingua Dissertatio:* è quâ decem rationes, multis Veterum Scriptorum auctoritatibus suffultas, Specimine publico ante sexennium exhibui.

Ibid. Εὐτρόπιον] Hujus Eutropii meminerunt Philocaliæ autores ad finem *c.* 24. eumque δικάζοντα, *Jus dicentem,* nominant. Sicut etiam hic κριτὴς, & infra δικαστὴς, *Judex* appellatur. Moris enim fuit veteribus ejusmodi *Moderatores* disputationis eligere. Tales κριτὰς & δικαστὰς τῶν λόγων, apud Epipha... tantes. Talis *Arbiter.* qui & *utrique proximus aures daret, & disceptantes duos medius segregaret,* celebratur *Octavius* inter *Cæcilium & Marcum:* apud Minucium Felicem *p.* 4. Item: Probus, à Constantino Imperatore

ratore delegatus, ut judicem ageret inter Athanasium & Arium: *tom. 2. oper. Athan. p.* 266.

Ibid. lin. 12. Ἕλληνες] apud Græcos Scriptores, *Ethnicos* sive *Paganos* hoc nomine indigetari sæpissimè; notius est, quàm ut repeti à me debeat. Hoc loco eodem sensu sumitur. Sed & apud Latinos interdum *Græci* pro *Ethnicis* ponuntur. Philastrius *p.* 59. *Si quærere volueris, invenies, multum fluxisse temporis: & sic paganos, id est,* Græcos, *hæc nomina posuisse.*

Ibid. lin. 15. ὡς χνοῦς] Humfredus vertit, *Non secus ac pulvisculus*; sequitur editionem LXX. Romanam, quæ legit Psal. 35. 5. ὡσεὶ χοῦς, *velut pulvis.* Aldina tamen cum codice nostro consentit, ὡς χνοῦς, *velut gluma*; astipulante Hebraicâ veritate.

Pag. 3. *lin.* 2. Οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ Πατήρ] Vix incipit hæreticus, & perfidè Scripturam allegat. Extat locus *Matth* 19. 17. *Marc.* 10. 18. & *Luc.* 18. 18. sed ubique verba leguntur, sicut infrà p. 67. ab Origene allegantur: Οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός. Quanquam olim Hieronymus *in Commentariis ad Matthæum* simpliciter legerit: *Unus est bonus, Deus.* Et Epiphanius locum Lucæ, p. 140. eodem modo proferat, depravationem Marcionis simul describens. Verba ejus sunt: εἷς ἐστιν ἀγαθὸς, προσέθηκε τὸ· ὅτι ὁ Πατήρ. *Ad verba. Unus est bonus, addidit Marcion hoc: nimirum Pater.* Unde variam lectionem illorum ævo in Codicibus sacris fuisse apparet, quam etiam Doctiss. Waltonus *in Var. lect. Græcis N. T. ad Matth.* 19. v. 17. profert. Origenes *l. 2. de princ. c. 6. p.* 695. *t.* 1. *de Novo Test. misericordiæ & pietatis congregant verba, quibus à Salvatore discipuli informantur, & quibus pronunciare videtur, quia nemo sit bonus, præter unum Deum Patrem: & per hoc ausi sunt bonum quidem nominare Patrem Salvatoris Jesu Christi, alium autem esse dicunt Mundi* [illegible] *non solum* corruptio Marcionis, non solum ipsius gregalibus, sed & Marcosiis Epiph *hær.* 34. *p.* 114. Anomœis apud Athanas. *in dial. de S. Trinit. p.* 24. & aliquatenus Arrianis, Epiph. *hær.* 69. *p.* 333. Hieron. *t.* 3. *p.* 164. Quare Anomæo dicenti: Καὶ ἡμεῖς λέγομεν, ὅτι ἀγαθός ἐστιν, ἀλλ' οὐχ οὕτως ἀγαθὸς ὡς ὁ Πατήρ. *Et nos dicimus, Bonum esse [Christum] sed non æquè bonum, ac Pater est.* Rectè respondet Orthodoxus apud Athanasium, *l. d.* Καί τοι οὐκ εἴρηται, οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Πατήρ, ἀλλ' οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός. *Equidem non dicitur: Nemo bonus, nisi unus Pater; sed, nemo bonus nisi unus Deus.* Sicque textum à corruptelâ vindicat.

Quod ad sensum, concedunt Patres: Christum sui Patris bonitatem celebrare voluisse. Hinc ipse Origenes *t. in Joh p.* 38. & *l.* 5. *contra Cels. p* 238. Et *l.* 1. περὶ ἀρχῶν *cap.* 2. *sub finem.* & infrà *in Protrept. p.* 169. locum sic allegat: Οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεὸς ὁ Πατήρ. Hieronymus *t.* 3. *p* 164. *in epistolâ, quâ septem quæstiones solvit: Nemo est bonus nisi unus Deus Pater.* Attamen negant, Filium proin à bonitate excludi. Origenes *de princip. l.* 1. *c.* 2. *t.* 1. *p.* 674. *Non alia aliqua secunda bonitas existit in Filium, præter eam, quæ est a Patre. Unde & rectè ipse Servator in Evangelio dicit, quoniam nemo bonus, nisi unus bonus Deus Pater, quò scil. per hoc intelligatur, Filius nō esse alterius bonitatis; sed illius solius, quæ in Patre est.* Epiphanius *Ser. Anchor p.* 477. Οὔτε γὰρ ἀρνήμενος ἑαυτὸν ἀγαθὸν εἶναι, λέγει τὸν Πατέρα ἀγαθὸν· ἀλλὰ τοσούτῳ μειζόνως ἑαυτὸν ἀποκαλύπτει ἐν τῷ τὴν τιμὴν ἐπὶ τὸν ἴδιον αὐτοῦ Πατέρα· ἵνα ἀπὸ τῆς ἀγαθότητος τοῦ Πατρὸς γνωσθῇ ἡ γνῶσις τῆς τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητος ἀπὸ ἀγαθοῦ Πατρὸς Θεοῦ γεγεννημένου. *Neque enim negat, seipsum bonum esse, dum Patrem bonum dicit: imò tanto magis seipsum revelat in hoc, quòd honorem ad proprium suum Patrem refert, quò a bonitate patris cognoscatur notitia bonitatis Filii Dei, à bono Patre Deogeniti.* Plura vide apud eund. *hær.* 42. *p.* 150. *elencho Marcionitarum* 50. & *p.* 114. & *p.* 333. locis supra allegatis. & Basilium *Cæsariens. epist.* 141. *pag.* 927.

Ibid. lin. 18. ὁρισάσθω πρῶτον] Cicero *l.* 1. *fieri in omnibus faciam, quod in principio censeo: ut,* [illegible] *disputari, id quo disputetur, explanetur: ne vagari, & errare cogatur oratio; si ii, qui inter se dissenserint, non idem esse illud, de quo agitur, intelligent.*

Ibid.

Ibid. lin. 29. ὁμοούσιον] Sunt Viri non è vulgo, qui velut ſcripta ſuppoſititia rejiciunt ea, quæ ante Concilium Nicænum vocabulum ὁμοούσιος continent. Verùm, aliud docet Theodoretus *tom.* 3. *l.* 1. *hiſt. Eccleſ. c.* 12. Οὐκ μὲν οὖν οὐ καινή τις ἡ τοῦ ὁμοουσίου προσῆκησις, οὐδὲ ὑπὸ τῶν τότε συναθροισθέντων πατέρων ἐξευρεθεῖσα, ἀλλ' ἄνωθεν ἐκ προγόνων εἰς ἐσχάτους καταγομένη, σαφῶς μεμαρτύρηκεν ὁ Εὐσέβιος. *Quod nomen adjectivum* Conſubſtantialis *ſive ejusdem eſſentiæ, neque novum, neque à Patribus Nicænis inventum, ſed inde à Majoribus ad poſteros tranſlatum ſit, clarè teſtatus eſt Euſebius.* Euſebii verba *in quâdam epiſtolâ ad homines ſuæ parœciæ* ſunt iſta: Ὦ, καὶ αὐτοῦ τοῦ ποτε ἐγκληθέντος τὸν πρέποντα καλῶς ἔχειν ἐφάνη συγκαταθέσθαι, ἐπεὶ καὶ τῶν παλαιῶν τινὰς λογίους καὶ ἐπιφανεῖς ἐπισκόπους καὶ συγγραφέας ἔγνωμεν ἐπὶ τῆς τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ θεολογίας τῷ τοῦ ὁμοουσίου χρησαμένους ὀνόματι. *Sic viſum eſt concedi poſſe, hoc rectè habere, ſi ita interpretetur: ſiquidem novimus quosdam Veterum, prudentes & illuſtres Epiſcopos atque Scriptores, nomine* ὁμοουσίου *uſos eſſe, ſi de Patre & Filio theologicè differebant.* Caſaubonus *Exerc. primâ in Baronium p.* 58. ex epiſtolâ Athanaſii ad Africanos idem obſervat factum eſſe à Dionyſiis duobus, altero Romæ, altero Alexandriæ Epiſcopis, & Theognoſto veteri Theologo. Sed an quis in Origene hoc obſervârit, cùm id agatur, inquirendum eſt. Certè infrà *p.* 159. *lin.* 2. & 11. bis repetitur. Ruffinus *de adulteratione librorum Origenis* teſtatur, frequenter hanc vocem apud Origenem reperiri, dum ait: *Nunquid in eodem opere ejusdem libri interdum, ut diximus, ſtatim in conſequenti capitulo, ſui oblitus eſſe potuit? V. G. ut qui Patrem & Filium unius ſubſtantiæ, quod Græcè* ὁμοούσιον *dicitur, deſignavit; in conſequentibus ſtatim capitulis, alterius ſubſtantiæ & creatum poterat dicere eum, quem paulo antè, de ipsâ Naturâ Dei Patris, pronunciaverat natum?* Exemplum ſi petas, en! Pamphilus nobis exhibet *in Apologiâ, p.* 757. *de libris epiſtolæ ad Hebræos; quod* ὁμοούσιος *eſt cum Patre filius, id eſt, unius cum Patre ſubſtantiæ, alienus a ſubſtantiis creaturæ* pp. Verba Origenis ſic habent: *Quæ ſimilitudines manifeſtiſſimè oſtendunt; Communionem ſubſtantiæ eſſe Filio cum Patre: aporrhœa enim* ὁμοούσιος *videtur, id eſt, unius ſubſtantiæ, cum illo corpore, ex quo eſt vel aporrhœa vel vapor.* Gregorius Thaumaturgus *in anathematiſmo* 2. & *in Expoſitione fidei* eâdem voce utitur; quam, procul dubio, Diſcipulus à Magiſtro didicerat.

Ibid. lin. 35. ἐγὼ φημι εἶναι τρεῖς ἀρχάς] Athanaſ. *in decret. Syn. Nic. c. Arrium t.* 1. *p.* 422. Μαρκίωνος τοῦ ματαιόφρονος δίδαγμα εἰς τρεῖς ἀρχὰς τῆς μοναρχίας τομὴν καὶ διαίρεσιν· παίδευμα ὂν διαβολικὸν, οὐχὶ δὲ τῶν ὄντως μαθητῶν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἀρεσκομένων τοῖς τοῦ Σωτῆρος μαθήμασιν. *Marcionis vaniloqui doctrina ſeditionem diviſionemq; Monarchiæ in tres Principatus inſtituit; ſed ea diabolica inſtitutio eſt; non autem verorum Chriſti diſcipulorum, & acquieſcentium Salvatoris præceptis.* Epiphan. *hær.* 42. *p.* 135. Ἔλαβε τὴν πρόφασιν ἐκ τοῦ προειρημένου Κέρδωνος· καὶ αὐτὸς μὲν γὰρ δύο κηρύττει ἀρχάς· προστιθεὶς δὲ πάλιν, ἐκείνῳ φημὶ τῷ Κέρδωνι, ἕτερόν τι παρ' ἐκεῖνον δείκνυσι, λέγων· τρεῖς εἶναι ἀρχάς, ἡ ἄνω ἀκατονόμαστος καὶ ἀόρατος, ἣ καὶ ἀγαθὸς Θεός. Ἄλλον δὲ εἶναι τὸν ὁρατὸν Θεὸν καὶ Δημιουργὸν ὁρατὸν, Θεὸν Ἰουδαίων καὶ κριτήν· διάβολον δὲ τρίτον καὶ μέσον τοῦ ὁρατοῦ καὶ ἀοράτου. *Accepit Marcion occaſionem ex prædicto Cerdone: nam & ipſe Duo prædicat Principia. Apponens autem rurſus illi, Cerdoni inquam, aliud quoddam, præter Duo illius, oſtendit; Tria Principia eſſe dicens: Unum quidem, ſupremum, innominatum, & inviſibile, quod etiam* BONUM DEUM *dicere vult. Alterum autem eſſe Viſibilem Deum ac* OPIFICEM *viſibilium, qui ſit* DEUS JUDÆORUM & JUDEX. *Diabolum verò eſſe tertium, & interviſibile atque inviſibile medium.* Damaſcenus *de hæreſ. p.* 459. *Marcion Tria Principia docuit,* BONUM, JUSTUM & MALUM. Greg. Abulpharajus *Hiſt. Dynaſt. VII. pag.* 77. *Prodiit etiam quidam nomine Marcion, qui aſſeruit tres eſſe Deos; Aequum, Bonum & Malum. Aequum autem opera ſua in Malo, vid. Materiâ exercuiſſe, atque ex eo Mundum condidiſſe: Bonum verò cùm videret Mundum in partem Mali trahi, miſiſſe Filium ſuum, ut homines ad cultum Patris ſui Boni invitaret, qui veniens Legem* (Moſaicam) *quæ Legem Juſtitiæ continebat, commutavit Evangelio, quod continet legem præſtantiæ. Aequum ergo cultores ſuos in ipſum concitâſſe,*

tâsse, qui se potestati eorum permisit, adeo ut ipsum occiderent: at resurrectione suâ à mortuis homines captivos cepit, & redegit ad cultum Patris sui.

Verùm longè plures sunt, qui Duorum Principiorum auctorem Marcionem esse volunt: uti infrà indicabimus. Augustinus *l. de hæresibus, cap.* 22. observat hunc dissensum, eumque sic conciliat: *Marcion, a quo Marcionistæ sunt, qui Cerdonis secutus est dogmata de Duobus Principiis: quamvis Epiphanius eum Tria dicat asseruisse Principia, Bonum, Justum, Pravum. Sed Eusebius Synerum quendam, non Marcionem, Trium Principiorum atque Naturarum scribit autorem.*

Si Rhodonis liber esset superstes, in quo, teste Hieron. *in Catal. p.* 280. refert, Quomodo ipsi quoque inter se Marcionitæ discrepent: facilè hunc nodum solveremus. Sed cùm perierit, Eusebio soli debemus particulam libri conservatam *hist. Eccl. l.* 5. *c.* 13. *p.* 177. Ἀπὸ τῆς τούτων ἀγέλης Ἀπελλῆς μὲν μίαν ἀρχὴν ὁμολογεῖ. ἕτεροι δὲ, καθὼς καὶ αὐτὸς ὁ ναύτης Μαρκίων, δύο ἀρχὰς εἰσηγοῦνται. Ἄλλοι δὲ πάλιν αὐτῶν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐξοκείλαντες, οὐ μόνον δύο, ἀλλὰ καὶ τρεῖς ὑποτίθενται φύσεις· ὧν ἐστιν ἀρχηγὸς καὶ προστάτης Συνέρως, καθὼς οἱ τὸ διδασκάλιον αὐτοῦ προβαλλόμενοι λέγυσι. *Ex illorum grege Apelles unum fatetur esse Principium.* pp. *Alii verò, perinde ac Marcion, nauta ille, duo inducunt Principia.* pp. *Alii rursus ab his, tanquam tempestate in pejus abrepti, non duas solùm, sed tres Naturas posuerunt: quorum (ut disciplinæ illius sectatores memorant) Princeps & Antesignanus fuit Syneros.* Cum Synero fecit Ptolemæus insignis Valentinianus, *in epist. ad Floram*, apud Epiphan. *hær.* 33. *p.* 100. Εἰ ὁ τέλειος Θεὸς ἀγαθός ἐστι κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, ὥσπερ καί ἐστιν. Ἕνα γὰρ μόνον εἶναι ἀγαθὸν Θεὸν τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἀπεφήνατο, ὃν αὐτὸς ἐφανέρωσεν· ἔστι δὲ καὶ ὁ τῆς ἀντικειμένης φύσεως κακός τε καὶ πονηρὸς ἐν ἀδικίᾳ χαρακτηριζόμενος· τούτων δὲ ἐν μέσῳ καθεστὼς, καὶ μήτε ἀγαθὸς ὤν, μήτε μὴν κακὸς, μήτε ἄδικος, ἰδίως τε λεχθείη ἂν δίκαιος, τῆς κατ' αὐτὸν δικαιοσύνης ὢν βραβευτής. *Si perfectus Deus Bonus est secundùm suam naturam, velut etiam est: unum enim solum esse bonum Deum Patrem suum, Salvator noster pronunciavit, quem ipse manifestavit. Est autem & is, qui adversariæ naturæ est, Malus ac improbus, & in injustitiâ delineatur. Qui igitur Medius consistit, & neque bonus est, neque malus, neque injustus, propriè utique justus dici poterit, ut qui suæ justitiæ sit Remunerator.*

Pag. *lin.* 6. ἤτοι πονηροὶ, οἱ τῶν ἀλλοτρίων ἐφιέμενοι] Tertullianus *l.* 1. *adv. Marcionem p.* 437. *Quid improbius quam ità alieno benefacere servo, ut Domino eripiatur, ut alii vindicetur, ut adversus caput Domini subornetur.* vid. Epiphan. *p.* 136.

Pag. 7. *l.* 7. Ὡς φάλσα ἐστὶ τὰ Εὐαγγέλια] Marcion criminabatur, corrupta esse Evangelia: unde *Quatuor Evangelistas* calumniis lacerat Megethius; quamvis à Magistro *Luca Evangelium* tantùm fuerit adoptatum, & absolutè ab eo *Evangelium* appellatum: sed Titulis erasis, & libro variè truncato, dissimulavit id falsarius, seque *Evangelia purgâsse* jactavit. Origenes *in epist. ad Alexandrinos*: *Videte, quali purgatione disputationem nostram purgavit; tali nempe, quali purgatione Marcion Evangelia purgavit, vel Apostolum; vel qualis successor ejus, post ipsum, Apelles. nam illi subverterunt Scripturarum veritatem.* Tertullianus *l.* 4. *adv. Marcionem c.* 2. asserens Evangelistis divinam auctoritatem: *Constituimus imprimis Evangelicum instrumentum Apostolos auctores habere, quibus hoc munus Evangelii promulgandi ab ipso Domino sit impositum. Si & apostolicos; non tamen solos, sed cum Apostolis & post Apostolos.* & pp. *Contrà Marcio Evangelio, scil. suo, nullum adscribit auctorem: quasi non licuerit illi Titulum quoque adfingere, cui nefas non fuit ipsum corpus evertere.* pp. *Ex iis Commentatoribus, quos habemus, Lucam videtur Marcion elegisse, quem cæderet.* Irenæus *l.* 1. *c.* 29. de Marcione. *Id quod est secundùm Lucam Evangelium circumcidens, & omnia quæ sunt de generatione Domini conscripta auferens: in quibus manifestissimè Conditorem hujus universitatis suum Patrem confitens Dominus conscripsus est.* Vide not. *ad pag.* 45.

Ibid. Φάλσα] Latina vox est, sed à Græcis recepta: uti plures aliæ. Glossæ Basilic. Φάλσα, ψεῦδος. *Falsum, mendacium.*

Ibid.

Ibid. lin. 28. ὀνόματα γεγραμμένα] lege ὀνόματα οὐ γεγρ. ità habebat etiam Codex Doctiss. Pici, vertit enim: *Proferre nomina non scripta in Scripturâ.*

Pag. 8. *lin* 10. ἑξήκοντα δύο.] *Septuaginta duos* misisse Christum *Discipulos*, tradunt Interpres Persicus, Hieronymus, Augustinus, Interpres vulgatus, Epiphanius *p.* 27. Gregorius M. *homil.* 17. *in Evangelia, t.* 2. *p* 374. Beda, *Comment. in Lucæ X. cap.* & *t.* 7. *hom. in die S. Lucæ p.* 200. Rab. Maurus, *de Inst. Cler. l* 2. *c.* 53. Eucherius, *de form. spiritual. c.* 11. Gregor. Abulpharajus, *hist. Dynast.* 7. *pag.* 72. Unde hauserint, inquirendum est. Græci Codices tantùm ἑβδομήκοντα, *septuaginta* numerant. idem observant Syrus Interpres, & Arabs, Tertullianus, *l.* 4. *adv. Marc. c.* 24. *p.* 540. *Adlegit & alios septuaginta Apostolos super XII. Quò enim XII. secundùm totidem fontes in Elim; si non & LXX. secundùm totidem arbusta palmarum!* Dorotheus, *in Synopsi.* Clemens, *l.* 5. *hypotyposeon, apud Euseb. hist Eccl. l.* 1. *c.* 12. Ambrosius, *t.* 5. *l.* 7. *Comm. in Luc. c.* 10. *p.* 97. Fortè in nonnullis Codicibus (quorum aliquot observavit Brianus Waltonus, in variantibus lectionibus Græcis N. T. *tom.* 6 *Bibl. Polyglott.* insertis) è sequenti lineâ vocabulum δύο fuit translatum in superiorem: unde numeri diversitas. Vel, uti conjicit *Cl. Svicerus*, vocantur numero (ut appellant) rotundo, LXX. tantùm, minore numero demto, cùm LXXII fuerint. Sic Epiphanius, *p.* 456. οβ. ἑρμηνεύσαντες, ἐπὶ Πτολεμαίου· διὰ δὲ τὴν συντομίαν ἀπαρτιζόμενοι λέγειν τῶν ἑβδομήκοντα τὴν ἑρμηνείαν. *LXXII. Interpretes fuere sub Ptolemæo: sed compendii gratiâ consuevimus vocare Versionem LXX.* Ibidem plura exempla enarrat.

Ibid. lin 25. τὸ ἀποστολικόν ἐστι, ἐν ᾧ καὶ τὰ μάλιστα ἀδικηθέντα ἐστί.] Quando Megethius calumniatur, falsum esse *Apostolicum* Adamantii; intelligit omnes Epistolas Apostolorum, XIV. Pauli, & VII. Catholicas: scil. Petri II. Johannis III. Jacobi I. & Judæ I. Sed retorquet Adamantius crimen in adversarium, dicitque: *Marcionis Apostolicum,* (sic enim hæretico nominare placuit) detruncatū esse: & quidem meritò. nam, tantùm Pauli Epistolas continebat; easq; non omnes, sed tantùm Decem; è quibus pariter multa resecuit, immutavit, adulteravit. Irenæus *l.* 1. *c.* 29: *Similiter* (Marcion) *& Apostoli Pauli epistolas abscidit, auferens quæcunque manifestè dicta sunt ab Apostolo de eo Deo, qui Mundum fecit.* Tertullianus *l.* 4. *adv. Marcionem, c.* 5. *p.* 480. per sarcasmum Paulum vocat *Hæreticorum Apostolum.* nimirum, quia reliquis repudiatis, hunc sibi Marcion elegerat. Et ut omnia in melius mutata crederentur, pervertit etiam hæresiarcha ordinem epistolarum: Primo loco ponens Epist. ad Galatas, deinde 1. & 2. Cor. quartò, ad Romanos: 5. & 6. epistolas ad Thessalonicenses: 7. ad Ephesios: 8. ad Colossenses: 9. ad Philemonem: 10. ad Philippenses. teste Epiphanio, *hær.* 42. *pag.* 135. Præposuit illam ad Galatas: quia, consentiente etiam Tertulliano, *l.* 5. *adv. Marcionem. c.* 2. *Principalis est adversus Judaismum epistola.* Quâ temeritate sperabat, se faciliùs diversitatem Principiorum obtenturum.

De epistolâ ad Ephesios hoc observat Tertullianus, *eod. l. c.* 17. *p.* 607. *Ecclesiæ quidem veritate epistolam istam ad Ephesios habemus emissam, non ad Laodicenos: sed Marcion ei titulum aliquando interpolare gestiit, quasi & in isto diligentissimus explorator.* Epiphanius paulò aliter rem narrat: scribit enim, Marcionem suprà-enarratis decem epistolis partem aliquam epistolæ ad Laodicenos superaddidisse. Sed, quantùm ex testimoniis ab Epiphanio allatis colligi potest, ex crasis locis Epistolæ ad Ephes. fuit illa particula conflata

De Epistolâ ad Philemonem scribit Tertull *c.* 21. *ejusd. libri, p* 615: *Soli huic epistolæ brevitas suâ profuit, ut falsarias manus Marcionis evaderet.* Unde miror, cur Epiphanius scribat, *p.* 163. ἀπὸ ταύτης τῆς πρὸς Φιλήμονα, οὐδὲν παρεθέμεθα, διὰ τὸ ὁλοσχερῶς αὐτὴν διεστράφθαι παρ' αὐτῷ κειμένην. *Ex hac epistolâ ad Philemonem nihil apposuimus; quia omnia à Marcione perversa sunt.* Forsitan ejus discipuli sceleratas manus ei intulére Sic enim de iis Tertull. *l.* 4. *adv. Marc. c.* 5 *p.* 506: *Quotidie reformant illud, prout à nobis quotidiè revincuntur.* Idem refert Origenes, *sect. V. hujus Dial. p.* 147.

Quamobrem autem Marcion epistolam ad Timotheum & Titum rejecerit, Tertullianus sic exponit, *l.* 5. *c.* 21. *p.* 615: *Miror cùm*

ad unum hominem literas factas receperit, quid ad Timotheum duas, & unam ad Titum, de Ecclesiastico statu compositas, recusaverit. Adfectavit, opinor, etiam numerum epistolarum interpolare. Epiphanius *p.* 142. asserit: Epistolas ad Tim. Tit. & Hebræos à Marcione repudiari, ὡς οὐ πληρεστάτας οὔσας, ἀλλὰ ὡς ἐν παραχαράξει, *quasi non integræ essent, sed adulteratæ.* De Epistolâ ad Hebræos, mirum non est, eam à Marcione non admitti, cùm ferè tota ex V. T. testimoniis & exemplis sit confecta; adeoque è diametro cum ejus dogmatibus pugnet: quorum scopus erat, ostendere; Novo Testam. cum Veteri nihil esse commune: imò ea potiùs inter se dissentire, & unum evertere alterum; quia à diversis Principiis, Bono scil. & Malo, originem trahant.

Quæ autem loca Epistolarum Paulinarum singula corrupta fuerint à Marcione; per totam hanc Disputationem palàm fiet. Consulatur insuper Tertullianus, *l. V. adv. Marcionem.* Origenes *in epist. ad Rom. c.* 16. *l.* 10. *t.* 2. *p.* 632. & Epiphanius: qui plenissimè hoc argumentum tractàrunt. Addam gravissimum judicium Hieronymi de Marcioniticâ emendatione Scripturarum, è *Proœm epist. ad Tit. t.* 9. *p.* 242: *Licèt non sint digni fide, qui fidem primam irritam fecerunt, Marcionem loquor & Basilidem, & omnes Hæreticos, qui Vetus laniant Testamentum: tamen eos aliquâ ex parte ferremus, si saltem in Novo continerent manus suas, & non auderent Christi, ut ipsi jactitant, Boni Dei Filii, vel Evangelistas violare, vel Apostolos. Nunc verò cùm & Evangelia ejus dissipaverint, & Apostolorum epistolas, non Apostolorum Christi fecerunt esse, sed proprias; miror, Quomodo sibi Christianorum nomen audeant vendicare. Ut enim de cæteris Epistolis taceam, de quibus quicquid contrarium suo dogmati viderunt, eraserunt: nonnullas integras repudiandas crediderunt, ad Timotheum videlicet utramque, ad Hebræos, & ad Titum.* pr. *Cùm hæreticâ auctoritate pronuncient & dicant: illa Epistola Pauli est, hæc non est: eâ auctoritate refelli se pro veritate intelligant. quâ ipsi non erubescunt falsa simulare.*

Ibid lin. 34. ἐλάβετε ἐντολὰς, ἵνα ἔλθη πρὸς ὑμᾶς] *i. e. accepistis mandata, ut veniret ad Vos.* Codices Græci vulgò sic legunt: ἐλ. ἐντολάς. ἐὰν ἔλθη πρὸς ὑμᾶς, δέξασθε αὐτόν. h. e. *accepistis mandata. Si venerit ad vos, suscipite ipsum.*

Pag. 9. *lin.* 23. κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου] Origenes *tom.* 5. *in Evang. Joh. in Philocal. c.* 5. *p.* 29: Ἐκ προφάσεως ἐν τῷ ἀποστολικῷ, μὴ νενοημένον ὑπὸ τῶν περὶ Μαρκίωνα, καὶ διὰ τοῦτο ἀθετούντων τὰ Εὐαγγέλια. τὸ γὰρ τὸν Ἀπόστολον λέγειν, Κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ μὴ φάσκειν Εὐαγγέλια, ἐκεῖνοι ἐφιστάντες φασὶν, οὐκ ἂν πλειόνων ὄντων Εὐαγγελίων, τὸν Ἀπόστολον ἑνικῶς τὸ Εὐαγγέλιον εἰρηκέναι. οὐ συνιέντες, ὅτι ὡς εἷς ἐστιν, ὃν εὐαγγελίζονται πλείονες, οὕτως ἓν ἐστι τῇ δυνάμει τὸ ὑπὸ τῶν πολλῶν Εὐαγγέλιον ἀναγεγραμμένον· καὶ τὸ ἀληθῶς διὰ τεσσάρων, ἕν ἐστιν Εὐαγγέλιον. *Addam præterea dictum Apostoli, nunquam intellectum ab iis, qui Marcionem affectantur. Cùm enim Apostolus dicat:* juxta Evangelium meum in Christo *Jesu; non autem juxta* Evangelia; *illi instant & dicunt: ideo Apostolum in singulari numero dixisse* Evangelium, *quia plura non sint Evangelia: non intelligentes, quòd sicut unus est, quem plures prædicant; sic unum esse virtute, quod à multis scriptum est Evangelium. Et reverà, quod per Quatuor scriptum est, Unum est Evangelium.*

Illis quidem verbis Paulum *Lucæ Evangelium* indigetâsse, non solùm Marcionitæ, sed etiam alii tradiderunt: Eusebius *H. E. l.* 3 *c.* 4. Φασὶ δὲ, ὡς ἄρα τοῦ κατ' αὐτὸν Εὐαγγελίου μνημονεύειν ὁ Παῦλος εἴωθεν, ὁπηνίκα ὡς περὶ ἰδίου τινὸς Εὐαγγελίου γράφων ἔλεγε, κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου. *Hujus* (Lucæ) *porrò Evangelium ajunt a Paulo designari solitum esse, quoties tanquam de proprio quodam Evangelio sermonem faciens diceret,* Secundùm Evangelium meum. Clemens autem *in epist. ad Corinthios* intelligit epistolas Paulinas. Verùm de his vide Notas Cl. Huetii *in Origenem.*

Pag. 10. *lin* 12. εὐαγγελισάμεθα] Hoc verbum uncis inclusum, à me insertum est. Requirere id textûs seriem, cuivis patet.

Ibid. lin. 37. Νοητὰς εἶναι λέγεις τὰς γραφὰς, ἢ ψιλάς;] Distinctio hæc est verè Origenica. Orig. *l.* 2. *contr. Cels. p.* 102: Τὰ συμβεβηκότα ἀναγεγραμμένα τῷ Ἰησοῦ, οὐκ ἐν ψιλῇ τῇ λέξει καὶ τῇ ἱστορίᾳ τὴν πᾶσαν ἔχει θεωρίαν τῆς ἀληθείας· ἕκαστον γὰρ αὐτῶν, καὶ σύμβολόν τινος αὐτῶν εἶναι, παρὰ τοῖς συνετώτερον ἐντυγχάνουσι

χάνουσι τῇ γραφῇ ἀποδέικνυται. *Veritas Scripturæ, tradentis nobis gesta Jesu, non consistit in nudis verbis historia: nam in unoquoque significatur latens aliquid, quod prudentior Lector intelliget.* Idem *l. 7. c. Cels. p. 345:* Ὁ νόμος διττός ἐστιν, ὁ μὲν ὡς πρὸς ῥητὸν, ὁ δὲ πρὸς διάνοιαν. *Lex duplex est, altera juxta literam, altera juxta intellectum.* Vid. Eund. *apud Pamphilum in Apolog. p. 759.* & *lib. 4. de princip. c. 2.* & passim in Operibus.

Pag. 11. lin. 20. οὐκοῦν νοητή ἐστι καὶ [οὐ] ψιλὰ] Interponendam esse particulam negandi, sententia Origenis constans postulat. Negat enim, contra hæreticum id asserentem, *Scripturam nudis* literis aut verbis *constare*: nec dissentit Eutropius. tum postea, *Megethij* est opinio, mox: *Partim intelligibilia, partim nuda* esse, quæ in Scripturis traduntur: eam Eutropius *inconstantiæ* arguit. Non igitur potest ei adscribi. nec etiam quadrasent connexa sequentia.

Pag. 12. lin. 8. [ἢ νοηταί εἰσι πᾶσαι αἱ γραφαὶ] Quanquam & Picus ista legerit in suo Codice, tamen facilè possunt abesse, quia inconcinna sunt: forsan è proximâ periodo describentis oscitantiâ repetita.

Pag. ead. lin. 16. ὁ Χριστὸς] Megethius ideò tradit, Christum auctorem Evangelii; quia Marcion, quamvis Lucam adoptârit, titulos tamen omnes eraserat: *ut* (teste Irenæo *l. 1. c. 29.*) *suaderet discipulis suis, semetipsum esse veraciorem, quam sunt hi, qui Evangelium tradiderunt Apostoli: non Evangelium, sed particulam Evangelii, tradens eis.* Vid. Tertull. *l. 4. adv. Marc. c. 2.* & *Notas ad pag 45. lin. 31.*

Ibid lin. 32. Πῶς εἶ Χριστιανὸς;] Photius *in Nomocan. tit. 12. c. 3. p. 176.* Οὐ λέγονται οἱ Νεστοριανοὶ, Χριστιανοὶ, ἀλλὰ Σιμωνιανοὶ ὥσπερ οἱ Ἀρειανοὶ, Πορφυριανοί. *Nestoriani non vocantur Christiani sed Simoniani, sicut Ariani, Porphyriani* dicuntur. De Marcionitis modò Hieronymus: *Miror, quomodo sibi Christianorum nomen audeant vendicare.* Sed quod non sunt, vocari tamen ament. Theodoretus *hær. fabul. l. 1. p. 191:* Ὁ παμπόνηρος δαίμων, ἐκλεξάμενος ἀνθρώπους τῆς οἰκείας ἐνεργείας ἀξίους, καὶ καθάπερ τι προσωπεῖον τὴν τῶν Χριστιανῶν ἐπίκλησιν αὐτοῖς ἐπιθεὶς, καὶ οἷον ὑπὸ μέλιτι περιχρίσας τὸ χεῖλος τῆς κύλικος τὸ δηλητήριον τοῦ ψεύδους τοῖς ἀνθρώποις ὤρεξε φάρμακον. *Pessimus Dæmon, eligens sibi homines operatione suâ dignos, velut personam quandam Christianorum nomen eis imponens, & tanquam melle quodam os poculi illinens, exitiale mendacii venenum hominibus porrexit.* Epiphanius *hær. 29. p. 58.* Καὶ γὰρ καὶ νῦν ὁμωνύμως οἱ ἄνθρωποι πάσας τὰς αἱρέσεις, Μανιχαίους τέ φημι καὶ Μαρκιωνιστὰς, Γνωστικούς τε καὶ ἄλλους, Χριστιανοὺς, τοὺς μὴ ὄντας Χριστιανοὺς, καλοῦσι. καὶ ὅμως ἑκάστη αἵρεσις καίπερ ἄλλως λεγομένη, καταδέχεται τοῦτο, χαίρουσα, ὅτι διὰ τοῦ ὀνόματος κοσμεῖται. δοκοῦσι γὰρ ἐπὶ τῷ τοῦ Χριστοῦ σεμνύνεσθαι ὀνόματι, οὐ μὴν τῇ πίστει καὶ τοῖς ἔργοις. *Et certè etiam nunc ambiguè homines, omnes hæreses, scil. Manichæos, Marcionitas, Gnosticos, aliosque, cùm non sint Christiani, vocant Christianos. Et simul omnis hæresis, quamvis aliter appelletur, suscipit hoc nomen libenter: quia putat, id sibi ornamento esse; satis habentes, si Nomine Christi ornentur, non verò fide & operibus.*

Sed & aliæ subsunt maligni Dæmonis machinæ: quas idem Epiphanius detegit, *hær. 27. p. 50.* ἐπέθετο ἑαυτοῖς ἐπίκλησιν Χριστιανοί, πρὸς τὸ σκανδαλίζεσθαι τὰ ἔθνη δι' αὐτῶν, καὶ ἀποστρέφεσθαι τὴν τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ὠφέλειαν, καὶ τὸ ἀληθινὸν κήρυγμα, διὰ τῆς ἐκείνων ἀθεμιτουργίας καὶ ἀνεικάστου κακοπραγίας· εἰς τὸ τὰ ἔθνη, καθορῶντα αὐτῶν τὰ ἐπάλληλα ἔργα τῶν ἀθεμιτουργιῶν, νομίσαντα καὶ τοὺς τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας τοιούτους εἶναι, ἀποστρέφειν. *Indiderunt sibiipsis nomen Christianorum; ad hoc, ut gentes per ipsos offendantur, & sanctæ Ecclesiæ Dei utilitatem, & veram prædicationem, propter illorum nefaria facta, & incomparabilem improbitatem, aversentur; & ut gentes, ipsorum assiduè nefaria opera considerantes, & putantes, etiam sanctas Dei Ecclesias tales esse ab his se avertant.* Vid. Theodoreti *præfat. l. 2. hæret. fabul. p. 216.* Cyrill. Hierosol. *Catech. VI. p. 52.*

Ibid. lin. 35. Ἀλλὰ Μαρκιωνιστής] Tertullianus, *l. 1. Carm. adv. Marcionem*, idem Marcionitis exprobrat:

Nec venit in mentem, quod Vos à nomine Christi
Seducti, ad Marcionis tulit infima nomen.

Confer *Codicis l. 1. tit. V. §. 6. de nominibus hæreticorum*

Ibid. lin. 36. Ὑμεῖς τῆς καθολικῆς λέγεσθε] Augustinus *de verâ relig. t. 1. c. 7. Velint no-*

lint ve ipsi quoque haretici, & schismatum alumni, quando non cum suis, sed cum extraneis loquuntur, catholicam nihil aliud quàm catholicam vocant. Non enim possunt intelligi, nisi hoc eam nomine discernant, quo ab universo orbe nuncupatur. Dein fidem in Deum verum, & Scripturam, ceu fundamentum fidei, caput hujus religionis esse profitetur. Tertullianus hoc titulo frequenter utitur; quia, ut magnificè loqui amat, magnificus ei visus est. Itaque ipsi Ecclesia est *Catholica*, Christus *Sacerdos catholicus*, templum *Catholicum*, bonitas *Catholica*, &c. Optatus Milevitanus, *lib. 2. p. 46. Ubi proprietas Catholici nominis, cùm inde dicta sit Catholica, quod sit rationabilis & ubique diffusa?* Beda, *tom. 4. in Cant. l. 5. p. 1109. Ecclesia unde Catholica sit appellata, Lucas docet dicens: Ecclesia quidem omnes per totam Judaam, & Galilaam, & Samariam habebant pacem, adificata & ambulantes in timore Domini, & consolatione S. Spiritûs replebantur. Quod enim hoc loco Latinè, Gracè catholos. Unde liquidò patet, quia inde catholica vocatur Ecclesia, quod per totas mundi partes, in unâ pace, in uno Domini timore adificetur, unâ eademq; Spiritûs S. consolatione repleatur.* Vid. Isidor. *Orig. l. 8. c. 1.* Walafrid. Strabonem, *de reb. Eccles. c. 6.* & Rabanum Maurum, *de Inst. Cler. l. 1. C. 1.* Vincent. Lirinens. *c. 3.* ubi fidem Catholicam constare ex *universitate, antiquitate & consensione* asserit. Sed nunquam magis floruit *hac universitas*, quàm cùm *sonus Evangelii in omnem terram exivisset, Rom. 10. 18.* Nulla potior est *antiquitas*, quàm quæ ad Christi, τοῦ α καὶ ω, *Principii & Finis*, normam accedit: nec melior *consensus*, quàm qui secundùm Normam hanc incedit, Gal. VI. 16. Hæc cùm sincerè ac toto corde observet Ecclesia Reformata; quó jure Pamelius *Not. in Tertull. de Prascr. heret. c. 25.* ei Catholicæ Ecclesiæ nomen derogare ausit, ipse viderit. Illi verò sunt *Anathema*, qui aliter evangelizant, quàm Paulus. & sancti Dei homines, Gal. I, 8, 9. 2, Pet. I. 19-21.

Pag. 13. lin. 7. Εἰ οὐκ ἔστιν ὄνομα ἀνθρώπινον φέρον] Ignatius *epist. ad Magnesios*: Ὃς γὰρ ἄλλῳ ὀνόματι καλεῖται πλέον τούτου, οὗτος οὐκ ἔστι τοῦ Θεοῦ. Ἐν Ἀντιοχείᾳ γὰρ ἐχρημάτισαν οἱ μαθηταὶ Χριστιανοί. *Qui alio nomine prater hoc appellatur, hic non est Dei,* pp. *Antiochia enim primùm discipuli appellati sunt Christiani.* Hieron. *adv. Luciferianos, tom. 2. p. 147: Sicubi audieris eos, qui dicuntur Christi, non à Domino Jesu Christo, sed à quoquam alio nuncupari; ut puta Marcionitas, Valentinianos, Montenses sive Campates: scito, non Ecclesiam Christi, sed Antichristi esse synagogam.* Epiphan *har. 70. p. 352:* Τοῦτο ἐστὶ τὸ φοβερὸν, τὸ παραλλάξαι ὄνομα Χριστιανῶν τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας, τῆς μὴ ἐχούσης ἐπίθετον ὄνομα, ἀλλὰ μόνον ὄνομα Χριστοῦ καὶ Χριστιανῶν, εἰς ὄνομα Αὐδιανῶν καλεῖσθαι. *Hoc est horrendum illud, quod immutant nomen Christianorum in S. Ecclesiâ quæ non habet impositiium nomē, sed solum Christi & Christianorū) & Audiani vocantur.* Idem *har. 42. p. 161:* Οὐ κηρύσσουσιν ἑαυτοὺς οἱ Ἀπόστολοι, ἀλλὰ Χριστὸν Ἰησοῦν Κύριον. διὸ οὐκ ἔτι αἵρεσις, οὐδὲ Ἐκκλησία εἰς ὄνομα Ἀποστόλων ἀπηγορευμένη· οὐδέποτε γὰρ ἠκούσαμεν ἢ Πετριανοὺς, ἢ Παυλιανοὺς, ἢ Βαρθολομαιανοὺς, ἢ Θαδδαιανούς· ἀλλὰ ἀπ' ἀρχῆς ἓν κήρυγμα πάντων τῶν Ἀποστόλων, οὐκ αὐτοὺς κηρύσσον, ἀλλὰ Χριστὸν Ἰησοῦν Κύριον. διὸ καὶ ὄνομα τῆς Ἐκκλησίας ἓν πάντες ἔθεντο οὐχ ἑαυτῶν, ἀλλὰ τοῦ Κυρίου αὐτῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀπὸ Ἀντιοχείας ἀρξαμένων Χριστιανῶν καλεῖσθαι· ὅπερ ἐστὶν ἡ μόνη καθολικὴ Ἐκκλησία, οὐκ ἄλλο τι ἔχουσα· ἀλλὰ Χριστοῦ Χριστιανῶν οὖσα Ἐκκλησία, οὐ Χριστῶν, ἀλλὰ Χριστιανῶν· τοῦ μὲν ἑνὸς ὑπάρχοντος Χριστοῦ, τῶν δὲ ἀπὸ τοῦ ἑνὸς Χριστιανῶν καλουμένων. μετὰ ταύτην δὲ καὶ τὰς αὐτῆς κήρυκας πᾶσαι οὐκέτι τοῦ αὐτοῦ χαρακτῆρος φαινόμεναι διὰ τῶν ἐπιθέτων ὀνομάτων Μανιχαίων, καὶ Σιμωνιανῶν, καὶ Οὐαλεντινιανῶν, καὶ Ἐβιωναίων· ἂν εἰς καὶ σὺ Μαρκίων ὑπάρχεις, καὶ σοῦ τὸ ὄνομα ἐπικέκληνται οἱ ὑπὸ σοῦ ἠπατημένοι, ὡς σεαυτὸν κηρύξαντος, καὶ οὐχὶ Χριστόν. *Non pradicant seipsos Apostoli, sed Jesum Christum Dominum. Quapropter non est haresis, neque Ecclesia nomine Apostolorum pradicata. Nunquam enim audivimus Petrinos, aut Paulinos, aut Bartholomaanos, aut Thaddaanos. Sed ab initio una pradicatio omnium Apostolorum, non seipsos pradicantium, sed Christum Jesum Dominum. Et ideo nomen quoque Ecclesia omnes unum indiderunt, non a seipsis, sed a Domino suo Jesu Christo, inde ab Antiochiâ incipiente Christianorum nomine. quod sane est sola catholica Ecclesia; non aliud quid habens, sed Christi*

Chri-

Christianorum Ecclesia existens; non Christorum, sed Christianorum. Illo quidem Uno existente, hi vero ab Uno illo appellati Christiani. Post hunc vero, & ipsius Pracones, omnes (Ecclesiæ) *non amplius ejusdem forma apparent, idq; propter apposititia nomina Manichaorum, & Simonianorum, & Valentinianorũ, atque Ebionaorum: E quorum numero & tu Marcion unus es: & tuo nomine cognominati sunt, qui a te decepti sunt, velut qui teipsum pradicâsti, & non Christum.* Quare meritò protestantur Orthodoxi contra eorum insolentiam: qui nomina hominum, ipsis invitis & reclamantibus, obtrudunt: malò equidem, sed issito consiliò.

Ibid. lin. 26. ὧδε λέγονται Σωκρατικοί τινες] Diogenes, Laërtius *in proœm. p.* 11. de Sectis Philosophorum agens, *Socraticorum* facit mentionem: οὗτοι ἀπὸ τῶν διδασκάλων, ὡς οἱ Σωκρατικοί. *Sunt Philosophi, qui a Praceptoribus sunt dicti, ut Socratici.* Freculfus *t.* 1. *l.* 4. *c.* 14. *Socratici insignes, Diogenes Eudoxus, Plato, Xenophon.* Hieron *apolog. adv. Ruffin. p.* 246. *Apud Platonem & alios Socraticos legi.* Frequentius tamen hi Philosophi ab iis, qui sectas eorum descripsére; *Platonici* appellantur. Dubito autem, an Christianis nomen sectæ ethnicæ sit impositum. potiùs videtur, *Socratem* quendam hæreticum fuisse obscuri nominis, à quo *Socratiani* sint nominati: partim, quia Adamantius profitetur, se ignorare, quis *Socrates* hic fuerit: & quærit, Utrum ipse quoque Marcionem repudiet? quòd certè de Philosopho illo celeberrimo, & Origeni notissimo, dici non potest: partim, quia Epiphanius *in proœm. tom.* 2. *lib.* 1. *pag.* 28: inter varia nomina Gnosticorum refert, eos etiam Σωκρατίτας, *Socratitas* vocari, in aliquibus locis: in descriptione verò hæreseos rationem appellationis non dedit; ideò, ut opinor, quòd de auctore nil habuerit, quod indicaret.

Ibid. lin. 34. Μαρκίων ἐπίσκοπός μου ἦν] Marcionitas suum Seductorem *Episcopi* nomine honorâsse, hinc apparet. Ideo ab hæreticorum fraude, vocabulo abutentium, seductus, Optatus Milevitanus, credidit; Marcionem veræ Ecclesiæ fuisse Episcopum. scribit enim *lib.* 4. *pag* 79: *Marcion, qui ex Episcopo apostata factus, inducebat duos Deos, & duos Christos.* Sed, Episcopi filium, cum fuisse: suprà indicavimus.

Pag. 14. *lin.* 19. Ἐι τρεῖς φύσεις] Possumus legere, ἢ τρεῖς φύσεις, *aut tres natura.* nam ῥίζα, φύσις, ἀρχὴ, hæreticis his idem valuisse videntur Pici codex habuit, καὶ τρεῖς φύσεις. vertit enim, *& tres Natura.*

Ibid. lin. 32. ἀντίκειται τὸ Ἐυαγγέλιον τῷ Νόμῳ] Hæc cum objectionibus sequentibus depromsisse, verisimile est, Megethium ex antithesibus Marcionis. Tertull. *l.* 1. *contr. Marc. p.* 443: *Ha sunt antitheses Marcionis, id est, contraria oppositiones; qua conantur discordiam Evangelij cum Lege committere: ut ex diversitate sententiarum utriusque instrumenti, diversitatem quoque argumententur Deorum.*

Pag. 15. *lin.* 2. Ὀυδ᾽ ἐπὶ ἁνδὸς μικρῷ παραδείγματ᾽ ἅψασθ] Picus: *Haud decet parvum illud exemplum attingere,* &c. Humfred. *Illustrius aliquod mihi exemplum videtur attingendum.* Vitium esse Descriptoris in παραδείγματ᾽ pro παραδείγματος non est dubium, estque Apostrophi nota posita loco ο supra τ. nam, alioqui scribendũ fuisset παραδείγματ᾽, propter sequentem dictionem aspiratam Sed verò, quò *Picus* respexerit, vertendo *parvum illud exemplum*, non habeo dicere: nullum enim præcessit. & quod sequitur, non extenuatur ab Origene, sed *haud parvum* exemplum prædicatur. quod animadvertit Humfredus, ac proinde *illustrius* vocavit. Atqui, cùm neque comparativè loquatur Adamantius, nec velit exemplum extollere magnoperè; simpliciter ductum verborum secuti sumus. Sententia huc redit: *Consentaneum* est, *nullo parvi momenti exemplo uti.* vel, *Par* est, *non exigui* Viri *exemplum attingere. Paulum* innuens, quem nominatim unà cum exemplo mox allegat.

Pag. 15. *lin.* 17. ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ αὔξησιν ἀνθρώποις συμμετρῆσαι] Theodoretus, *l* 5. *haret fabul. c.* 11, *p.* 293: Ὁ Κύριος, δι᾽ ὧν νομοθετεῖ, ἀληθῶς διδάσκει, ὡς οὐκ ἀνατρέπει τὰ παλαιὰ, ἀλλ᾽ ἀκριβέστερον πολιτείαν ποιεῖ, καὶ σύμμετρα τῆς ἡλικίας προσφέρει παιδεύματα. *Dominus, in legibus quas sancit, apertè docet; quod non subvertat antiqua, sed perfectiorem vita rationem induat: & congrua atatis cuilibet documenta prabeat,* &c. Plura vid ibid. in hunc sensum.

Pag. 16. *lin.* 12. ποτὲ μὲν ἐπιτρέπει θυσίας] Deum permisisse sacrificia, propter imbecillitatem populi, cultui huic externo nimis addicti, more ab Ægyptiis recepto; improbâsse autem rursum ea; ne crederetur iis indigere: docent, Irenæus, *l.* 4. *adv. hæreses, c.* 28. & 29. Tertullianus, *l.* 2. *adv. Marcionem, p.* 468. Epiphanius, *p.* 158 & 295. Eucherius, *in quæst. V.T. p.* 256. Theodoretus, *quæst.* 1. *in Levit. p.* 115. Chrysostomus, *t.* 5. *serm.* 166. *p.* 985. & *t.* 6. *hom.* 1. *contr. Judæos. pag.* 318.

Ibid. lin. 35. πάντα ἀπενήνεγκαν τῶν Αἰγυπτίων] Hunc locum egregiè vindicatum, vide apud Clem. Alexandr. *Stromatum l.* 1. *p.* 275. Tertullianum, *l.* 2. *adv. Marcionem p.* 469. Epiphanium, *Serm. ancor. pag.* 415. Irenæum, *adv. hæres. l.* 4. *c.* 49. *p.* 285. Ambrosium, *t.* 4. *de Abrah Patr. l.* 2. *c.* 9. *p.* 205. Augustinum, *t.* 6. *l.* 23. *c. Faust. Manich. c.* 71. Theodoretum, *t.* 1. *quæst.* 23. *in Exodum.* & *ad Psal.* 104. *vers.* 37. *l.* 1. *p.* 822. Gregor. Nazianz. *Orat.* 42. *p* 690.

Pag. 18. *lin.* 29 μετὰ τῶν ἀπιστούντων] Humfredus correxit, μετὰ τῶν ἀπίστων. Rectè: ità habebat etiam Pici codex. In Græco textu legimus hoc sic: μετὰ τῶν ὑποκριτῶν. i. e. *cum hypocritis.* Matth XXIV. ult.

Pag. 20. *lin.* 16. Ὁ εἰς τοὺς πολλοὺς σώσῃ] Humfredus in margine notavit, τοὺς πιστούς, *Credentes.* Pici codex consentit: & res ipsa id requirit, ut ἀκολουθία patet.

Ibid. lin. 22. Ἀγαπήσεις τὸν ἀγαπῶντά σε] Eandem objectionem pari responsione diluit Theodoretus, *hær. fab. l.* 1. *c.* 24. *p.* 209. & *l.* 5. *c.* 16. *p.* 289.

Ibid lin 32. Ἀνοίξας] Humfredus vertit *aperiens:* magis congruè Picus: *reducens.* unde colligitur in MS. Codice eum legisse ἀνάξας. Lxx: ἀποστρέψας. eódem sensu.

Pag. 22. *lin.* 5. Τοὺς ἀδίκως πόλεμον κατὰ ἐξεταστῶν συστησαμένους, ὅσον δικαίως ἀναιρεῖσθαι] De bello & occisione facinorosorum, quid senserit Origenes, dubium est. hic asserit: rebelles justè occidi. *L.* 1. *c. Cels. pag.* 5. scribit: Εἰ ὑπὲρ τοῦ τύραννον, προκαταλαβόντα τὰ τῆς πόλεως, συνθήκας ἀνελεῖν, τινὲς κρύβδην ἐποίουν, τὸ καλῶς ἂν ἐποίουν. *Si qui contra Tyrannum, civitatis occupatorem, ut interficerent eum, occultè conspirarent; hoc rectè facerent.* Id *l.* 4. *c. Cels. p.* 217. ubi bella apum & fucorum descripsisset, addit: Τάχα δὲ καὶ οἱ οἱονεὶ πόλεμοι τῶν μελισσῶν, διδασκαλία ἔγκειται πρὸς τὸ δικαίους καὶ τεταγμένους πολέμους, εἴποτε δέοι, γίνεσθαι ἐν ἀνθρώποις. *Forsassis etiam apum bella docent, nos justè bellum gerere, si res ita postulet.* Sed *l.* 5. *c. Cels. p.* 253. Οὐκέτι λαμβάνομεν ἐπ' ἔθνος μάχαιραν, οὐδὲ μανθάνομεν ἔτι πολεμεῖν, γενόμενοι διὰ τὸν Ἰησοῦν υἱοὶ τῆς εἰρήνης. *Non sumimus contra ullam gentem gladium, neque bellare discimus, facti filij pacis per Jesum.* Et *l.* 8. *c. Cels p.* 427. Ἄλλων στρατευομένων, καὶ ἔδει στρατεύεσθαι, ὡς ἱερεῖς τοῦ Θεοῦ καὶ θεραπευταὶ καθαρὰς μὲν τηροῦντες τὰς δεξιάς· ἀγωνιζόμενοι δὲ διὰ τῶν πρὸς Θεὸν εὐχῶν, ὑπὲρ τῶν δικαίως στρατευομένων, καὶ ὑπὲρ τοῦ δικαίως βασιλεύοντος, ἵνα τὰ ἐναντία πάντα, καὶ ἐχθρὰ τοῖς δικαίως πράττουσι καθαιρεθῇ. *Alijs militantibus, non contemnenda est nostrorum hominum militia; manus quidem puras servantium, decertantium autē fusis ad Deum precibus pro justo Imperatore, & pium justumq; bellum gerente milite; ut destruatur quicquid est justè facientibus adversarium.* Et *l.* 7. *c. Cels. p.* 349. Ἀναιρεῖσθαι μὲν γὰρ πολεμίους, ἢ τῶν παρὰ τὸν νόμον πεποιηκότων, καὶ ἀξίων κελευόντων τῆς διὰ πυρὸς ἢ λίθων ἀναιρέσεως, οὐχ οἷόν τ' ἦν Χριστιανοῖς χρῆσθαι κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον. *Christianis non est licitum: juxta Mosis legem, vel in hostes sævire cædibus, vel in sententiâ justè damnatos lapidibus aut igne animadvertere.* Quæ sic conciliari posse judico: Origenem, in thesi non improbâsse; sed in hypothesi, Christianis bella & capitalia supplicia non permisisse: in hoc, velut in aliis, singulari ductum opinione.

Ibid. lin. 21. παρὰ τῷ Ἀαρὼν οὐκ ἀνέμεινε τὸν ἥλιον δῦναι] Humfredus vertit: *Mosen tamen in Aaronis negotio non expectavisse, donec Sol caderet.* Atqui non erat *negotium Aaronis*, sed tùm Mosis ad iram provocati, tùm Miriam illum iritantis, & leprâ ob id punitæ. Leprâ autem affecti, à Sacerdotibus judicandi, Levit. XIII. 2. 9. 16. 17. & si quando purgarentur, reconciliandi ac in cætus Israelitarum reducendi erant: Eod. lib. Lev. cap. XIV. Itaque *ab Aarone* liberatio & purificatio sororis leprosæ videbatur suspensa. Sed hujus ope non expectatâ, Mosis ipsius (quamvis lacessiti) ad DEUM intercessione mundata fuit.

Ibid. lin. 25. πῶς μὴ ἐπιδύῃ] Pici codex habuisse

habuisse videtur, ὅπως μὴ ἐπιδύῃ, vertit enim: *Ne Soloecidat.* Rectiùs, ni fallor.

Pag. 23. *lin.* 13. Ἀήττητος καὶ ἀδάματος ὑπάρχει ἡ ἀλήθεια] Hieron. *l.* 5 *proœm Commentar.* 5. *in Jerem p.* 323: *Veritas claudi & ligari potest, vinci non potest; quæ & suorum paucitate contenta est, & multitudine hostium non terretur.* Theodoretus *hæret. fabul. l.* 3. *in præfat. p.* 226. Εὐδιάλυτον τὸ ψεῦδος, μόνιμον δὲ τῆς ἀληθείας τὸ κράτος. *Facilè dissolvitur mendacium, sed robur veritatis permanet.* Chrysostomus, *hom.* 29. *in Joh. p.* 668. Οὐδὲν τῆς ἀληθείας φανερώτερον ἢ ἰσχυρότερον γένοιτ' ἄν, ὥσπερ τοῦ ψεύδους οὐδὲν ἀσθενέστερον, κἂν μυρίοις παραπετάσμασι συσκιάζηται. *Nihil veritate manifestius vel robustius esse potest: quemadmodum nihil infirmius est mendacio, etsi mille involucris obtegatur.*

Pag. 24. *lin.* 4. Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ] Vid. Theodoretum, *hær. fabul. l.* 1. *c.* 24. *p.* 209. & *l.* 5 *c.* 16. *p.* 289.

Pag. 26. *lin.* 9. Δικαίως εἶναι, καὶ οὐκ ἀγαθοῦς] Picus legit δικαίου εἶναι, καὶ οὐκ ἀγαθοῦ. nam vertit: *Animadvertere in delinquentes, ad justum, non ad bonum pertinere.* Et quidem vix aliter legendum, si retineatur præcedens Τὸ: sed, si (quod facilè accidit, & sæpiusculè in Codice nostro contigit) ο pro ω exaraverit scriptor; hoc unô repositô salva sunt omnia.

Pag. 27. *lin.* 5. καὶ ὁ καθὼς δίκαιος ἔσται] Videtur legisse Picus: καὶ οὐ καθὼς ἀγαθὸς, δίκαιος ἔσται. Quia vertit: *Per Justitiam, non per Bonitatem justus erit:* Appositè. Nam Bonus, quâ talis, juxta Marcionitas, non punit: ergo, si puniat, punit quâ justus: ideoq; Unus idemque erit Bonus & Justus. Humfredus hîc etiam hæsit. Sic enim traduxit: *Sin afflixerit justè, non quatenus justus: accipe & illud Apostoli,* &c. quæ nimis inconcinna sunt. & prætcrquam quod verbum ἔσται negligatur; planè nova est sententia subsequens: *Audi verò & illud Apostoli,* &c. Quid si mendum sit? Lege aut pro καὶ οὐ, οὐχὶ. aut pro καὶ, πῶς, sensum habebis commodissimum, & rei quadrantem.

Pag. 27. *lin* 26. Οὐδὲ ᾔδει, ποῦ ἐστιν ὁ Ἀδάμ] Oportet, ut hæc objectio adversariis frequentissimè in ore fuerit. nam S. Patres studiosè eam refellerunt, magno numero. Tertullianus *l.* 2. *adv. Marcionem, p.* 472: *Inclamat Deus Adam ubi es? scil ignorans, ubi esset.* pp. *Enimverò oportebat conscientia peccati delitescentem, evocatum prodire in conspectum Domini non solâ nominis inclamatione, sed cum aliquâ jam tunc admissi suggillatione. Nec enim simplici modo, id est, interrogatorio sono legendum est, Adam ubi es? sed impresso, & incusso, & imputativo: Adam ubi es? id est, in perditione es: id est, jam hic non es. Ut & increpandi, & dolendi exitûs, vox sit.* Vid. Epiphan. *serm. anchorat. p.* 514. Eucherii *Quæst. in Genes p.* 252. *item comment. in Genesin, p.* 25. Marium Victorem *in Genesi carmine descriptâ, p.* 321. Alcimum Avitum, *l.* 3. *p.* 385 *in Corpore Poetar. Fabricij.* Bedam, *l.* 4. *comm. in Genes p.* 23. Gregorius M. paulò aliter explicat, *l.* 2. *expos. mor. in Job. c.* 3. *p.* 26. *Ada peccanti Conditoris voce dicitur: Adam ubi es? Neque enim divina potentia nesciebat, post culpam servus ad quæ latibula fugerat; sed quia lapsum vidit in culpâ jam sub peccato velut ab oculis veritatis absconditum, quia tenebras erroris ejus non approbat, quasi ubi sit ignorat, eumq; & vocat, & requirit.*

Ibid. lin. 31. περὶ Λαζάρου λέγει] Athanasius, *Orat.* 4. *c. Arianos To.* 1. *p.* 279. ὅθεν ἐρωτᾷ ὁ Κύριος, οὐκ ἀγνοῶν ποῦ Λάζαρος κεῖται, οὐδὲ τίνα λέγουσιν αὐτὸν εἶναι οἱ ἄνθρωποι ἐπερωτᾷ, αὐτὸς εἰδὼς τί μέλλει ποιεῖν. *Cùm percontatur Dominus, ubi Lazarus jaceat? aut, quemnam ipsum homines dicant? non quasi ignarus hoc facit, quippe qui sciret, quid facturus esset.* & *pag.* 285. ἀνθρωπίνως ἐπερωτᾷ, ἵνα θείκως ἐγείρῃ. *humanitùs percontatur, ut divinitùs excitaret.*

Pag. 29. *lin* 7. τὰ τόξα μου ἐντεταμένα, καὶ τὰ βέλη μου ἠκονημένα] Esaj. 5. v. 28. de hostibus Israëlitarum dicitur, Ὧν τὰ βέλη ὀξέα ἐστὶ, καὶ τὰ τόξα αὐτῶν ἐντεταμένα. De Deo autem David scribit. *Ps.* 45. 5 τὰ βέλη σου ἠκονημένα, δυνατέ. *Sagittæ tuæ acutæ sunt, ô potens.* & *Ps.* 119. juxta LXX. vel 120. juxta Hebr. v. 4. Τὰ βέλη τοῦ δυνατοῦ ἠκονημένα, *sagittæ potentis acutæ.* Unde apparet, quod in aliis quoque S. Patrum scriptis occurrit: hæc & similia eos, memoriâ, non libro suggerente, scripsisse aut dixisse.

Ibid. lin. 27. Οὐ ταυτόν ἐστιν.] *Non idem est.* vult dicere, opinor: Aliud esse Justum illum,

illum, alium illum Malum: aut, Alia tela Justi, alia Mali. Humfredus: *Non ad eundem pertinent.* priorem sensum expressit. Sed, forsitan Ταυτὸν, *masculinum* putavit, quod *neutrum* est. Proinde, ad Rem ego retulerim. sed neque sic satis convenit. Unde mallem interrogativè hæc accipere: quasi dicat Eutropius: *Non'ne idem est?* An'non dictorum alteri alterum simile? adeoque Tela eadem eidem tribuuntur? Hoc, percontandi animo, interrogavit hæreticum; ut eliceret ejus responsum: quod nullum regessit: sed ad aliud argumentum transiit.

Pag. 30. *lin.* 4. Ἐπὶ ηὐλόγει ὁ Ἰσαὰκ τὸν Ἠσαῦ ἀλογῶν] Hieronymus, *To.* 3. *epist. ad Damasum p.* 36: *Ego puto divina dispensationis fuisse, ut oculis cacaretur* (Isaac) *&, cùm ipse diceret: Vox quidem Vox Jacob est, manus autem manus Esau: tamen non intelligeret, minorem esse filium, qui ad benedictionem fratris praceptor astiterat.*

Ibid. lin. 11. ἐκ τῶ διωχθῆναι ἡμᾶς] Tertullianus, *l.* 3. *adv. Marcionem, p.* 497: Persecutiones ab hominibus Creatoris objicienti, respondet: *Ipsum Creatorem has persecutiones pradixisse.* Quid autem sentiendum sit de Imperatore Christiano, cujus Origenes in responso mentionem facit: suprà in Præfatione καθ' ὑπόθεσιν explicatum est.

Pag. 31. *lin.* 17. πῶς ὁ ἀπολέγεται] i. e. πῶς κέχρηται τοῖς ἀπὸ τῶν Προφητῶν λεγομένοις; sicut mox adhibet simplex verbum, νομίμως κέχρη] i. *legitimis utitur.*

Ibid. lin. 22. Οὐδὲν ἀμέσως ἀπολέγει] legendum videtur, ἀδιαφόρως. porrò quid sibi velit illud ἀμέχανον, quod sequitur, non facile dictu: nisi hic sit, *Non premeditatè, temerè, casu, fortuitò* id contigisse. quod ad rem præsentem pertinere, liquet.

Pag. 32. *lin.* 2. Ου φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα] Vid. Tertull. *l.* 5. *adv. Marc. c.* 7. *p.* 589 Epiphan. *har* 42. *pag.* 156. *elencho* 7. *ex* 1. *Cor.* Origenem, *l.* 2. *de principiis. c.* 4. *p.* 693.

Ibid. lin. 28. ὁ δὲ τῶ Χριστῶ Πατὴρ ἄγνωστός ἐστιν] Tertullianus ista irridet, *l.* 1. *c. Marcionem p.* 435. *Invenio planè ignotis Deis aras prastitutas; sed Attica idololatria est: item incertis Deis, sed superstitio Romana est.* Vid. Irenæum, *l.* 2. *adv. hareses. c.* 3.

Ibid. lin. 30. Οὐδεὶς ἔγνω τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, οὐδὲ τὸν υἱὸν] locus habetur Matth. XI. 27: & Luc. X. 22. Sed alius est ordo verborum, scil. οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, οὐδὲ τὸν Πατέρα τὶς ἐπιγινώσκει, εἰ μὴ ὁ υἱός. *Nemo cognoscit Filium, nisi Pater ille: neque Patrem illum quisquam cognoscit, nisi Filius ille.*

Pag. 33. *lin.* 6. Ἐν τῷ Ἰσραὴλ] Confer Ezech. XX. 5. ubi hæc verba reperiuntur: ἐγνώσθην τῷ σπέρματι τῶ οἴκου Ἰακὼβ, καὶ ἐγνώσθην αὐτοῖς ἐν γῇ Αἰγύπτω. *Cognitus sum facta semini Domus Jacob, & agnitus sum ab eis in terrâ Aegypti.* Verba Origenis satis apertè innuunt, huc alludi.

Pag. 35. *lin.* 14 συνήκεν] Non legisse videtur in suo Codice Picus; non enim ullatenus expressit. Ineptum censeo, & Exscriptoris incuriâ huc transpositum, è sequenti lemmate, lin. 20. τὰς βασιλείας συνήκεν. Humfr. attingere voluit, verbis: *Regnum in terrâ constitutum*; sed, συνήκεν, id non reddit. Puto igitur hic irrepsisse.

Ibid. lin. 15. τὸν διὰ Νόμου καὶ Προφητῶν Χριστὸν] Picus: *Christum, à Lege & Prophetis pradictum, nondum venisse.* Aperto sensu. At Humfredus: *Apparet ex Lege & Prophetis, Christum nondum venisse.* pp. recurrit eadem phrasis Megethii: quam rectiùs vertit, *Christum illum Legalem & Propheticum* (Picus opt. *Per Legem & Prophetas designatum*) *nondum advenisse.* Frustrà igitur adaptavit præcedenti verbo Δείκνυται.

Ibid. lin. 26. Δύο Χριστῶ παρουσίας διαφόρους] Vid. Tertullianum, *l.* 3. *adv. Marc. c.* 7. *p.* 482. Irenæum, *l.* 4. *adv. hareses, c.* 56. *p.* 289. & Clariss. Svicceri *Observationum SS. cap.* 2. *p.* 38. & 39.

Ibid. lin. 34. ἰδοὺ ὁ παῖς ὃν ἡρέτισα] Locus iste juxta veritatem Hebræam adducitur. Vulgò miserè est corruptus: Ἰακὼβ ὁ παῖς μου, ne de Christo intelligatur, ad Jacobum detorquetur. hinc in versione LXX hæc vox obelo jugulatur: teste Eusebio, *l. IX. Demonstr. Evang. demonstr. XV.*

Pag. 37. *lin.* 2. Ἰωάννης οὐκ ἐπέγνωσεν αὐτόν] Hieron. *t.* 3. *epist. ad Algasiam p.* 156: *Johannes in carcere quasivit de Christo; ut sibi quarent, Discipulis disceret; & capite truncandus, illum doceret esse sectandum, quem interrogatione suâ Magistrum omnium fatebatur: neque enim poterat ignorare,* quem

quem ignorantibus ante monstraverat. Vid. Tertull. *l. 4 adv. Marc. c. 18. p. 350.*

Ibid. lin. 13. Οὐκ ἔτι φρονίμως τὸ τῶν παρόντων ἐξετάζειν] Humfred. *Nunc igitur praesentia exquirere, non est prudentia. Cum dicit: Tu es: &, Ecce Agnus Dei, &c. non ille nesciverit, quis is esset, interrogavitque, quod primus ac Praecursor esset, & in tenebroso carcere.* Perplexè. Picus aliquanto vertit melius haec verba: *Sapientis non est de praesentibus inquirere, et Tu. Profectò, qui dicebat: Ecce Agnum Dei; tamen non ignorabat, eum esse: sed quia praecursor ejus erat, atque in carcere, ideò interrogabat eum.* Parùm liquidè.

Ibid lin. 17. ἐπεὶ πρόδρομος ἐγένετο, καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ ἐπιφανῆναι] Pico & Humfred. visum. Quod Megethius ante δεσμωτήριον, *carcerem* vocârat, hoc Adamantium ᾅδην nominare: significatione mihi nullibi observatâ. Forsitan carcer ille Johannis similis λάκκῳ, seu *lacui*: apud Jerem. 38. ideoque *Inferni* nomine dictus: & ᾅδης, quia *tenebrosus*: ut Humfredus indigetat. Scribit Eruditiss. Hornius, *in Comment. ad Sulp. Sev. p. 259: Tales puteos seu loca subterranea in Oriente frequentes fuisse, primò ad aquationem, deinde ad veram custodiam.* Quòd si tamen distinctionis notas in textu paulò aliter ponamus, post nomen ᾅδης, liquent, ni fallor, prout vertimus, omnia: & id dixerit Origenes, quod Greg. Nazianz. *in Orat. fun. Basilio M. habitâ, non procul à fine:* Τίς Ἰησοῦ πρόδρομος; Ἰωάννης. ὡς φωνὴ λόγου· καὶ ὡς λύχνος φωτός· ὃ καὶ προεσκίρτησεν ἐν γαστρί, καὶ προέδραμεν εἰς ᾅδου, διὰ τὴν Ἡρώδου μανίαν προπεμφθείς, ἵνα κἀκεῖ κηρύξῃ τὸν ἐρχόμενον. *Quis est Praecursor Jesu? Johannes; ut Vox Sermonis; & ut lucerna Lucis: cui etiam praesultavit in utero, & praecucurrit in infernum, eò transmissus a furore Herodis, ut etiam ibi venientem praedicet.* Hunc locum insignem, Rev. Parentis iudicio, sicut & alia plura debemus. Videatur etiam Nicephorus, *Hist. Eccles. l. 1. c. 19. p. 87.*

Pag. 38. lin. 12. Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασε] Vide Epiphanium hunc locum vindicantem, *p. 137. & 138.* distinguit is inter ἠγόρασε & ἐξηγόρασε. Sed, meo judicio, parùm feliciter. Nam Apoc. 5. 9. scriptum est, ἠγόρασας τῷ Θεῷ ἡμᾶς. Idem Paulus & Petrus habent. Meliùs Adamantius, ἠγόρασε pro ἐλυτρώσατο positum, putat.

Ibid. lin. 20. Εἰ δὲ λόγον θηρεύεις μὴ ἐπιλυόμενον,] Picus: *Quod si rationem captas, quae non dissolvat*, haut piè sentis. Puto, *dissolvat*, pro *dissolvatur* excusum. ut λόγος μὴ ἐπιλυόμενος, sit *argumentum*, vel *oratio*, vel *ratio insolubilis*, i. difficilima & intricata in tantum, ut ejus exitus & solutio impedita sit. Qualibus Sophistae maximè studeant, ut captent simpliciores. λόγος ἀδιάλυτος, vel δυσδιάλυτος. Sic Humfr. *Si rationem venaris, quae solvi enodarique nequit* (mallem, *nequeat*) *haud piè sentis.*

Pag. 39. lin. 12. ὁ γὰρ λαβὼν τὴν τιμὴν.)Ratio argumentandi postulat, ut Conditionaliter accipiantur Antecedentis verba; scilicet: Εἰ γὰρ ὁ λαβὼν τὴν τιμὴν. Id ipsum suadet, opposita mox argumentatio: Εἰ δὲ μὴ ἀπέδωκε. Acutissimum est argumentum; nimirùm: *Christus nos redemit, dato suo sanguine:* Hunc vel reddidit, qui eum tanquam lytrum acceperat: vel non reddidit. Si prius; non empti, nec redempti sumus. Si posterius: non resurrexit Christus, quia sine suo sanguine vivere non potuit.

Pag. 40. lin. 16. Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν] Hunc locum à Celsi calumniis Origenes multis vindicat, *ab init. l. 8. contra Celsum.* Et *tom. 2. in ep. ad Rom. c. 6. l. 6. p. 548.* sic exponit: *Nemo potest duobus simul Dominis servire, peccato & justitiae. Aut enim unum odio habebit, peccatum scilicet, & alium amabit, id est, justitiam: aut patietur unum, scilicet peccatum duntaxat & alium contemnet, id est, justitiam.* Hieronymus, *ad Nepotian. Qui dicit, Pars mea Dominus: nihil extra Dominum habere potest. quòd si quidpiam aliud habuerit prater Deum, pars ejus non erit Deus.*

Ibid. lin. 21. Οὐ δύναται δένδρον σαπρὸν καρποὺς καλοὺς ἐνεγκεῖν] Hic palmarius erat locus Marcionis: quo primùm Orthodoxos petere caepit, ut duo extrueret Principia. Tertullianus, *l. 1. adv. Marcion. c. 2. p. 431: In Creatorem interpretatus malam arborem males fructus condentem, scilicet mala; alium Deum praesumpsit esse debere in partem bonae arboris bonos fructus.* Philastrius, *de haeresib. p. 20: Marcion Romae degens sceleratam*

leratam hæresin seminabat, atque interrogans Presbyteros sanctos Ecclesiæ Catholicæ, sensûs sui eis errorem mortiferum propinabat, dicens ita: Quid est, quod in Evangelio, dicente Domino, scriptum est: Nemo pannum rudem mittit in vestimentum vetus, neque vinum novum in utres veteres, alioquin rumpentur utres, & effundetur vinum? Et iterum: *Non est arbor bona, quæ faciat malum fructum, neque arbor mala, quæ faciat bonum fructum. Deq; hoc accipiens interpretationem à sanctis Presbyteris, non acquiescebat veritati, sed magis Cerdonis sui Doctoris firmabat mendacium, & iste similiter unum Deum Bonum, & unum Malum adnuncians.* Aliquando de Lege hæc verba intellexére Marcionis asseclæ. Origenes, *l. 2. de principiis, c. 5. p. 696: Ajunt namque; scriptum est, Quia non potest arbor mala fructus bonos facere: Ex fructu enim arbor cognoscitur. Quid ergo est, ajunt? Qualis arbor sit Lex, ex fructibus suis, id est, ex præceptorum sermonibus declaratur. Si enim bona inveniatur; sine dubio, & qui dedit eam, bonus Deus esse creditur: si verò justa magis, quàm bona; justus etiam Legislator putabitur Deus.* Sed egregiè hanc παρερμηνείαν vindicat Tertullianus, dum in ipsum Marcionem eam retorquet, *l. 2. adv. Marcionem c. 4. p. 455: Agnoscat hinc primum fructum optimum, utiq; optimæ arboris, Marcion: imperitissimus rusticus quidem in malam bonam inseruit; sed nõ valebit blasphemia surculus: arescet cum suo artifice, & ita se bonæ arboris natura testabitur.* Item, *l. 4. adv. Marcionem c. 17. p. 529: Proinde & arbor bona non proferat malum fructum, quia nec veritas hæresin; nec mala bonum, quia nec hæresis veritatem. Sic nec Marcion aliquid boni de thesauro Cerdonis malo protulit, nec Apelles de Marcionis: Multò enim hæc congruentiùs in ipsos interpretabimur, quæ Christus in homines allegorizavit; non, in duos Deos, secundùm scandalum Marcionis.*

A' Marcionitis idem argumentum mutuârunt Manichæi: quibus respondet Epiphanius, *p. 291:* Τὸ σαπρὸν δένδρον καὶ ἀγαθὸν δένδρον περὶ ἀγαθῶν ἔργων τυγχάνει, καὶ περὶ φαύλων· καὶ οὐκ ἔστι περὶ παλαιᾶς διαθήκης καὶ καινῆς, καθὼς βούλεται ὁ τοῦ Μάνη λόγος. *Arbor mala & bona, de bonis malisq; operibus intelligi debet, non de Veteri & Novo Testamento: ut Manes ratiocinatur.* Vid. Augustinum, *To. 6. l. 1. contra adverf. Legis & Proph. c. 22.* verba hæc à corruptelis Manichæorum vindicantem: & accuratiùs explicantem contra Pelagianorum, hactenus ad Manichæos accedentium, commenta: *To. 7. cont. Jul. Pel. lib. 1. cap. 3.* & *lib. 4. c. 3.* item, *De Nupt. & Concup. l. 26. De Grat. Chr. l. 1. c. 18, 19. &c.*

Pag. 41. lin. 2. ὁ ἔξωθεν λόγος] aut corrigendum est, ὁ ἔσωθεν λόγος, i. e. *dictum intra Scripturam*; quia reperitur 2, Pet. II, 19. aut dicendum, Adamantium Nomen *Mammon* sic appellâsse, quòd apud exteras, præter Judæos, Nationes (utputà, *Samaritanos, Chaldæos, Phænices,* & ab his *Pœnos,* Augustin. *de Serm. Dom. in M. lib. 2. To. 4. col. 1157. & To. 10. de Verb. Dom. Serm. 35. Syros,* quorum ferè proprium censetur) usitatum sit, *Divitias, Lucrum, Thesauros,* &c. appellare Mammonem. Vid. Irenæum, *l. 3. c. 8.* Tertull. *l. 4. cont. Marcion. c. 33. p. 556.* Hieron. *Non potestis Deo servire & Mammonæ, id est, divitiis. Nam Gentili Syrorum linguâ Mammona divitiæ nuncupantur. Epist. ad Eustoch. To. 1. oper. p. 145. & Epist. ad Algas. quæst. 6. To. 3. p. 163.*

Ibid. lin. 28. φησὶ μεταβληθῆναι] Verum est: *Naturam mutari non posse.* Horatius: *Naturā expellas furcâ, tamen usq; recurret. Lib. 1. Epist. ad Fuscum.* nec dubium, quin de *Naturâ* hìc sermo sit. Sed argumentum est: Si de *Naturâ* locutus esset, non utique *Fructus* nominâsset: quia, *Fieri non posse dicit, ut transmutentur.* Respicit ad verba: NON POTEST *arbor* &c. quasi dicat: Non est his verbis de NATVRA locutus, Dominus noster: quia, *Fructus* boni & mali discrepant: Natura verò semper eadem est. Itaque Picus; *Si de Naturâ rerum locutus esset,* Fructus *non nominâsset. ait enim, mutari nequaquam posse.* Hæc ratio ambiguè redditur: sed prorsus ad literam græcam. Humfredus declarare voluit, vertendo: *Fieri enim non posse dicit, ut* MVTENTVR, quod non potest, nisi ad *fructus* illos referri: pro, *ut mutetur,* scilicet Natura. Utì mox (idque ex hypothesi Adversarii) repetit Adamantius, responsione penult. seq. Ἀμεταβλήτους ἔφη τὰς φύσεις εἶναι. quanquam hìc *Natu-*

r

ras pluraliter; priori autem loco *Naturam* singulariter exprimat, & *Fructus* in plurali. Cæterùm, Quod hic de *Naturis*, inf. Sect. 3. pag. 73. de *Radicibus* prædicat, perinde *immutabilibus*; quia *Naturâ* sint tales.

Pag. 43. *lin.* 16. Παῦλ@- ὁ Ἀπόστολ@-] Origenes, *l.* 1. *de princip. c.* 8. *p.* 685: *Paulum vel Petrum sine dubio spiritualis naturæ confirmant. cùm ergo multa contra pietatem Paulus egisse inveniatur, & Petrus, quomodo isti, qui secundùm illos spirituales sunt, in peccata hujusmodi corruerunt; maximè cùm soleant frequenter differere & dicere, quoniam non potest arbor bona malos fructus facere? Et, si utique arbor bona non potest fructus malos facere, secundùm ipsos verò de radice bona arboris erant Petrus & Paulus, quomodo istos fructus tam pessimos attulisse putandi sunt? Quod si respondeant ea, quæ comminisci solent; quoniam non Paulus persecutus est, sed alius nescio quis, qui erat in Paulo; neque Petrus negavit, sed alius in Petro: Quare Paulus, si nihil peccaverat, dixit; quia non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei? cur autem & Petrus alio peccante flevit amarissimè? Ex quo omnes quidem illorum ineptiæ arguentur.*

Pag. 43. *lin.* 7. Ἐγὼ ὁρίζομαι, ὁ πρῶς ἀρχὰς εἶναι, ἀλλὰ δύο, πονηρὰν κ) ἀγαθὴν] Hæc Marcionis propria erat sententia, *Duo tantùm esse Principia, Bonum* & *Malum.* Tertullianus, *l.* 1. *adv. Marc. c.* 6. *p.* 434: *Alioquin certi, Marcionem dispares Deos constituere; alterum, judicem, ferum, bellipotentem; alterum, mitem, placidum, & tantummodò bonum, atque optimum.* Idem, *l.* 1. *adv. Marc. p.* 433. Marcionem cum Valentino sic confert: *Honestior & liberalior Valentinus; qui simul ausus est duos concipere, Bython & Sigen; cùm usque ad XXX. Aeonum fœtus, tanquam Aeneja scrofa, examen divinitatis effudit.* Idem inculcat Tertull. *l.* 1. *Carm. adv. Marcionem cap.* 4. & 7. Prudentius, *in ἁμαρτιγενείᾳ*; ubi Marcionitarum propterea Sectam *hæresin Duitarum* appellat. Hieronymus, *Tom.* 2. *epist. ad Pammachium*, *p.* 168. Philastrius, *de hæresibus*, *p.* 20. Augustinus, *de hæresib.* Isidor. *Orig. l.* 8, *c.* 5. Rabanus Maur. *de Inst. Cler. l.* 2. *c.* 58. eum multis aliis. Solus dissidet Theodoretus, asserens, *l.* 1. *hær. fab. c.* 24. quatuor ἀγεννήτους οὐσίας, *ingenitas substantias* à Marcione statui: postea recenset *Deum Bonum*, qui & Pater Christi; *Creatorem* justum, qui & malus; *Materiam*, & alium *Malum*, materiæ Dominum. Forsitan è Marcionis asseclis hæc audivit, qui à magistri sententiâ in multis deflexére. Hausit Marcion venenum hoc à Cerdone: Cerdon à Valentino & Valentinianis, Marco, Colorbaso, aliisque. Vid. Epiphanium, *in Proœmio tertii Tomi, lib.* 1. *p.* 103. Simonem Magum, hæreticorum patrem, qui ῥίζας, *Radices*, seu *Principia* plura excogitavit; hujus opinionis prima jecisse fundamenta; docet Theodoretus, *hær. fab. l.* 1. *c.* 1. Eò lubentius autem Marcion hunc errorem est amplexus; quòd cum Philosophiâ Stoicâ, cui studebat sedulò, egregiè conveniret. Sic de Stoicis Athenagoras *in legat. pro Christianis, p.* 21: Δύο τὰ αἴτιον κατ' αὐτοὺς (ἀπὸ τῆς στοᾶς) ὄντ@-, τὸ μὲν δραστήριον κ) καθηγεμονικὸν, καθὸ ἡ πρόνοια, τὸ δὲ πάσχον κ) τρεπόμενον καθὸ ἡ ὕλη. *Secundùm Stoicos duo sunt Principia seu causæ primæ: unum, activum & imperans; ut Providentia: alterum, passivum & mutabile; ut materia.* Stoicos autem à Magis id didicisse patet, quippe statuebant: δύο εἶναι ἀρχὰς, ἀγαθὸν δαίμονα, κ) κακὸν δαίμονα· κ) τῷ μὲν ὄνομα εἶναι Ζεὺς κ) Ὠρομάσδης· τῷ δὲ ᾅδης κ) Ἀρειμάνι@-. *Duo esse Principia, Bonum Dæmonem, & malum Dæmonem: alterum ex his, Jovem & Oromasdem; alterum Plutonem & Arimanium dici.* Teste Laërtio *in proœmio, p.* 6.

Ibid. lin. 16. πεπερασμένας] sequitur in MS. codice: Μάρκ@-. Ἀπέραντ@-. Ἀδαμ. πάντη ὤν, κ) ὁ πονηρὸς ἐπ᾽ ἴσης ὤν, κ) ὁ ἀγαθός; τὸ γὰρ ἀπέραντον πανταχοῦ εἶναι δοκεῖ. *Marcus. Infinita. Adam. Ubivis ergo tam Malus quam Bonus extenditur, quod enim infinitum est, ubivis esse videtur.* Desunt ista Pico: & videntur omninò esse superflua, ex oscitantiâ Scriptoris repetita, id quod non rarò in MSS. fieri novimus, unde & lubenter à me omissa fuêre.

Pag. 44. *lin.* 22. [τὸ πονηρὸν] Supplendum existimavi, è versione Doctiss. Pici: nec esset alioquin ea concinnitas rationū, quibus tùm

Adamantius, tùm Eutropius Marcum constringunt.

Ibid lin. 29. ἀμνηστείαν δὲ καὶ ἄφεσιν] procul dubio restituendum est, ἀμνησικακίαν, *Injuriarum oblivionem* denotans: cùm ἀμνηστεία significet ἀγαμίαν, *Cælibatum*: de quo nihil illhic. Frequens autem in Codicibus recentiorum Græcorum M.SS ει, η permutantur: quia pronunciationis sono confunduntur. Lapsus igitur frequentior, si Scriptor dictantis verba temerè notavit, ὡς ἔτυχεν.

Pag. 45. *lin.* 31. Καθὼς περιέχει τὸ Εὐαγγέλιον, ἔτει τῷ Τιβερίου Καίσαρος] de Evangelio Marcionis, Epiphanius, *pag.* 139. ista refert: Ὁ μὲν χαρακτὴρ τοῦ κατὰ Λουκᾶν ἐμφαίνει τὸ Εὐαγγέλιον· ὡς δὲ ἠκρωτηριασμένον, μήτε ἀρχὴν ἔχον, μήτε μέσα, μήτε τέλος, ἱματίου βεβρωμένου ὑπὸ πολλῶν σητῶν ἐπέχει τὸν τρόπον. εὐθὺς μὲν γὰρ ἐν τῇ ἀρχῇ, πάντα τὰ ἀπ' ἀρχῆς τῷ Λουκᾷ πεπραγματευμένα, τουτέστιν ὡς λέγει ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ τὰ περὶ τῆς Ἐλισάβετ, καὶ τοῦ Ἀγγέλου εὐαγγελιζομένου τὴν Μαρίαν παρθένον, Ἰωάννου τε καὶ Ζαχαρίου, καὶ τῆς ἐν Βηθλεὲμ γεννήσεως, γενεαλογίας, καὶ τοῦ βαπτίσματος ὑποθέσεως, ταῦτα πάντα περιελὼν ἀπεπήδησε, καὶ ἀρχὴν τοῦ Εὐαγγελίου ἔταξε ταύτην· ἐν τῷ πεντεκαιδεκάτῳ ἔτει Τιβερίου Καίσαρος, καὶ τὰ ἑξῆς. *Stylus Evangelium secundùm Lucam indicat. Cùm autem amputatus sit, & neque principium, neque medium, neque finem habeat; vestimenti à multis tineis corrosi similitudinem præ se fert. Statim enim in principio, omnia, quæ ab initio a Lucâ tractata sunt; hoc est, quod dicit:* Quandoquidem multi aggressi sunt, &c. *quæ vè habentur de Elizabeth, & de Angelo nuncium ferente Mariæ virgini, & de Johanne ac Zachariâ, & de genealogia Nativitatis in Bethlehem, & de Baptismatis tractatione; hæc omnia resecuit ac transilivit: & Principium Evangelij hoc fecit; Anno XV. Tiberij Cæsaris,* &c. Cur autem tale potuerit initium, detegit Tertullianus, *l.* 4. *adv. Marcionem, c.* 7. scilicet, ut Christus crederetur cælo derepente delapsus in Galilæam venisse: non, natus ex homine. sed vide Tertullianus hominis vesaniam: *Ita cogit exigere, Quali habitu, quali suggestu, quo nam impetu vel temperamento, etiam quo in tempore dies noctisve descenderit? Præterea, Quis viderit descendentem, quis retulerit, quis asseverarit,* &c. Vide Irenæum, *l.* 1. *c.* 29. & *l.* 3. *c.* 11. Theodoretum, *hær. fab. l.* 1 *c.* 24. *p.* 210. Isidorum Pelusiotam, *l.* 1. *epist.* 371. *ad Pansophium, p.* 81.

Ibid. lin. 35. ἑξακισχιλιοστῷ ἔτει] Numerum, ut vocant, rotundum expressit. aliàs computus Græcorum ad Christum natum tantùm habet annos 5508. Quanquam Abulpharajus, *in hist. Dynast. p.* 72. numeret 5586. & discrimen inter computum Judæorum & Græcorum faciat MCCCLXXV annorum: quem defectum fraudibus Judæorum tribuit. Sed Augustinus, *l. de Civit. Dei* 18. *c.* 43. hunc dissensum ipsis LXX ascribit, & eorum prophetico impulsui. Hieron. *quæst. in Gen To.* 3 *p.* 204. simpliciter LXX imputat. Augustin. *de Civ. Dei l.* 15. *c.* 2. & 13. *Descriptoribus librorum Græcorum.* Vid. Reverendiss. Usserii *Syntagma de LXX. Vers. c.* 2.

Pag. 46. *lin.* 17. ὁ ἀγαθὸς εἰς πάντας ἐστὶν ἀγαθός] Origenes, *l.* 2. *de Principiis c.* 5. *p.* 695: *Eum, quem Bonum dicunt, si ad omnes bonus est; sine dubio, & ad eos, qui perituri sunt, bonus est: & quomodo eos non salvat? si non vult, jam non erit bonus: si vult & non potest, omnipotens non erit. Quin potiùs audiant in Evangelio Patrem Domini nostri Jesu Christi, ignem præparantem Diabolo & angelis ejus.*

Pag. 48. *lin.* 5. καὶ πάλιν ὃς μὲν κρινεῖ] Hanc sententiam uncis inclusimus: quia impertinens videtur, καὶ οὐδὲν πρὸς ἔπος. Quæstio versatur de supremo Judice: quem Unum esse oportet: locus autem Apostoli de aliis & aliis, iisque meris hominibus, loquitur.

Ibid lin. 16. Οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς] Tertullianus, *l.* 4. *adv. Marcionem, c.* 15. *p.* 523: *VÆ! Creatoris æquè atque Christi vocem esse* demonstrat, asserens, *non tam maledictionis, quam admonitionis verbum esse.*

Pag. 51. *l.* 4. ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου.] Hieronymus, *To.* 3. *quæst. hebr. in Genes. pag.* 203. Maledicta terra in operibus tuis. OPERA *hic, non ruris colendi, ut plerique putant, sed* PECCATA *significant, ut in Hebræo habetur. Et Aquila non discordat, dicens: Maledicta humus propter te. Et Theodotio: Maledicta Adamah in transgressione tuâ.* In Hebræo est בעבורך si componas ex בעבור & affixo Pronomine, si-

ne, significat *propter te*: sin ex Præpositione ב & nomine עֲבוּר & annexo Pronomine; significat *in proventu tuo*. Si autem legamus בעבורך tunc erit, *in opere tuo*. Fortè LXX. & Vulgatus sensum potiùs, quàm verba expressère. Vid. Eucherii *quæst. V. T. pag.* 252.

Pag. 53. *lin.* 2. ἐπὶ τῆς εὐχαριστίας ἐπέχειν.] Spiritum S. descendere in Eucharistiam Patres olim statuerunt, unde preces ad Eum directæ, quas ἐπίκλησιν, *Invocationē* dixère κατ' ἐξοχὴν Ambrosius, *in prec.* 1. *præparante ad missam, To.* 4. *p.* 454: *Descendat etiam, Domine, illa S. Spiritûs tui invisibilis forma & incomprehensibilis majestas; sicut quondam in patrum hostias descendebat; qui & oblationes nostras Corpus & Sanguinem tuum efficiat, & me indignum Sacerdotem tuum doceat tantum tractare mysterium: ita ut placidè ac benignè sacrificium suscipias de manibus meis ad salutem omnium, tam vivorum, quam defunctorum.* Cyrillus Hierosol. *catechesi V.* παρακαλοῦμεν τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν, τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐξαποστεῖλαι ἐπὶ τὰ προκείμενα, ἵνα ποιήσῃ τὸν μὲν ἄρτον σῶμα Χριστοῦ, τὸν δ' οἶνον αἷμα Χριστοῦ. *Precemur amantem hominum Deum, ut demittat Spiritum S. in propositas species: ut faciat Panem quidem Corpus Christi, Vinum autem Sanguinem Christi.* His locis addantur alii à Cel. Svicero observati, mihique benevolè communicati. *Liturgia* Basilio adscripta: Σὲ δεόμεθα καὶ σὲ παρακαλοῦμεν ἅγιε ἁγίων, εὐδοκίᾳ τῆς σῆς ἀγαθότητος ἐλθεῖν τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα, καὶ εὐλογῆσαι αὐτὰ καὶ ἁγιάσαι. *Te rogamus & oramus Sancte sanctorum, ut pro beneplacito tuæ bonitatis veniat Spiritus tuus sanctus super nos & super proposita hæc dona, & benedicat ea atque sanctificet. Liturgia* Clementi tributa: Καὶ ἐπιπέμψαις τὸ ἅγιόν σου πνεῦμα ἐπὶ τὴν θυσίαν ταύτην. *Demittas Spiritum tuum sanctum super hoc sacrificium.* His similia habet *Marcus Ephesinus* ex Liturgiâ Jacobi. Hunc descensum Spiritûs ἐπιφοίτησιν τοῦ ἁγίου πνεύματος, Græci Patres passim solent appellare. Vid. Simplicii Verinum sive Cl. Salmas. *de Transubst. p.* 22.

Pag. 54. *lin.* 24. Τοὺς γὰρ Ἰουδαϊκοὺς φωνὰς ὑπείδομαι] Origen. *l.* 5. *c. Cels. p.* 267: Ὁ Μαρκίωνος γνώριμος Ἀπελλῆς, αἱρέσεώς τινος γενόμενος πατήρ, καὶ μῦθον ἡγούμενος εἶναι τὰ Ἰουδαίων γράμματα. *Apelles, Marcionis familiaris, hæreseos cujusdam auctor; pro fabulis habebat Judæorum literas*, i. e. Vetus Testamentum: nam istud per contemtum, *Judaicas voculas* appellârunt: quia Marcion τὸν Νόμον, καὶ τοὺς Προφήτας, καὶ τὴν παλαιὰν πᾶσαν ἐκβέβληκεν, ὡς ὑπ' ἀλλοτρίου δεδομένην Θεοῦ. *Legem Prophetas, & universum Vetus Testamentum rejecit, tanquam ab alieno datum Deo:* inquit Theodoretus, *l.* 1. *hær. fab. c.* 24. *p.* 210. vide infrà p. 57 ubi Marcus idem asserit, & Epiphanium, *hær* 42. *p.* 136. A Cerdone id hausit Marcion. Epiphan. *hæres.* 41 *p.* 134. de Cerdone: παλαιὰν ἀπαγορεύει διαθήκην, τὴν διὰ Μωϋσέως καὶ προφητῶν, ὡς ἀλλοτρίαν οὖσαν. *Vetus Testamentum, quod per Mosem & Prophetas datum est, rejicit, ac si alienum esset.*

Ibid. lin. 38. Ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος.] Ex hac parabolâ tres facit elenchos Epiphanius adversus Marcionem, *p.* 149. Primò dicit: Ἰδοὺ καὶ ἐν ζωῇ, καὶ μακαριζομένοις, καὶ ἐν κληρονομίᾳ ἀναπαύσεως, ὁ Ἀβραὰμ ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἐγκαταλέχθη. *Ecce inter vivos & beatos, & in hæreditate requiei, ponitur Abraham à Domino.* Atqui secundùm Marcionem, Abraham erat alterius Dei homo, à Christo relictus in inferno. 2. ex solatio Lazari concludit: Εἰ παρακαλεῖται Λάζαρος ἐν κόλποις Ἀβραάμ, οὐκ ἐκτὸς τῆς παρακλήσεως τῆς ζωῆς ὑπάρχει ὁ Ἀβραάμ. *Si solatio afficitur Lazarus in sinu Abrahæ, non extra solatia vitæ est Abraham.* 3. ex verbis, *Habent Mosen & Prophetas*; arguit: μετὰ τὸ ἐν πείρᾳ γενέσθαι τῆς ἐκεῖ ἀναπαύσεως, μαρτυρεῖται ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἐν τῇ παραβολῇ τοῖς τοῦ Νόμου λόγοις, καὶ προφήταις, τὴν σωτηρίαν κληρούμενος. *Postquam jam expertus esset requiem in altero Mundo, testimonium dat per Salvatorem in parabolâ Legi & Prophetis nactus salutem.* Præoccupat scil. omnes Marcionis instantias, qui regerere potuisset: Abrahamum, vel deceptum, vel ignarum, hoc dixisse; velut homo Vet. Testamenti. Vide sis etiam *Elenchum* 56. *p.* 151 Et Irenæum, *l.* 4. *c.* 4. Tertullianus, *l.* 4. *c.* 34. *p.* 559. duo refellit Marcionis argumenta seu ἐνστάσεις Primum est: *Marcion alterśum cogit: scilicet, utramque mercedem Creatoris, sive tormenti, sive refrigerii apud inferos, determinat iis positam, qui*

Legi & Prophetis obedierint; Christi verò, & Dei sui, cœlestem definit sinum & portum. Respondebimus, & hac ipsâ Scripturâ revincente oculos ejus, quæ ab inferis discernit Abrahæ sinum pauperi. Aliud enim inferi, ut puto; aliud quoque, Abrahæ sinus. Nam & magnum, ait, intercedere regiones istas profundum, & transitum utrinque prohibere. Sed nec allevâsset dives oculos, & quidem de longinquo, nisi in superiora & de altitudinis longinquo, per immensam illam distantiam sublimitatis & profunditatis. pp. *Eam itaque regionem* sinum dico Abrahæ, *etsi non cœlestem, sublimiorem tamen inferis; interim refrigerium præbituram animabus justorum; donec consummatio rerum, resurrectionem omnium, plenitudine mercedis expungat.* Secundum Marcionis argumentum est: *Imò, inquit, nostri Dei monela de cœlo, non Moysen & Prophetas jussit audiri, sed Christum.* Respondet Tertull. *Meritò. Tunc enim Apostoli satis jam audierant Moysen & Prophetas, qui secuti erant Christum, credendo Moysi & Prophetis. Nec enim accepisset Petrus dicere,* Tu es Christus, *antequam audivisset & credidisset Moysi & Prophetis, à quibus solis Christus annunciabatur. Hæc igitur fides eorum meruerat, ut etiam voce cœlesti confirmaretur, jubente illum audiri, quem agnoverant.*

Pag. 55. *lin.* 28. Ὅπως οἱ ἐντεῦθεν διαβῆναι] In Græcis Codicibus sic habent hodie verba: ὅπως οἱ θέλοντες διαβῆναι ἐντεῦθεν μὴ δύνωνται, μηδὲ οἱ ἐκεῖθεν πρὸς ἡμᾶς διαπερῶσιν· εἶπε δὲ, ἐρωτῶ, καὶ τὰ ἑξῆς.

Pag. 56. *lin.* 3. Οὐκ ἤκουσαν, οὐδ' ἄν τις ἐκ νεκρῶν ἀπέλθῃ] Variant hodiernæ editiones: Οὐκ ἀκούουσιν, οὐδὲ ἐάν τις ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ πεισθήσονται. i. *Non audiunt; ne quidem, si quis ex mortuis resurrexerit, obedient.*

Ibid. lin. 11. οὐκ ἐν τῇ βασιλείᾳ] Verba hæc uncis inclusa desunt Pico: deinde, loco *Marci* ponit *Eutropium*: rei veritate, ac ordinis consequentiâ, Codici nostro faventibus.

Ibid. lin. 13. Οὐκ ἐν τῷ ᾅδῃ λέγει τὸν Ἀβραάμ·] Modò audivimus Tertullianum negantem, Abrahæ sinum esse inferos. Idem, *l. de animâ c.* 58. sic scribit: *Omnes ergo animæ penès inferos, inquis? Velis ac nolis, & supplicia jam illic & refrigeria: habes pauperem & divitem.* Idem, *l.* 4. *carm. adv. Marcionem:*

-- -- -- Sub corpore terræ
In parte ignotâ quidam locus extat apertus,
Luce suâ fretus Abrahæ sinus *iste vocatur:*
Altior à tenebris, longè semotus ab igne,
Sub terrâ tamen hæc ara vocatur ahena:
In quâ velamen pullum memoravimus esse. & pp.
Una domus quamvis velo partita videtur
Atq; adeo passo Domino velamine rupto
Cœlestes patuêre plagæ.

Unde colligi potest: Tertullianum, *Inferos* pro *Receptaculo animarum* sumsisse: idque in *sinum Abrahæ,* & *Inferos* peculiariter sic dictos, divisisse. Hieronymus, *To.* 1. *epist. ad Paulam p.* 159: *Et Abraham, licèt in loco refrigerii, tamen apud inferos cum Lazaro fuisse scribitur.* Augustin. *Epist.* 57. *ad Dardan. Restat igitur, ut si secundùm hominem dictum est:* Hodie mecum eris in Paradiso: *in inferno intelligatur esse Paradisus, ubi erat eo die futurus secundum humanam Animam Christus. Utrum autem* Sinus ille Abrahæ, *ubi dives impius, cùm in tormentis esset inferni, requiescentem pauperem vidit, vel* Paradisi *censendus vocabulo, vel* ad inferos *pertinere existimandus sit? non facilè dixerim,* &c. Gregor. Magnus, *l.* 4. *expos. moral. in Job. c.* 27. *Priusquam Redemtor noster morte suâ humani generis pœnam solveret, eos etiam qui cœlestis patriæ vias sectati sunt, post egressum carnis, inferni claustra tenuerunt. Non ut pœna, quasi peccatores plecteret, sed ut eos in locis remotioribus quiescentes, quia necdum intercessio Mediatoris advenerat, ab ingressu regni, reatus primæ culpæ prohiberet. Unde juxta ejusdem Redemtoris nostri testimonium, dives, qui apud inferos torquetur, ex sinu Abrahæ requiescere Lazarum contemplatur. Qui profectò, si adhuc in imis non essent, hos ille in tormentis positus non videret.*

Quibus respondet Augustinus, *epist.* 99. *To.* 2. *p.* 438: *Præsertim, quia ne ipsos quidem inferos uspiam Scripturarum locis in bono appellatos potui reperire. Quòd si nusquam in divinis authoritatibus legitur; non utique* Sinus ille Abrahæ, *id est, secreta cu-*

jusdam

jamdam quietis habitatio, aliqua pars inferorum fuisse credenda est. Quanquam in his ipsis tanti Magistri Verbis, ubi ait, dixisse Abraam; Inter vos & nos Chaos magnum firmatum est: *satis, ut opinor, apparet, non esse quandam partem, & quasi membrum inferorum, tanta illius felicitatis sinum.* Plura qui de sinu Abrahæ nosse cupit, consulat Gregor. Nyssen. *de animâ & resurrect. To. 1. p. 218.* Basil. Cæsar. *Orat. in 40. Martyres pag. 531.* Chrysostomum, *hom. 40. in Genesin. & homil. 27. in Matth.* Eusebium, *Praparat. Evangel. l. 18. p. 387.* Greg. Nazianz. *Orat. X. p. 170.* Theophylactum, *in c. 16. Lucæ.* Dionys. Areopag. *Eccles. Hierarch. c. 7. num. 3. contemplat. 3. p. 353. & 354.*

Pag. 58. lin. 11. Ὑπὲρ τῦ Χριστῦ] Alludit ad Act. IX, 15. & 16. ubi legas, Σκεῦος ἐκλογῆς μοί ἐστιν οὗτος. & δεῖ αὐτὸν ὑπὲρ τῦ ὀνόματός μυ παθεῖν. In quibus re ipsâ extant, quæ hic memorantur Σκεῦος ἐκλογῆς. & ὑπὲρ τῦ Χριστῦ. Cæterùm, quia hæc sunt ambigua, possunt sano sensu accipi, qui comprehenditur verbis prioribus, ità connexis, τῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μυ ἐνώπιον ἐθνῶν. Conf. 2, Cor. cap. V, v. 20.

Pag. 59. lin. 19. τῦ Εὐαγγελίυ καὶ τῦ Ἀποστόλυ] *Evangelium* Lucæ intelligit, & Epistolas *Apostoli* Pauli: uti suprà indicavimus.

Ibid. lin. 23. κηρύξαι] Considera Lector, Rectiùs ne ad propositum faciat, si negativè hoc lemma dicatur? nimirum, Absurdum esse, missos ad Evangelium prædicandum, illud NON prædicâsse: at Paulum, NON missum, etiam scriptis id prædicâsse. Pieus aliter legisse videtur, dum vertit: *Valde stolidum est quod ais, illos quidem missos ad prædicandum & evangelizandum*, sine scriptis *prædicâsse*: τύτυς ἀγράφως κηρύξαι. liquidissimâ sententiâ & ἀντιθέσει.

Pag. 61. lin. 35. ὡς περὶ αὐτῦ ὁ γράψας ἐσήμανε σημειῶν] alterutrum Verbum abesse potest, aptissimo sensu: & videtur alterutrum ex diversâ lectione irrepsisse. Pieus tamen, interpositâ conjunctione *Sed* concinnavit. Optimè, si ejus Codex MS. Id habuit.

Pag. 63. lin 9. Εἴπατε τοῖς μισῦσιν ὑμᾶς] Perspicua interpretatio, præ illâ, quæ nunc legitur in LXX: Εἴπατε ἀδελφοὶ ὑμῶν τοῖς μισῦσιν ὑμᾶς καὶ βδελυσσομένοις. Perplexè: quanquam totidem verbis idem dicitur.

Ibid. lin. 27. οἱ Ἰυδαΐζοντες ἔγραψαν] *Judaistas* per contemptum vocârunt Marcionitæ, quotquot Vet. Test. recipiebant, & Novum, prout in Ecclesiâ Catholicâ ferebatur Tertull. *l. 4. adv. Marc. c. 4. p. 504: Marcion Evangelium Lucæ per antitheses arguit, ut interpolatum à* Protectoribus Judaismi *ad concorporationem Legis & Prophetarum, quâ etiam Christum inde confingerent.* Et *l. 5. c. 19. p. 613: Si hæc Pseudapostoli nostri, &* Judaici Evangelizatores *de suo intulerint.* Hinc *Evangelium* nostrum, nominârunt *Judaicum*. Idem, *l. 4. c. 2. p. 502: Transeo nunc ad Evangelii, sanè non Judaici; sed Pontici, interim adulterati, demonstrationem.* ubi *Evangelium Judaicum* est Orthodoxorum; *Ponticum*, Marcionistarum corruptum.

Ibid lin. 28. οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν Νόμον] Urget adversùs Marcionem hunc locum, Epiphanius, *Elencho 69. p. 153.* Tertull. *l. 4. c. 7.* scribit: *Marcionem hoc dictum, ut additum, erasisse*: scilicet, quia Matthæi Evangelium rejecit, in quo scriptum extat: tùm quia facta Christi, quibus se legem implere testatur, vel negat, vel corrumpit. Vid. *ejusd. libri c. 12. sub finem.* Sed cur dicit Marcus, in Evangelio Marcionis dicere Christum, οὐκ ἦλθον πληρῶσαι τὸν Νόμον, ἀλλὰ καταλῦσαι: *Non veni Legem implere, sed solvere*? Certè Isidorus Pelusiota, *lib. 1. epist. 371. ad Pansophium* idem scribit, postquam narrâsset Marcionis in resecandâ Christi Genealogiâ temeritatem, sic pergens: Μικρὸν ὕστερον προϊὼν ἑτέραν ὕβριν προσήγαγεν, ἀμείψαντες γὰρ τὴν τῦ Κυρίυ φωνὴν. οὐκ ἦλθον, λέγοντος, καταλῦσαι τὸν Νόμον, ἢ τὺς Προφήτας. ἐποίησαν· τί δοκεῖτε; ὅτι ἦλθον πληρῶσαι τὸν Νόμον ἢ τὺς Προφήτας; ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλ' ὐ πληρῶσαι· ἐκ τύτων δὲ εἴση, ὅπως ἔχθραν ταῖς δυσὶ Διαθήκαις κατασκευάζυσι, ξένον εἶναι τῦ Νόμυ τὸν Χριστὸν διαβεβαιῦντες. *Paulò dein progressus aliam rursum eorum improbitatem conspicies. Commutatis enim his Domini Verbis*: Non veni destruere Legem aut Prophetas; *sic effecerunt: Quid putatis? Quòd venerim, ut Legem ac Prophetas adimplerem? imò Veni ut everterem, non ut explerem. Hinc autem intelliges, quonam pacto inimicitiam inter duo*

duo testamenta moliantur, Christum à Lege alienum esse confingentes. An ex Matthæo in suum Evangelium transtulit Marcio, & corrupit hunc locum? An verò, Tertulliani & Isidori temporibus, in Evangelio Lucæ reperiebatur, quanquam hodie inibi eum non inveniamus? Judicent eruditi.

Pag. 64. lin. 19. Καθὼς ὁ Πατὴρ ἠγάπησεν ὑμᾶς] Nostri Codices habent καθὼς ἠγάπησα ὑμᾶς. Picus legisse videtur: καθὼς καὶ ὁ Σωτὴρ ἠγάπησεν ὑμᾶς, vertit enim: *Quemadmodum & Salvator dilexit vos.*

Ibid. lin. 23. ἐχὶ καὶ ἐξὸν] Corruptum esse locum patet. Quid si legamus? Τὸ καινὸν οὐχὶ καὶ κεῖνο ἐστὶ τοῦ προϋπάρχοντος παλαιοῦ; *Illud novum* supplementum, *an non etiam pars est, illius prioris* vestis *veteris*, & ad illam pertinet? Aberit ταυτολογία seqq.

Ibid. lin. 27. Οὐδεὶς ἐπιβάλλει ἀπὸ ῥάκους ἀγνάφου] His verbis & sequentibus, *De vino veteri & novo*, primùm abusus est Marcion: adeoque juxta locum *De arbore bonâ & malâ*, hic alter palmarius est. Vide Philastrii verba superiùs adducta, *Not. ad pag. 40 lin. 21.* Epiphanius, *hær. 42. p. 135:* Ἄρχεται ἐξ αὐτῆς τῆς ἀρχῆς, καὶ ὡς ἀπὸ θυρῶν τῶν ζητημάτων προτείνει τοῖς κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ πρεσβυτέροις τοῦτο τὸ ζήτημα, λέγων· εἴπατέ μοι τί ἐστι τό· οὐ βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς, καὶ τὰ ἑξῆς· οἱ δὲ ὡς τὸ ἔννοιαν οἱ πρεσβύτεροι ἔλεγον· τέκνον, τοῦτό ἐστιν ἀσκοὶ παλαιοί, αἱ τῶν Φαρισαίων καρδίαι καὶ γραμματέων παλαιωθεῖσαι ἐν ἁμαρτήμασι, καὶ μὴ δεξάμεναι τὸ κήρυγμα τοῦ Εὐαγγελίου. ὁ δὲ, οὐχ οὕτως, φησὶν, ἀλλὰ ἄλλα ἐστὶ παρὰ ταῦτα, ἀναλέγων ὁ Μαρκίων, ἐπειδὴ μὴ ἠθέλησαν αὐτὸν δέξασθαι. *Marcion incipit ex ipso principio, & velut a foribus quæstionum, proponere Presbyteris illius temporis hanc quæstionem: Dicite mihi, inquit, quid est hoc?* Non mittunt vinum novum in utres veteres, &c: *Et ubi hoc audivissent Presbyteri, responderunt: Fili, hoc sunt* Utres veteres, *Pharisæorum & Scribarum corda inveterata in peccatis, quæ ve non susceperunt Evangelij prædicationem*, &c. *Ille verò, non sic, inquit, sed alia sunt præter hæc: quoniam ipsum suscipere non voluissent.* Utres novos sic exponit Origenes, *l. 1. de princip. c. 3. p. 677: Jubebat utres fieri novos, id est, homines in novitate vita ambulare: ut vinum novum, id est, Spiritûs S. gratia reciperent novitatem.*

Pag. 66. lin. 14. τὸ πρᾶον] Unius l
trajectu sanatur sententia. & accentus
ostendit, παρὸν esse restituendum. Ali
πρᾶον, vel πρᾶὺ scribendum fuisset. P
si enim quod imperfectum est compl
non jam quod antea peregrinum est ei,
supplementi causa additur, sed comm
tur. Non possem divinare, Cur τὸ παρ
terpretaretur potiùs, *quod antea erat*, c
simpliciter *præsens*, vel *quod jam adesi*
licet ex illo novo supplemento. Sensus
Si quod in vestimento detritum est, 1
panniculo resarciatur; hoc supplemen
novum, non ideò *peregrinum* & *alie*
& quasi naturâ totâ discrepans existit; sed
veste unum fit, & commiscetur. Suffra
tur sequentia nostri Adamantii.

Pag. 67. lin. 18. Ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος
ἐτύφλωσε] Dictum hoc Apostoli, Marcio
& post eos Manichæi, pessimè interp
sunt: quare studiosè vindicatum est à I
bus Orthodoxis. Plerique periculosum
stimabant concedere, Diabolum hic int
per *Deum hujus seculi.* Itaque respo
bant cum Adamantio, Per hyperbaton v
esse trajecta, & distinctione secernend
verba, τοῦ αἰῶνος τούτου, ut ad sequentia
verò ad priora, referantur. Sic Tertulli
ante Origenem scripsit, *l. 5. adv. Marc.*
p. 597. Scimus, quosdam sensus ambig
tem pati posse, de sono pronunciationis
de modo distinctionis, cùm duplicitas e
intercedit. Hanc Marcion captavit
gendo; In quibus Deus ævi hujus: *ut Cr*
rem ostendens Deum hujus ævi, alium
gerat Deum alterius ævi. Nos contra
stinguendum dicimus, In quibus Deu
hinc, ævi hujus excæcavit, &c. Irenæus
utrumque, *l. 3. c. 7 p. 177: Si enim, q*
cundùm Pauli consuetudinem, (*que*
modum ex multis & alibi ostendimu
perbatis eum utentem, sic legerit; In q
Deus: *deinde subdistinguens, & mod*
diastematis faciens, simul & in unum
qua legerit; seculi hujus excæcavit m
infidelium · *inveniet verum.* Hanc i
pretationem amplectuntur, Ambrosius,
ment. in h. l. Hieronymus, (vel quisqu
ctor est horum sub nomine ipsius Com
tariorum) *Tom. 9. Comment. in 2. C*
p. 331. Augustinus, *l. 2. Cont. advers.*

& P

& Proph. c. 7. Tom. 6. p. 632. Primasius Uticensis, *Comment. in h. l. p. 257.* Sedulius, *annot. in h. l. p. 255.* Beda, *To 6. comm. in h l.* Chrysostomus, *To. 3 comm. in h l. pag. 594.* Theodoretus, *Tom. 3. in interpr. h l pag. 226.* Oecumenius, *comment. in h. l. p. 625.* Nec non Æthiops interpres in suâ versione.

Attamen Tertullianus, *l. 5. c. Marcionem, c. 17. p 608.* videtur aliquatenùs eò inclinare, ut de Diabolo capiantur hæc verba; dum ait: *Hic erit Diabolus, quem & alibi (si tamen ita & Apostolum legi volunt) Deum ævi hujus cognoscemus.* Apertiùs Origenes, *Tom. in Matth p. 252. ed. Huet.* Πρὸς ταῦτα δὲ φήσομεν, ὅτι ἔοικε διὰ τὴν μοχθηρὰν περὶ τῶν κατὰ τὸν Νόμον ἐκδοχὴν οὐκ οὖσαι φυτεία τοῦ ἐν οὐρανοῖς Πατρὸς, οὗτοι τετύφλωνται τὸν νοῦν, ὡς μὴ πιστεύοντες τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλὰ εὐδοκοῦντες τῇ ἀδικίᾳ ὑπὸ τοῦ θεοποιηθέντος ἀπὸ τῶν υἱῶν τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ διὰ τοῦτο λεγομένου παρὰ τῷ Παύλῳ Θεοῦ τοῦ αἰῶνος τούτου. καὶ μὴ νομίσῃς, Παῦλον ἡμῶν ἀληθῶς εἶναι λέγειν αὐτὸν Θεόν· ὡς γὰρ μὴ ὢν Θεὸς ἡ κοιλία τῶν ὑπερηγαπηκότων τὴν ἡδονὴν, φιληδόνων μᾶλλον, ἢ φιλοθέων, λέγεται ὑπὸ Παύλου εἶναι Θεὸς αὐτῶν· οὕτως μὴ ὢν Θεὸς, ὁ ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου, Θεὸς εἶναι λέγεται. *Ad hæc verò dicemus, omnes illos qui propter molestam rerum legalium receptionem non erant planta Patris cœlestis, excæcatos esse mente, ut non credant veritati, sed acquiescant in injustitiâ, per eum, qui Deus factus est à filiis hujus seculi, & propterea a Paulo appellatur* Deus hujus seculi. *Neque existimes, Paulum reverà eum Deum nostrum esse affirmare. Nam, sicut* Venter, *qui non est Deus, nimis amantium voluptatem, ideò, quòd magis amant voluptatem quàm Deum, à Paulo dicitur esse* Deus eorum: *ita qui non est Deus*, Princeps hujus seculi, *dicitur hujus esse* Deus. Laudant hunc quoque sensum Chrysostomus & Augustinus, item Hieronymus, *Tom. 9. comment. in 2. Cor 3. p. 331.* attamen propter hæreticorum pervicaciam præferunt priorem.

Pag. 70. lin. 6. Μαρῖνος Βαρδησιανιστής] *Marinus Bardesianista.* Sic à Bardesane denominatur; cujus mentionem facit Eusebius, *H. E. l. 4. c. 30.* Cedrenus, *in hist. pag. 205.* Βαρδισάνην, Epiphanius, *hær. 56.* Βαρδησάνην. Hieronymus, *in Catal.* Bardesanem; Freculfus, *Tom. 2. l. 1. c. 20.* Tardesanem, cum vocant Fuit alius quidam Bardesanes vir Babylonius, teste Hieronymo, *l. 2. adv. Jovinian. Tom. 2. pag. 78.* Sed isti assignat Epiphanius patriam *Mesopotamiam*, & in eâ urbem *Edessam*: consentiente Theodoreto, *l. 1. hær fab. p 209.* Celebratur ab ingenii dotibus: Eusebio audit ἱκανώτατός τις ἀνὴρ, ἔν τε τῇ Σύρων φωνῇ διαλεκτικώτατος, *Vir disertissimus Syriaco sermone, & acerrimus in disputando.* Vel, ut Hieronymus memorat, *Ardens ejus à Syris prædicatur ingenium, & in disputatione vehemens.* Epiphanius scribit: Illum familiarem fuisse Abgaro Edessenorum Dynastæ.

Religionem ejus Hieronymus paucis refert: *Primum Valentini sectator, dein confutator, novam hæresim condidit.* Addit Epiphanius: Eum primò Ecclesiæ orthodoxæ membrum fuisse, tam flagrans Zelo Dei, ut audire recusârit Apollonium Antonini Imp. amicum, suadentem, ut se Christianum esse negaret: sed postmodum ad Valentinianos defecisse. § Docuit ore & scriptis: Πρὸς τοὺς κατὰ Μαρκίωνα, καὶ ἄλλους ἑτέρους διαφόρων προϊσταμένους δογμάτων, διαλόγους συστησάμενος, τῇ οἰκείᾳ παρέδωκε γλώττῃ τε καὶ γραφῇ, μετὰ καὶ πλείστων ἑτέρων αὐτοῦ συγγραμμάτων· οὓς οἱ γνώριμοι (πλεῖστοι δὲ ἦσαν αὐτῷ, δυνατῶς τῷ λόγῳ παρισταμένῳ) ἐπὶ τὴν Ἑλλήνων ἀπὸ τῆς Σύρων μεταβεβλήκασι φωνῆς. *Adversùs Marcionem, aliosq; variarum opinionum auctores atque assertores, patriâ linguâ Dialogos conscripsit, unà cum infinitis aliis opusculis. Quos quidam Discipuli illius (habuit enim ille quamplurimos auditores, utpote qui dogmata sua sermonibus fortiter assereret) ex Syriaco idiomate in græcum transtulerunt*: inquit Eusebius, *l. d.* Inprimis celebratur ejus *Liber de Fato.* M. Antonino Vero Imperatori traditus, & adversùs Abidan, Astronomum, Fati assertorem, editus. Judicium Hieronymi de ejus scriptis est: *Si tanta vis est & fulgor in interpretatione: quantam putamus in sermone proprio?* De Armonio, ejus filio, tradit Theodoretus sequentia: Φασὶ δὲ, καὶ Ἁρμόνιον τούτου παῖδα γενόμενον ἐν Ἀθήναις τὴν Ἑλληνικὴν παιδευθῆναι φωνήν· πολλὰ δὲ καὶ οὗτος συνέγραψε τῇ Σύρων γλώττῃ χρησάμενος. *Ajunt: Armonium, hujus filium, Athenis in linguâ græcâ eruditum fuisse: qui etiam multa edidit, Syriacâ linguâ usus.* § Dogmata Bardesanis è Valentini Scholâ promanârunt. Epipha-

phanius duorum meminit: 1. Quòd multas ἀρχὰς, seu *Principia*, aut (ut cum Marino loquamur) ῥίζας, *Radices*, statuit: quarum tamen unam tantùm *Deum* nominat, scilicet *Bonam*. 2. Quòd neget *Resurrectionem*. Addemus è Dialogo tertium, quòd neget *Christum ex Mariâ carnem sumsisse*; sed velit, eam *cælo detulisse*. Hoc singulare de eo annotat Epiphanius: Χρῆται Νόμῳ, καὶ Προφήταις παλαιᾷ τε καὶ καινῇ Διαθήκῃ, καὶ ἀποκρύφοις τισὶν ὡσαύτως. *Utitur Lege atque Prophetis, Veteri ac Novo Testamento, & Apocryphis quibusdam.* Quod neque à Cerdonianis, neque à Marcionitis admittebatur. Hinc infrà *p.* 107. varia testimonia è Genesi, Psalmis & Jeremiâ contra Marinum producit Adamantius, Adversario non obloquente.

Ibid. lin. 30. Ἄτοπον ἡγοῦμαι τὸ λέγειν ὑμᾶς, τὸ κακὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γεγονέναι] En! antiquam calumniam, nec heri vel hodie demum natam; quâ Hæretici Orthodoxos onerant: scilicet eos facere *Deum auctorem peccati*: cùm illorum nemo sit, qui hanc impietatem non execretur. Origenes, *c. Cels. l.* 6. *p.* 314: Ἡμεῖς δὲ φαμὲν, ὅτι κακὰ μὲν, τὴν κακίαν, καὶ τὰς ἀπ' αὐτῆς πράξεις, ὁ Θεὸς οὐκ ἐποίησε. *Nos autem dicimus, quod malum, hoc est, vitium, ejusque opera, Deus non fecit.* Tertull. *l.* 2. *adv. Marc. c.* 14. *p.* 464: *Quis boni auctor, nisi qui & exactor? Proinde, quis mali extraneus, nisi qui & inimicus? quis inimicus, nisi qui & expugnator? quis expugnator, nisi qui & punitor? Sic totus Deus Bonus est, dum pro bono omnia est.* Longum nimis foret Epiphanium, Augustinum, Prudentium, aliosque magno numero adducere. Sed quid opus est post Homerum scribere Iliada?

Pag. 71. *lin.* 28. Τοῦτο γὰρ ἡμεῖς φαμὲν μόνον εἶναι κακὸν, τὸ στερηθῆναι τῶν ἀγαθῶν] Origenes, *l.* 2. *de princip. c.* 8. *p.* 703: *Certum est, Malum esse bono carere: ex quo accidit, ut in quantâ mensurâ quis devolveretur à bono, in tantam mensuram malitiæ deveniret.* Eucherius, *quæst. V. T. p.* 251. Int. *Cùm omnia bona Deus fecerit, nihilque non ab illo factum sit, unde malum?* Resp. *De privatione boni: dum id, quod in bonum Auctor bonus protulit, in malum à male utentibus depravatur. In ipsâ autem creaturæ substantiâ nihil est, quod rectè appellari Malum possit.* Gregor. Nyssenus, *Orat. Catech. c.* 8. *Tom.* 3. *pag.* 63. Ἐκεῖνο μόνον κακὸν, ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἀλλοτρίωσις. *Malum est tantùm, boni alienatio.* Damascenus, *l.* 2. *Orthodox. fidei c.* 4. *pag.* 77. Οὐδὲν ἕτερόν ἐστι τὸ κακὸν, εἰ μὴ τοῦ ἀγαθοῦ στέρησις. *Malum nihil aliud est, nisi privatio boni.* Vid. Eund. *l.* 2. *Orth. fidei, c.* 30. *p.* 164. & Gregor. Nyssen. *Orat. de animâ & resurrect. Tom.* 3. *p.* 223. Inprimis Augustinum, *lib.* 1. & 2. *de Lib. arb. To.* 1. Item, pluribus Tractat. contra Manichæos & Pelagianos, utpote contra Julian. Pelag. *l.* 1. *cap.* 3. *&c.*

Pag. 72. *lin.* 28. Οὐδὲν ἕτερον ἀγένητον λέγω] Humfredus, τὸ ἀγένητον vertit *ingenitum*. Verùm docet nos Celeb. & humanissimus *Suicerus* noster *in Observationibus SS c.* 7. *pag.* 170. differre ἀγένητος ab ἀγέννητος, non tantùm orthographiâ, sed & significatione. ἀγένητος *est non factus, non creatus*: ἀγέννητος verò *ingenitus*. Quanti momenti sit hæc distinctio in controversiis Arianis, novimus ex Athanasii *Orat.* 2. *c. Arianos Tom.* 1. *p.* 159. & *in decret. Syn. Nicæn. pag.* 424. &c. Sæpissimè verò interpretes hæc promiscuè acceperunt: parum inde ab hæreticis metuentes, cùm *Gignere, Generare, Creare, Procreare*, horumque passiva, cum Verbo *Fieri*, plerisque ferè confundantur, vel sine discrimine usurpentur.

Ibid. lin. 32. Ἐγὼ τὸν Διάβολον αὐτοφυῆ λογίζομαι καὶ αὐτογέννητον] Theodoretus, *hær. fab. l.* 5. *c.* 8. *p.* 268: Τὸν Διάβολον, καὶ τοὺς ὑπ' ἐκεῖνον τελοῦντας δαίμονας, κατὰ τοὺς Μαρκίωνος καὶ Κέρδωνος καὶ Μάνεντος μύθους, οὐκ ἀγενήτους εἶναί φαμεν. *Diabolum, & qui illi subsunt Dæmones, non, ut Marcion, & Cerdo, & Manes fabulantur, ingenitos* (imò, *increatos*) *dicimus.*

Pag. 73. *lin.* 17. Φῶς, ἀγαθὸν, δεξιὸν] Epiphanius de Valentinianis scribit *p.* 86: Τὸ ὑλικὸν, ἀριστερὸν καλοῦσι· τὸ δὲ ψυχικὸν, δεξιόν· τὸ δὲ πνευματικὸν, τὸ ἅλας καὶ τὸ φῶς τοῦ κόσμου. *Materiale appellant sinistrum; animale, dextrum; spirituale verò, sal & lucem Mundi.* Unde apparet, Bardesanem ex Valentino sua hausisse. Ineptè autem pro Principiis & Naturis sumunt *Tenebras, Sinistrum*, & similia, sicubi in Scripturis in malam partem sumuntur: cùm metaphoricè sint intelligenda. Opponit Origenes alibi loca, ubi tene-

bræ

bræ etiam in bonam partem ſumuntur. *To.4. in Joh. p.74. Ed. H*[illegible] Οὐ πάντως, εἴ πε ὀνομάζεται σκότος, ἐπὶ τοῦ χείρονι λαμβάνεται. Ἐσθ' ὅτε δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ κρείττονι ἀναγέγραπται· ὅπερ οἱ ἑτερόδοξοι μὴ διαστείλαντες, δυσφημότατα περὶ τοῦ δημιουργοῦ δόγματα παραδεξάμενοι ἀπέστησαν αὐτοῦ. σκότος, γνόφος, θύελλα ἐν τῇ ἐξόδῳ περὶ τὸν Θεὸν εἶναι λέγεται, καὶ ἐν τῷ Ψαλμῷ, ὁ Θεὸς ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ, κ.τ.λ. *Non ſemper, ubi Tenebrarum fit mentio, in deteriorem partem ſumuntur: interdum etiam in meliorem accipiuntur in Scripturis. quod dum hæretici non diſtinguunt, nefanda de Creatore dogmata ſuſcipientes, ab eodem discesſére. In Exodo dicuntur Tenebræ, Caligo, Procella circa Deum eſſe: & in XVII. Pſalmo. Deus poſuit tenebras operimentum ſibi, &c.*

Pag. 77. lin. 17. ἀ γὰρ τούτῳ] Picus ſic iſta exhibet: *Igitur cedit alteri alter delendi gratiâ. Cur enim cum Malus tot nefaria patraret, non prohibuit Bonus? Nec enim permiſiſſet Malus ſua diſſolvi, cùm uterque ingenitus & incorruptibilis ſit.* Qui hæc mihi cohærere oſtendet, ei me permagnas grat ias debere fatebor. Nam, Si *cedit alter alteri*; quod affirmatur priori propoſitione; qui *non permiſiſſet Malus ſua diſſolvi?* quod poſteà quoque affirmat Origenes. Deinde, Si *cedit alter alteri:* non capio, unde interroget per modum rationis illius ceſſionis: *Cur* ENIM *Malum non prohibuit Bonus?* quaſi *ceſſio* ex *prohibitione* demōſtretur; quorum tamen eſt aperta repugnantia. Humfred. igitur ſic: *Non cedit ergo alter alteri, ne perdatur.* At, quâ ratione hoc infert ex antecedenti, ubi ait, *JESUM delevisse mortem?* Addit idem: *Quantumvis enim funeſta moliatur Malus, Bonus tamen non obſtat.* Sed, ἀ γὰρ, non ſignificat, *Quantumvis enim.* Dein, non attingit hæc materia propoſitum, nedum probat. Denique, Si *Bonus Mali conatibus non obſtat*, hæret in crimine. quod ab Origenis ſententia procul eſt. Humfiedus: *Malus ſua opera diſturbari non ſuſtineret.* Cujus argumentum evidens eſt, *Cùm ſit incorruptibilis*, adeoque non poſſit everti. Atqui hæc ſunt ἀσύστατα καὶ ἀσύγκλωστα. nec tam ineptè argumentatur Adamantius. Ut his tricis expediamur, obſervandum eſt τὸ κείμενον, An *Eſſentia*, vel *Subſtantia Mali* ſit *incorruptibilis & increata?* Adamantius negat, deducendo ad abſurdum, hoc argumento: *Si Subſtantia mali ſit incorruptibilis*, tum *fruſtra JESUS laborat in auferendis Malis*: ac proin, fruſtrà *paſſus eſt, ut Mortem diſſolveret.* quia hæc *ſolvi non poteſt*, cùm *Increata & incorruptibilis* ſit; cæterùm, procul dubio in *Malis* connumeranda. Sed, quia Megethius confitebatur, JESUM eripuiſſe homines captivos, & liberâſſe à Morte: quærit, Quomodo id contigerit? An *igitur alter alteri concedat*? adjicit autem palpabile abſurdum, ſi hoc vellet Megethius: verbis, ἀφανισμοῦ ἕνεκα; ſcilicet, *ut aboleatur* alteruter, Bonus vel Malus: vel interrogat, ut eliciat, Num hæreticus putet; Mala cedere Bono, donec aboleantur: ſicut JESU ceſſit Mors, &c? Verùm, ne ſic evaſurum Megethium, tali demonſtrare videtur argumento: *Si Malus ille tanta perfecit Mala, quæ non prohibuit Bonus; neque Malus concederet illi ſua* opera *diſſolvi*: quia uterque æquè incorruptibilis ſit. Tolle itaque poſteriorem Conjunctionem γὰρ, & argumenta conſtabunt liquidé.

Pag 78. lin. 17. εἰ μὲν γενητὸν] Sic reſtituo locum iſtum: Εἰ μὲν γενητὸν καὶ ἀγένητον δύναται τὸ ἀγένητον φθαρτὸν, τὸ δὲ γενητὸν ἄφθαρτον εἶναι. Itaque latinè repræſentavi: certus, rem ipſam id poſtulare.

Ibid. lin. 29. Τῷ ὂν ἀγαθῷ] Picus: *Itaq; naturâ Bono, non ſupervenit malum.* Senſum verum præſtitit, ſive in ſuo Codice legerit, τῷ οὖν κατ' οὐσίαν ἀγαθῷ, οὐκ ἔπεισι τὸ κακόν· ſive re ipsâ flagitante τὸ, κατ' οὐσίαν, repetiit ἀπὸ τοῦ κοινοῦ.

Ibid. lin. 33. Τί ἐστι κατὰ φύσιν, καὶ κατὰ θέσιν] Tertull. *l. 2. adv. Marcionem, pag. 457. & 458. Bonus naturâ Deus ſolus: homo autem, qui totus ex inſtitutione eſt, habens initium, cum initio ſortitus eſt formam, quâ eſſet; atque ita non Naturâ in bonum diſpoſitus eſt, ſed inſtitutione.* Epiphanius, *de Cajanitis, hær. 38:* Οὐδένα κατὰ γνώμην ἀγαθὸν ἢ φαῦλον λέγουσι, ἀλλὰ κατὰ φύσιν. *Neminem pro animi ſui ſententiâ, bonum aut malum dicunt; ſed ſecundùm Naturam.*

Pag. 79. lin. 10. ἐπισυμβαίνει κακὸν τῷ κατὰ θέσιν, ἐκ τοῦ αὐτεξουσιότητος] Origenes, *c. Celſum l.4. p. 207.* Τὸ ἑκάστου ἡγεμονικὸν αἴτιον τῆς ὑποστάσεως ἐν αὐτῷ κακίας ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ τὸ κακόν.

Sua cuique ratio causa est existentis in ipso malitia, quæ quidem malum est. Prudentius in *Hamartigenia*: *Gignimus omne malum proprio de corpore nostrum.* Chrysostomus, *To. 5. serm 9. p. 73.* Ἐκ τούτου μανθάνομεν, ὅτι οὐ φύσεως, ἀλλὰ προαιρέσεως ἡ κακία καὶ ἡ ἀρετή. *Exinde discimus, malum seu vitium & virtutem non a natura, sed libera electione esse.* &c. Basil. M *hom quod Deus non est auctor mali To. 1. p. 369:* Πόθεν πονηρὸς ὁ ἄνθρωπος; ἐκ τῆς οἰκείας αὐτοῦ προαιρέσεως. πόθεν κακὸς ὁ διάβολος; ἐκ τῆς αὐτῆς αἰτίας, αὐθαίρετον ἔχων καὶ αὐτὸς τὴν ζωήν. *Unde iniquus est homo? ex ipsius libera voluntate. Unde malus Diabolus? ex eadem penitus causa habebat enim & ipse liberam vitam.* Vid. Theodoret. *Dial. 1. Tom 4 p. 9.*

Pag. 79. lin 33. Οὐκ ἠδύνατο ὁ Θεὸς ἀδεῆ] Cur Deus non creârit hominem, ne peccare posset, etiamsi vellet? egregiè explicat Basil. M. *Tom. 1. hom. quod Deus non sit auctor mali, p. 369.* Ὅτι καὶ σὺ τοὺς οἰκέτας, οὐχ ὅταν δεσμίους ἔχῃς, εὔνους ἀπολαμβάνεις· ἀλλ' ὅταν ἑκόντας ἴδῃς ἀποπληροῦντάς σοι τὰ καθήκοντα, καὶ Θεῷ τοίνυν οὐ τὸ ἠναγκασμένον φίλον, ἀλλὰ τὸ ἐξ ἀρετῆς κατορθούμενον. ἀρετὴ δὲ ἐκ προαιρέσεως καὶ οὐκ ἐξ ἀνάγκης γίνεται. *Quoniam & tu servos, quos vinctos in custodia tenes, benevolos esse tibi existimas, sed cum sponte omnia, quæ erga te oportet, videris agere. Sic item Deo eum puta fore amicum, non qui coactus, sed qui sponte sua virtuteq; illi obtemperat. Virtus vero ex voluntate perficitur, non ex necessitate,* sive coactè.

Pag 81. l. 37. Αὕτη ἀδικωτάτη κρίσις] Origenes, *l. 1. de principiis c. 5. p. 695: Diabolus & mali injuste puniuntur, si Natura mali sunt.* Theodoretus, *l. 5. hær fab c. 8:* Πῶς γὰρ ἂν καὶ δικαίως κολάζοιντο, οἱ τοιαύτην φύσιν ἐξ ἀρχῆς εἰληχότες; καὶ μετὰ τούτων πᾶς δὲ δίκαιος ὁ φύσει κολάζων, ἀγαθὸν δὲ δρᾶσαι μὴ δυνάμενον, ἀλλὰ διὰ τὴν κακίαν τιμωρίαις ὑποβάλλων; *Quomodo justè punirentur, qui talem naturam ab initio sortiti sunt? pp. Quomodo justus est, qui naturam punit, quæ boni agere nihil potest sed vitiis vinculis est adstricta?*

Pag 83. lin. 29. εἶπεν τὸν Σατανᾶν ὡς ἀστραπὴν] Vide Tertullianum, *l. 2. adv. Marcion p 462.* Origenem, *l. 1. de princip. pag. 681. c. 5.* Basil. M *To. . hom. quod Deus non est auctor mali, p. 372.*

Ibid. lin 31. εἰκὸς οὖν] Benè Codex Pici hæc *Eutropio* assignat[illegible]m hæc eadem contra hæreticum disputavit Adamantius, *Sect. 1. sup. pag. 6. fin & 7.*

Pag. 84. lin 7. τὸ μὴ πρότερον ἀγγέλους] Orig. *l. 4. c. Cels p. 207.* de Diabolis scribit: Μὴ ὄντα, καθὸ δαίμονές εἰσι, δημιουργήματα τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ μόνον καθὸ λογικοί εἰσι. *Non sunt creatura Dei, quatenus Dæmones; sed tantum, quatenus rationales.* Confer Ejusd *l. 1. de princip. c. 5. p. 679.* & *c. 8. p. 686.*

Pag 85. lin 17. Οὐαλεντῖνος] Valentinus Cerdonis socius, propriæ hæreseos auctor, ex obscuro loco pro liit. Epiphanius ex traditione quadam refert: Αὐτὸν ἔφασάν τινες γεγενῆσθαι Φρεβωνίτην τῆς Αἰγύπτου παραλιώτην· ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ πεπαιδεῦσθαι τὴν τῶν Ἑλλήνων παιδείαν. *Ipsum Phrebonitem è maritimo Ægypti loco progenitum, Alexandriæ verò institutum fuisse in Græcorum disciplinis.* Unde ex Theogonia Hesiodi, & poësi græcâ, Æonum monstra excogitavit. *Drosertus* de eo: οὐκ ἐπιτυχὴς ἦν ἀνήρ, *non vulgaris erat Vir.* Quod confirmat Philastrius, *p. 18: Valentinus in primis quidem fuit in Ecclesia elatior autem factus postmodum, errore non parvo deceptus est.* Tertullianus, *Platonicum* fuisse scribit Valentinum: *de præscr. hæret. c. 7. & c. 30.* Epiphanius vult eum primùm in Ægypto, dein Romæ docuisse: illumque veram habere fidem creditum esse, sed reversum in Cyprum insanire cæpisse. Eusebius, *in Chron. Can.* Romam venisse Valentinum, asserit, A. D 141. Antonini Pii tertio, sub Hygino Papa: dein A. Ch. 154. Polycarpum multos, à Valentino seductos, in Ecclesiæ gremium reduxisse. Unde colligi potest, Valentinum Romæ clam perversa sua dogmata dissemināsse: quod etiam Discipulis ejus familiare fuit. Cur id fecerint, tradit Epiphanius ex Irenæo: *p. 84.* Ἀλλ' οὐ πάντας φάσκουσι θέλειν ἐν φανερῷ διδάσκειν, ἀλλ' ἢ μόνους ἐκείνους, τοὺς καὶ μεγάλους μισθοὺς ὑπὲρ τηλικούτων μυστηρίων τελεῖν δυναμένους. *Non omnes docere velle videntur in aperto; sed illos tantùm, qui ingentem mercedem pro tantis mysteriis solvere possunt.* Sic uno opere auctoritatem suis deliriis, & pecunias crumenis acquisivere. Ejus dogmata de xxx. Æonibus, Nativitate Christi, Resurrectione, hominis creatione, Scriptura S., recensere nimis longum foret.

consu.

consulatur Irenæus, Epiphanius, *hæres.* 31. Tertullianus, *de Præscr. hæret.* Philastrius, Theodoretus, *hær. fab l.* 1. Damascenus, *de hæres.* Augustinus, *de hæres.* Isidorus, *Orig. l.* 8. *c.* 5. Rabanus Maurus, *de inst. Cler. l.* 2. *cap.* 58.

Ibid. lin. 20. πόθεν τὸ κακόν.] Famosa simul & difficilis est quæstio, *Unde malum?* Tertullianus, *de præscript hæret c.* 7: *Eadem materia apud hæreticos & Philosophos volutatur, idem retractatus implicantur, Unde malum, & quare?* Euseb *lib.* 5. *c.* 27. *hist. Eccles.* πολυθρύλητον παρὰ τοῖς αἱρεσιώταις ζήτημα, τὸ πόθεν ἡ κακία; *Vulgatissimam apud hæreticos quæstionem esse,* dicit illam, *Unde malum?* Origenes, *l.* 4. *c. Celsum, pag.* 207. Εἴπερ ἄλλος ἐν τοῖς ἐν ἀνθρώποις ἐξεταστικῶς ἀπόρως, δυσθεώρητός ἐστιν ἡ φύσει ἡμῶν, ἐν τοῖς καὶ ὁ περὶ κακῶν ἀρχῆς ἂν τάξειεν. *Si quis alius est locus in rebus humanis, scrutatu difficilis natura nostra; inter hos merito numerari potest Malorum origo.*

Ibid. lin. 33. οὕτωσί ἔχειν] Præponit Picus nomen *Droserij*, utpote, qui legerat Præceptoris sui dogma: sed, indistincto Codice usus, (qualis & noster hoc loco) sic omnia connexit: DRO. *Ita ferè rectè se habere existimans, domum redij,* &c. Inconcinnè, ac sine tententia, ni fallor.

Pag. 56. *lin.* 25. ἐξηνέχθη τὸν θυμόν] Quid Verbi sit ἐξήνυτο, Eruditiores appello

Pag. 87. *lin.* 9 ἐν τῷ θεῷ] Lege ἐντεῦθεν cum Humfredo & Pico, qui transfert: *inde etiam.*

Ibid lin. 12. Οἰνομάου πάρεσιν ἐπιθυμίαν] Oenomaus Rex Elidis ab oraculo edoctus; tunc se fatis concessurum, ubi filia Hippodamia nupsisset; procos undecim curuli certamine vicit & occidit Sed Pelops, corrupto Myrtilo Oenomai aurigâ, aram Neptuni pervenit: unde præ dolore Oenomaus mortem sibi conscivit. Vid. Diodorum Siculum, *l.* 4. *c.* 11. Strabonem, *l.* 8. Ciceronem, *Tuscul. quæst. l* 3. *p.* 113. Pausan. *Eliac. l* 6. *p.* 248. Servium, *commentar. in l.* 3. *Georg. Virgil. pag.* 263.

Ibid. lin. 13. Καὶ τὴν τῶν ἀδελφῶν διὰ ξίφους φιλονεικίαν] Tria fratrum paria gladio se infestantium nobis tradit antiquitas: unum par, *Atreus & Thyestes*; quorum ille huic filios comedendos apposuit: juxta *Pausaniam in Corinth. l.* 2. *p.* 78. Suidam, *in V.* Ἀτρέως ὄμμα. Ovid. *l.* 4. *de ponto epist.* 6. *ad Brutum.* Servium, *in Aeneid l. pag.* 506. Secundum par, *Eteocles* & *Polynices*; quorum uterque solus Thebis imperare voluit. Vid. Apollodori *Biblioth l*, 3. *p.* 150. Pausan. *Baotic. l.* 9. *p.* 351. Antholog. Epigrammatum, *l.* 3. *c.* 14. *p.* 236. Tertium par, *Prætus* & *Acrisius*; quos jam in utero matris dissensisse, ac deinceps de regno dimicâsse, scribunt Apollodorus, *Biblioth l.* 2. *pag.* 67. Pausanias, *Corinth l.* 2. *pag.* 88. Monuit interea me V. Cl. *Petrus Megerlinus*, JCtus, Mathematicus & Historicus excellentissimus; postremos potissimum innui hoc loco: quòd ad Oenomai tempora proximè accedant: cui lubens assentior.

Pag. 88. *lin* 22. ἔδοξέ μοι συνυπάρχειν τι αὐτῷ, ᾧ τοὔνομα ὕλη] Materiam coæternam, & mali originem, statuit Droserius. E Stoicorum principiis manavit opinio: de quibus Laërtius, *l.* 7. *in Vitâ Zenonis p.* 519. Δοκεῖ αὐτοῖς, ἀρχὰς εἶναι τῶν ὅλων δύο, τὸ ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον. τὸ μὲν οὖν πάσχον, εἶναι τὴν ἄποιον οὐσίαν, τὴν ὕλην· τὸ δὲ ποιοῦν, τὸν ἐν αὐτῇ λόγον, τὸν Θεόν. *Videtur illis, Duo esse rerum omnium Principia, Agens videlicet ac Patiens. Patiens esse substantiam sine qualitate, Materiam: Agens vero, rationem, quæ in ipsâ sit, Deum esse.* Arnobius, qui non uno in loco ἐτεροδοξίας prodidit, scribit *l.* 1. *adv. gentes, p.* 6: *Quid enim, si prima materies, quæ in rerum quatuor elementa digesta est, miseriarum omnium causas suis continet in rationibus involutas?* Contrà Origenes, *l.* 4. *c. Cels p.* 207: Τὴν ὕλην αἰτίαν εἶναι τῶν κακῶν, καθ' ἡμᾶς οὐκ ἀληθές. *Materiam, causam esse malorum, juxta nos verum non est.* Vid. Orig. *l.* 2. *de princip. c.* 1. *p.* 688. Epiphan. *hær.* 4. *Stoicorum.*

Pag. 89. *lin.* 10. Οὕτως ἔδοξέ μοι.] Picus: *Ita res se habere mihi est visa. Hoc dogma meo judicio est rectissimum, & definitio immobilis,* &c. Et ad ejus exemplum, opinor, Humfredus: *itaq; mihi visum est se habere. Hoc dogma admodum sanum, & positionem irrefragabilem esse censeo.* Uterque priora verba connectit antecedentibus Valentini Et possent, fateor, quasi clausula seu nota sententiæ absolutæ, annecti. Οὕτως ἔδοξέ μοι ἔχειν. *Sic mihi visum est habere.* Sed 1. Codex noster

ster post verba, ἐπειδὴ πάρεστι, interpungit: 2. Constructio est aptissima. *Sic mihi* (Droserio) *videtur habere dogma Valentini.* 3. Non extat in hujus loci contextu, vel *Pronomen demonstrandi* Τοῦτο, vel, qui ejus vicem sæpissimè subit, articulus τὸ, apud Nomen δόγμα, sed simpliciter scriptum est: σφόδρα ὀρθότατον δόγμα. 4. Jam prædixerat Valentinus, Sect. hac ult. Διόπερ ἔδοξεν μοι.. *Quocirca visum est mihi:* ut his opus fuerit repetere, *Sic mihi visum est.* Si tamen magis consentaneum quis putet, ità concludi *Valentini definitionem: Ita res se habere mihi visum est:* quæ sequuntur, ex *Droserij* admirantis sensu oportebit accipi. hoc modo: Σφόδρα, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ὀρθότατον δόγμα, κλ. *O plusquam, ut mihi videtur,* (Droserio) *rectissimum dogma!* &c. Vix aliter quadrabit.

Ibid. lin. 21. Οὐ σπεύδομεν νικῆσαι κακῶς, ἀλλὰ ζητῆσαι ἀληθῶς.] Minucius Felix, *in Octavio p.* 15: *Non Disputantis auctoritas, sed Disputationis ipsius veritas, requiritur.* & *p.* 44: *Vicimus, & ita, ut improbus, usurpo victoriam: nam, ut ille mei victor est, ita ego triumphator erroris.* Prudentius περὶ στεφάνων, *hym.* 10:

Si me movere rebus ullis niteris,

Ratione mecum, non furore, dimica.

Maximus, *in Philocal. c.* 24. *p.* 85: Οὐ πιθανῶς εἰπὼν ψεῦδος νικῆσαι θέλω· ἀλλὰ δειχθῆναι τὴν ἀλήθειαν μετὰ ἀκριβοῦς ἐξετάσεως. *Nolo ex probabili mendacio victoriam quærere; sed quæro, ut ex accuratâ disquisitione veritas elucescat.*

Pag. 90. *lin.* 2. μηδ' ἐπιστήμην] Ellipticè dictum, pro, μὴ κατ' ἐπιστήμην. Picus rectè satis: *quia non ex cognitione veritatis Deum timuerunt.* Melius: *non pro cognitione,* vel *non secundùm scientiam veritatis* Deum timuerunt. Humfredus, nescio, quid de *Deo, scientiæ omnis fonte,* hic viderit.

Ibid. lin. 16. Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος.] Basilius, *hom.* 2. *in Hexaemeron*: ubi demonstrâsset, Terram ἀκατασκεύαστον, h. e. *inconditam* vocari; quia nullis fructibus vel ornamentis adhuc esset condecorata; & *invisibilem,* quia tunc aquis immersa delitescebat: addit: Ἀλλ' οἱ παραχαράττοντες τῆς ἀληθείας, οἱ οὐχὶ τῇ γραφῇ τὸν ἑαυτῶν νοῦν ἀκολουθεῖν ἐκδιδάσκοντες, ἀλλὰ πρὸς τὸ οἰκεῖον βούλημα τὴν διάνοιαν τῶν γραφῶν διαστρέφοντες, τὴν ὕλην φασὶ διὰ τῶν λέξεων τούτων παραδεδηλῶσθαι· αὕτη γάρ, φασι, καὶ ἀόρατος τῇ φύσει καὶ ἀκατασκεύαστος, ἄποιος ὑπάρχουσα τῷ ἰδίῳ λόγῳ καὶ παντὸς εἴδους, καὶ σχήματος κεχωρισμένη, ἣν παραλαβὼν ὁ τεχνίτης τῇ ἑαυτοῦ σοφίᾳ ἐμόρφωσε καὶ εἰς τάξιν ἤγαγε, καὶ οὕτω δι' αὐτῆς ὑπέστησε τὰ ὁρώμενα. *Sed veritatis depravatores, non suam mentem accommodantes Scripturæ, imò ad suam voluntatem mentem Scripturarum pervertentes; materiam his verbis innui dicunt. Hæc est enim &* invisibilis, *inquiunt, &* inornata *suapte naturâ; quippe cùm omni prorsus qualitate careat suamet conditione, atque ab omni penitùs formâ figurâq; sic separata: quam opifex universi sumtam per suam sapientiam informavit, & in ordinem redegit, atque ita per ipsam rerum earum omnium, quæ conspiciuntur, essentias fecit.* Quam opinionem ibidem S. Pater aliquot argumentis fortissimis destruit. Orthodoxam expositionem tradit Severianus, *in Catenâ M S. Bibliothecæ Tigurinæ:* Ἀόρατος δὲ τοῦτ' ἔστιν, οὐχ ὅτι οὐκ ἐφαίνετο, ἀλλ' ὥσπερ ἂν εἴποι τις, ἀκόσμητος, ὥσπερ τὸν κακόφωνον λέγομεν ἄφωνον, καὶ τὸν δύσμορφον, ἄμορφον· οὐχ ὡς μὴ ἔχοντα μορφήν, ἀλλ' ὡς οὐκ ἀξιοθέατον. ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος, ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἀξία τοῦ ὁρᾶσθαι· οὐδέπω γὰρ ἦν ὡραϊσμένη καρποῖς καὶ φυτοῖς, ποταμοῖς καὶ πηγαῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις διακοσμήμασι. Invisibilis *autem non est, quia non apparuerit; sed quasi quis diceret,* inornata: *sicut malè sonantem dicimus sono carere, & malè formatum informem; non quasi nullam haberet formam, sed quasi non sit visu dignus.* Terra autem erat invisibilis] *pro, non erat digna, ut videretur: nondum enim ornata erat fructibus, & plantis, fluviis, & fontibus, & aliis ornamentis.* Quem locum insignem debeo humanitati Clariss. *Suiceri,* sæpiùs laudati. Plura vide apud Greg. Nyssen. *in hexaem. To.* 1. *p.* 13. Theodoretum, *quæst.* 5. *in Genesin,* Chrysostomum; *hom.* 1. *Tom.* 5. Sed & hoc observandum: Droserium allegare Vetus Testamentum: quia Valentinus, quem sectabatur, non truncavit Scripturas, sed probabat Legem & Prophetas: attamen pervertendo eas æquè nocuit ac Marcion. Vide Tertull. *de præscr. hæret. p.* 38 & 49.

Ibid. lin. 30 Ἀναγινωσκέτω] Subdit Picus nomen *Droserii*: Sic: Dros. *Jube Scripturam de Crea-*

de Creatione Mundi recitari. Eutr. *Recitetur.* Drof. *In principio fecit Deus*, &c. Appositè: siquidem ad edictum Judicis legit, qui legendi facultatem petiit. Quanquam non liquet, An *Droserius*, vel alius legerit. Petiit ille, ut legatur: Judex concedit ac mandat legi: Cui, non additur.

Pag. 92. *lin.* 8. Οὐ μὲν ἓν ὑπάρχειν ἀδύνατον] His verbis incipit caput vigesimum quartum Philocaliæ: de quo suprà in Præfatione actum est. Nunc requiri videtur, ut cum eo textus noster conferatur, quod non negligam in iis, quæ ad marginem poni non poterant.

Ibid lin. 20. Ἀλλ' ἓν οὐκ διαφέρον συνεστώς.] Loco horum verborum plura alia habet Philocalia: Ὡς οὐδὲ διάφορα μέρη κατακερματιζόμενα εἰς πολλὰ γενητά· ἀλλ' ἢ ὡς ὁ λόγος ἀπαιτεῖ, ἓν δὲ γενητὸν τὸν ἄνθρωπον πολυμερῆ πρὸς τοῦ Θεοῦ γεγονέναι φαμὲν, οὕτως ἀνάγκη, εἰ μὴ κεχώρισται τῆς ὕλης ὁ Θεός, ἓν τὸ ἀγένητον εἶναι λέγειν. Εἰ δὲ κεχώρισται κ.τ.λ. *Quemadmodum neque diversæ partes, in minucias divisæ, in multa genita mox abeunt: sed, sicut ratio postulat, hominem, unum quid genitum multarum partium, à Deo creatum esse dicimus; ità, nisi à materiâ separatus sit Deus, unum ingenitum dici eum, necesse est: At, si separatus est, &c.*

Ibid. lin. 23. Καὶ τὸν χωρισμὸν αὐτῶν δεικνύει] Sequitur in Philocaliâ: Ἀδύνατον γὰρ ἐν διαστάσει ἐξετάζεσθαι ἑκάτερον, οὐκ ὄντος ἑτέρου καθ' ὃ ἡ διάστασις ἑκατέρου γίνεται· ὅπερ οὐ μέχρι τούτου ἵσταται καὶ μόνου, ἀλλὰ καὶ πλείστων ὄντων. ὃν γὰρ ἐπὶ τῶν δύο ἀγενήτων εἴπομεν λόγον, τοῦτον ἐξ ἀνάγκης ὁμοίως προχωρεῖν, εἰ τὰ ἀγένητα δοθείη τρία· καὶ γὰρ ἐπὶ τούτων ἐροίμην ἄν, εἰ κεχώρισται ἀλλήλων; ἢ αὖ πάλιν ἕκαστον ἥνωται τῷ πλησίον; εἰ μὲν γὰρ ἡνῶσθαι λέγειν ἐθέλοι, τὸν αὐτὸν ἀκούσεται τοῦ πρώτου λόγον· εἰ δ' αὖ πάλιν κεχωρίσθαι, οὐ φεύξεται τὴν ἐξ ἀνάγκης τοῦ χωρίζοντος ὑπόστασιν. εἰ δ' ἄρα τις καὶ τρίτον εἶναι λέξῃ λόγον, ὡς ἁρμόζοντα περὶ τῶν ἀγενήτων λέγεσθαι, τὸ μὴ κεχωρίσθαι κ.τ.λ. *Nec enim quidquam ab alio disjunctum intelligi potest, nisi aliud, quo disjunctio fiat, tertium quid intercedat. Quod non in hoc solùm, sed & in aliis quamplurimis locum habet. Quo enim modo in duobus ingenitis accipimus, omninò sic accipiendum est, si tria dentur ingenita. De his enim quæram; Sint'ne seorsim abs sese posita, an verò inter se cohæreant? Postremum qui responderit, id ipsum, quod prius à nobis audiet. si verò separata sunt; alterum, quod separet, negare non possunt. At si quis aliam ineat viam, quò de ingenitis congruenter ac commodè agat, nec separatum esse, &c.*

Ibid. lin. 33. τῇ ὕλῃ φέρεσθαι ἐστὶ] Philocalia paulò ampliùs: Τῇ ὕλῃ ἀτάκτως φέρεσθαι, καὶ μὴ ἵστασθαι, μήτε μένειν αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ· ἀνάγκη, τοῦ, ἐν ᾧ ἐστιν, ἄλλοτε ἄλλως φερομένου πρὸς δὴ τούτοις κ.τ.λ. *Velut materia inordinatè ferri, neque stare, neque ipsum in se manere; cùm id, in quo est, huc illuc, aliter atque aliter feratur. Præterea, &c.*

Pag. 94. *lin.* 6. Δροσέριος· Οὐαλεντῖνος.] desunt hæc in Philocaliâ: & nomen Adamantii. Etiã in sequentibus nomina interloquentium sunt omissa. quod in præfatione monuimus. Reliqua, quæ in Textu græco uncis inclusa vides, in Philocaliâ non habentur, sed ab Adamantio sunt addita.

Pag. 94. *lin.* 13. λόγῳ ψιλῷ μόνον δοκεῖς φυγεῖν] Epiphanius, *hær.* 68. *p.* 273. Μάνης βουλόμενος κακίας ὑπεξαίρειν τὸν Θεὸν, μᾶλλον αὐτοῦ κακίαν πρὸς ἴσον ἀντικατέστησεν. *Manes volens malum à Deo avertere, potiùs malitiam ei parem fecit & opposuit.* Vide etiam paulò antè *p.* 92. *l.* 2.

Ibid. lin. 19. θέλεις ὑπονοεῖν, καὶ ἀγένητον ὑπάρχειν αὐτήν] Alia substituit Philocalia: ἀγένητον ὑπονοεῖν ὑπάρχειν ἔλεγες, πολὺν αὖ περὶ αὐτῆς ἐποιησάμην λόγον, εἰς ἀπόδειξιν τοῦ, ὅτι ἀδύνατον ὑπάρχειν αὐτήν. *Ingenitum arbitrari te dixisses, pluribus demonstrâssem, non posse illam sic existere.*

Pag. 95. *lin.* 17. ἐπειδὴ ἀναγινωσκομένου πρόσθεν ἤκουον] Philocalia sic legit: Οὕτως ἔχει· ἐπεὶ δὲ σοῦ καὶ λέγοντος ἔμπροσθεν ἤκουσα. *Sic est. Sed quoniam ante ex te audivi.*

Ibid. lin. 27. Οὐάλης δὲ] Ad marginem codex MS. hæc habet: Οὐάλεντος, ἄλλου αἱρετ., δόγμα, ὅτε οὐ συνυπῆρχον τῇ ὕλῃ αἱ ποιότητες. Οὐαλεντῖνος γὰρ, οὐ συνυπάρχειν ταύτας λέγει, ὥσπερ δὴ οὗτος. ἡμεῖς δὲ ἐξ οὐκ ὄντων τὰ πάντα φαμὲν γεγονέναι παρὰ Θεοῦ. *Valentis alterius impii, dogma erat: quod Qualitates non coëxtiterint materiæ. nam, Valentinus negatur, eas non coëxistere: sicut ait iste. Nos verò, ex non entibus dicimus omnia facta esse à Deo.* In Philocaliâ deinde alia sequuntur verba: quæ tamen, quod ad sensum, ferè

coin-

coincidant cum iis, quæ à Valente, Droserio, & Adamantio disputantur.

Pag. 96. *lin.* 20. Ἐυτρόπι☉.] deest Pico. Et Humfredus, quia redundat, omisit.

Pag. 100. *lin.* 2. Ἀδαμάντι☉. Τὰ κακά] Codex MS. ad marginem habet: ὅτι τὰ κακὰ ἐχ ὕλαι, ἐδὲ ἐσία, ἐχ ὑπόστασις, ἀλλὰ τρόπῳ γίνονται αὐτεξεσιότητ☉. *Quòd mala non sint quadam materia, nec Essentia nec Substantia, sed fiant per modum aliquem liberi arbitrii.*

Ibid. lin. 20. ἀλλ' ὥσπερ ὅτι ἀπὸ τῆ χρηματισμῆ] Necessariò hic interserendum esse τὸ, ὅτι, præter Pici versionem, ostendit & sequens lemma, ἐ'τι ῥητορικῆς & adversativè connexa positio, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν συμβεβηκότων αὐτῇ. Dicit: *Mala* opera, i. e peccata, esse *Accidentia*, & ab iis *Substantias* solere denominari; nec tamen esse Substantias ipsas. Sicut *neque Grammatica*, *neque Rhetorica* sint ἐσίαι, sive *Substantia*, licèt ab iis *Substantiæ*, i.e. homines, denominationes accipiant. Sic infrà: ὡς ἀπὸ τῆς τεκτονικῆς τέκτων. Probant hunc sensum, ἀποδείξεις, & quæ sequuntur.

Pag. 101. *lin.* 31. ἐὰν κοινωνῆτε τῇ γυναικὶ παιδοποιίας ἕνεκα] Origenes, *l.* 8. *c. Celsum p.* 414: Ἀλλὰ καὶ, ἀγαγέσθαι γυναῖκα, ἐπέτρεψεν ἡμῖν ὁ Θεός · ὡς ἐ πάντων χωρέντων τὸ διαφέρον, τετέσι, τὸ πάντη καθαρόν. καὶ ἀγαγομένες γυναῖκας, τὰ γεννώμενα πάντως τρέφειν, καὶ μὴ ἀναιρεῖν τὰ ὑπὸ τῆς προνοίας διδόμενα τέκνα. *Sed & uxorem ducere, permisit nobis Deus; quòd non omnes meliora, hoc est, castitatem capiant: & iis, qui uxores ducunt,* constituit, *susceptos ex his liberos omnino educare; nec è vita eos tollere, qui donati sunt à Providentia.* Et pp. Ἡμεῖς ἐν τοῖς τῦ κτίσαντ☉ ἡμᾶς καὶ τὰς τῦ Θεῦ βιώσομεν Νόμοις, ἐδαμῶς δουλεύειν θέλοντες τοῖς τῆς ἁμαρτίας νόμοις. καὶ γυναῖκας, ἐὰν βυλώμεθα, ἀξόμεθα, καὶ παῖδας διδομένες ἡμῖν ἐν τοῖς γάμοις ἡμῶν ληψόμεθα. *Sed nos in Legibus à Conditore nostro datis perseverabimus, nunquam servituri peccati legibus: & uxores, si voluerimus, ducemus, liberosque, Deo dante, suscipiemus in Conjugio.* Vilius tamen de Conjugio sentire videtur Origenes, *homil.* 6. *in Numeros*, *To.* 1. *p.* 194. nisi fortè alterius sint Auctoris illæ homiliæ: quod placet nonnullis. Ver[ba] hæc: *Ego autem, licèt non usque[quaque] pronunciem, puto tamen, quod sin[t] nulla etiam communium hominum [opera,] qua quamvis peccato careant, non digna videantur, quibus interesse p[ossit] Spiritum S. Ut v. g. dixerim, Co[njugia] etiam legitima, carent quidem pecca[to,] tamen tempore illo, quo conjugale[s actus] geruntur, præsentia S. Spiritûs dabit[ur, et]iamsi Propheta esse videatur, qui o[ffi]ciis generationis obsequitur.* Verùm, in h[oc con]flictu, laudat Conjugium Adamantiu[s, quo] magis feriat Marcionitas. Theodore[t.] c. 24. *hær. fab.* Κέρδων μὲν οὖν καὶ Μαρκ[ίων] παρθενίαν ἐνομοθέτησαν, τῷ δημιεργῷ π[ολεμῦν]τες, ἵνα μὴ διὰ τῦ γάμυ τὴν ἐκείνε δημ[ιεργίαν] αὐξήσωσι. *Equidem Cerdo & Marci[on vir]ginitatem lege quadam sanxere, Op[ifici re]pugnantes; ne per Conjugium eju[s opifi]cium augerent.* Idem fecerunt Satu[rninus,] Menandri discipulus: Epiphan. *hær.* 2[3.] & Theodoret. *hær. fab l.* 1. *c.* 3. item E[ncrati]tæ, à Tatiano orti: Theodoret. *hær. f[ab.]* *c.* 20. Epiphan. *hær.* 47. *p.* 174. N[ec non] Manes: Theodoret. *hær fab. l.* 1. *c.* 26. [Idem] sensère Severiani & Archontici: E[piphan.] *hær* 45. *p.* 170. Et Massaliani: Harm[enopu]lus, *de sectis, sect.* 18. Et Hierax: E[piphan.] *hær.* 67. *p.* 303.

Pag. 102. *lin.* 11. Ἐὰν γάρ τις τὸν [...] χεῖα λαφθεῖσαν ἀποκτεῖναι θέλῃ.] De U[xore in] adulterio deprehensâ, sic scribit Regi[no,] *de Eccles. disciplinis c.* 148. è *Pauls[en]tiarum*, *l.* 2. *c.* 27: *Inventam in a[dulterio] Uxorem, maritus ita demùm occid[ere po]test; si adulterium domi comprehend[at.] Adultero* autem Harmenopulus, *in [Promptuario] Juris*, *l.* 6. *tit.* 2. §. 10. *p.* 439: Ἐφεῖται [τῷ πα]τρὶ, ἐ μὴν τῷ ἀνδρὶ παντὶ μοιχὸν φονεῦ[σαι . . .] λῶ ἢ μᾶλλον καὶ ἐνυβρίζειν. Φονεύειν δὲ [. . .] ἐν ᾧ μένει, κἂν μὴ συνοικῇ αὐτῷ ἡ θυγά[τηρ . . .] τῷ οἴκῳ τῷ γαμβρῷ, ἐὰν ἐν αὐτῷ τῷ ἔργ[ῳ κατα]λάβῃ αὐτὸν καὶ [. . .]. ἀλλαχῦ δὲ φονεύ[ει . . .]) τῷ δὲ ἀνδρὶ ἔξεστιν ἐν μόνῳ τῷ ἰδί[ῳ . . .] τὸν μοιχὸν, ἀλλ' ἐ πάντα, ἀλλὰ τὸν [. . .] κ. τ. λ. *Permissum est Patri, non i[tem ma]rito, adulterum omnem occidere, a[c] magis, contumeliâ etiam afficere. [Occidat] autem in domo, in quâ habitat, etsi [non si]mul cum eo filia habitet; item & [. . .]*

generis, idq; si eum in ipso adulterii facinore deprehenderit: alibi autem occidere non potest. Marito autem solùm domi suæ licet uxoris adulterum occidere: verùm, non quemlibet, sed eum, qui leno fuerit, &c. ita sentiunt, ait Harmenopulus, §. 12 οἱ ἀκριβέστεροι νομοθέται, *accuratiores Jureconsulti*, ἕτεροι δὲ ἐνδιδόασι τῷ ἀνδρὶ πανταχοῦ καὶ πάντα ὃν ἂν καταλάβοι μοιχὸν ἀκωλύτως φονεύειν. *alii verò marito, ubique & quemcunque adulterum deprehenderit, occidendi plenam faciunt potestatem.* Vide plura ibidem in hunc sensum scripta.

Pag. 103. *lin.* 34. Διόπερ οὐκ ἐπαινούμεθα ταῦτα] Tertullianus, *l.* 2. *adv. Marcionem, p.* 458. *Cæterùm nec boni nec mali merces jure pensaretur ei, qui aut bonus, aut malus necessitate fuisset inventus, non voluntate.* Prudentius, *in* ἁμαρτιγενείᾳ. *contra hær Marcionis.*

Atqui nec bonus est, nec collaudabilis ille
Qui non sponte bonus: quoniam probitate coacta
Gloria nulla venit sordetq; inglorius virtus.

Ibid lin. 38. ὅτι τὰ προσταχθὲν ἑκόντες ἐφύλαξαν] Tribuit Soli & astris τὸ ἑκούσιον, *Spontaneitatem*, ut vocant: quia Origenes ea animata, imò animalia rationalia esse opinabatur. Vide *infra Notas in Protrepticum ad Martyrium ad p.* 169.

Pag. 104 *lin.* 14. ἀνάγκη δουλεύειν τῷ Θεῷ] Picus hanc sententiam pulcrè vertit: *Si homo creatus esset, ut unum ex elementis aut similibus; necessariò DEO serviret; non etiam mercedem voluntate condignam consequeretur.* Videtur legisse: ἀνάγκη δουλεύει τῷ Θεῷ. quod postulat & connexum, οὐκ ἔτι μισθὸν λαμβάνει, indicandi modo quoque dictum.

Pag. 105. *lin.* 34. Ἐγὼ δείξομαι, ὅτι οὐράνιον σῶμα ἦλθεν] E Valentini scholâ hoc petiit Bardesanes. Epiphanius, *hær* 31. *p.* 79. de Valentinianis: Φασὶ δὲ, ἄνωθεν κατενηνοχέναι τὸ σῶμα, καὶ ὡς διὰ σωλῆνος ὕδωρ, διὰ Μαρίας τῆς παρθένου διεληλυθέναι, μηδὲν δὲ ἀπὸ τῆς παρθενικῆς μήτρας εἰληφέναι, ἀλλὰ ἄνωθεν τὸ σῶμα ἔχειν. *Ajunt, desuper attulisse Christum corpus, & velut aqua per canalem, per Mariam virginem transisse: nihilq; à virginali utero assumsisse, sed desuper corpus habere.* & *p.* 86. deliria eorum secretiora hæc prodit: Φάσκουσιν ἀπὸ μὲν τῆς Ἀχαμὼθ τὸ πνευματικὸν, ἀπὸ δὲ τοῦ δημιουργοῦ ἐνδεδύσθαι τὸ ψυχικὸν Χριστὸν, ἀπὸ δὲ τῆς οἰκονομίας περιτεθεῖσθαι σῶμα ψυχικὴν ἔχον οὐσίαν, κατεσκευασμένον δὲ ἀρρήτῳ τέχνῃ, πρὸς τὸ καὶ ἀόρατον, καὶ ἀψηλάφητον καὶ παθητὸν γεγενῆσθαι. καὶ ὑλικὸν δὲ οὐδ' ὁτιοῦν εἰληφέναι λέγουσιν αὐτόν· μὴ γὰρ εἶναι τὴν ὕλην δεκτικὴν σωτηρίας. *Ajunt ab Achamoth Spiritnale, ab Opifice animale, Christo indutum fuisse: & per dispensationem corpus ei circumpositum, animalem habens essentiam, præparatum ineffabili arte; ut fieret invisibile, impalpabile & patibile: dicuntq; nihil materiale eum assumsisse. Materiam enim non esse capacem salutis.* Greg. Abulpharajus, *Hist. Dynast. VII p.* 77: *Hoc tempore prodiit in Ecclesiâ Hæreticus quidam nomine Valentinus, qui dixit Christum corpus secum de cælo detulisse, illudq; per Mariam transire fecisse, quomodo aqua per tubulum transit, id est, ità ut non acciperet ex eâ quippiam.* Quid discriminis sit in hoc dogmate inter Valentinianos & alios Hæreticos; docet Theodoretus, *Tom.* 2 *epist.* 145. *p.* 1024: Σίμων καὶ Μένανδρος, Κέρδων καὶ Μαρκίων παντελῶς ἀρνοῦνται τὴν ἐνανθρώπησιν, καὶ τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν μυθολογίαν ἀποκαλοῦσι. Βαλεντῖνος δὲ καὶ Βασιλείδης, καὶ Βαρδησάνης, καὶ Ἁρμόνιος, καὶ οἱ τῆς τούτων συμμορίας, δέχονται μὲν τῆς παρθένου τὴν κύησιν, καὶ τὸν τόκον· ἐνανθρωπῆσαι δέ τὸν Θεὸν Λόγον ἐκ τῆς παρθένου οὐδὲν εἰληφέναι φασὶν, ἀλλὰ παροδόν τινα δι' αὐτῆς, ὥσπερ διὰ σωλῆνος, ποιήσασθαι· ἐπιφανῆναι δὲ τοῖς ἀνθρώποις φαντασίᾳ χρησάμενον, καὶ δόξας εἶναι ἄνθρωπος, ὃν τρόπον ὤφθη τῷ Ἀβραὰμ, καί τισιν ἄλλοις τῶν παλαιῶν. *Simon & Menander, Cerdon & Marcion penitus negant incarnationem; nativitatemq; ex virgine, fabulam vocant Valentinus autem & Basilides, & Bardesanes, & Harmonius, & qui ejusdem sunt notæ, Virginis quidem conceptionem & partum admittunt; sed, nihil ex Virgine assumsisse Deum Verbum, dicunt: per eam tantùm, quasi per canalem quendam, trajecisse; hominibusq; apparuisse. cùm speciem solam referret, atque homo esse videretur: quemadmodùm visus est Abrahamo, & aliis quibusdam antiquis* His adde Theodoretum *in* ἀσυγχύτῳ, & *l.* 5 *hær. fab. c.* 11. *p.* 278. & *ep.* 104. *p.* 975. Scopus omnium est, ut pluralitatem principiorum obtineant: scilicet

 si Chri-

si Christus nihil è *materiâ, radice malâ*, i.e. nec sanguinem vel carnem, nec ossa corpusque verum, habuerit. Tertullian. *l. 3. contr. Marcionem, pag. 485: Totas istas præstigias putativæ in Christo corpulentiæ, Marcion illâ intentione suscepit, ne ex testimonio substantiæ humanæ, nativitas quoque ejus defenderetur, atque ità Christus Creatoris vindicaretur: ut qui nascibilis, ac per hoc carneus, annunciaretur.* Quanquam Origenes, *in comm. ad Titum, apud Pamphilum p. 759.* alium etiam dolum detegat: scil. *Quòd sub specie amplioris gloriæ, Jesu Domino deferenda, omnia, quæ ab eo gesta sunt, phantasticè magis quàm verè gesta testentur; quem neque de Virgine natum testantur, &c.* Item Gregorius M. *l. 12. expos. moral. in Job. c. 15: Sæpè verò hæretici, dum quasi venerantur Deum, ejus mysteriis contradicunt: & humilitatem putant, si veritatem denegant. Sunt namque nonnulli, qui Deo se injuriam irrogare existimant, si eum veram carnem assumsisse fateantur; aut si, hunc veraciter pro nobis carne mori potuisse, crediderint. Cumque Deo quasi plus honoris conantur tribuere, coguntur laudes veræ bonitatis illius negare.*

Pag. 106. *lin.* 9. ὁ φέρει τὸ ὤχρον, τὸ λίγδν] Tertullianus, *l. 3. adv. Marc. p. 485: Si aspernatus est illam, ut terrenam, &, ut dicitis, stercoribus infersam; cur non & simulacrum ejus proinde despexit?* pp *Cæterùm, si ad certum spectamus, nulla substantia digna est, quam Deus induat: quodcunque induerit ipse, dignum facit, absque mendacio tamen* Prudentius. *in apotheosi contra Phantasmaticos:*

Indignum'ne putat luteum consciscere corpus?
Qui non indignum quondam sibi credidit, ipsum
Pertractare lutum; cùm vas componeret arvo
Nondum visceréo, sed inertis glutine limi
Impressoque putres sub pollice duceret artus.

Pag. 109 *lin.* 25. Δοκήσει πεπονθέν αὐτὸν] Vid. Irenæum, *l. 3. cont. hæres. c. 18. & l. 5. c. 2.* Error hic valdè antiquus est, jam ejus mentionem facit Ignatius, *in epist. ad Tarsenses & Smyrnenses; & in epist. ad Trallianos.* Theodoret. *hær. fab. l. 1. c. 4. p. 195.* de Basilide: παθεῖν δὲ τοῦτον οὐδαμῶς λέγει, ἀλλὰ Σίμωνα τὸν κυρηναῖον ὑπομεῖναι τὸ πάθος, νομισθέντα εἶναι Χριστόν. *Christum neutiquam passum esse dicit, sed Simonem Cyrenæum passionem subiisse, qui habitus fuit pro Christo.*

Ibid. lin. 33. Δοκησει καὶ Ἰουδαι παρεδώκε] Vid. Epiphanium, *hær. Marc. Elencho 4. ex Evangelio Marc. p. 143.*

Pag. 110. *lin.* 7. ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια.] Vid. Prudentium, *contra Manichæos seu Phantasmaticos, p. 187.*

Pag. 111. *lin.* 24. βάλε τὸν δάκτυλόν σου] Sententiam ἀπὸ μνήμης recitavit Adamantius: præclarè. sed aliter nostri Codices sacri, nimirum: φέρε τὸν δάκτυλόν σου ὧδε, καὶ ἴδε τὰς χεῖράς μου· καὶ φέρε τὴν χεῖρά σου, καὶ βάλε εἰς τὴν πλευράν μου, κ.λ. Deinde his verbis Johannis Evangelistæ annectit ista Lucæ: *Spiritus enim carnem & ossa non habet*, &c. Ità sæpè diversa dicta concinnat Origenes.

Ibid. lin. 27. πνεῦμα γὰρ σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει] Calliditatis Marcioniticæ insigne specimen in hoc dicto pervertendo, refert Tertullianus, *l. 4. adv. Marc c 43 p. 375: Marcion quadam contraria sibi, illâ credo industriâ eradere de Evangelio suo noluit; ut ex his, quæ eradere potuit, nec erasit, illa, quæ erasit, aut negetur erasisse, aut meritò erasisse dicatur. Nec parcit, nisi eis, quæ non minus aliter interpretanda, quàm delendo, subvertit. Vult itaque sic dictum, quasi:* Spiritus ossa non habet, sicut me videtis habentem: *ad spiritum referatur*, sicut me videtis habentem; *id est, non habentem ossa, sicut & spiritus.* Sed meritò ridet hanc vesaniam Epiphanius, *Elencho 78. ex Evang. Marcionis, pag. 154.* locumque Orthodoxis asserit. Quem Vide, nec non Theodoret. *hær. fab. l. 5. c 15.*

Pag. 112. *lin.* 4. οὕτως καὶ ὑμεῖς] Locus paulò aliter habet in editis exemplaribus, scil. ad Ephes. c. II, 11. 12. 13. 14. 15. 16. Adamantius contraxit ista, & quæ sibi conducere visa sunt, expressit: nec tamen literam tenuit. Primùm, illud οὕτως (quamvis dispungatur in Codice nostro à præcedenti Participio δεικνὺς) meliori sensu conjungitur antecedentibus; nec enim ejus vestigium in Pauli consensu apparet. Lege itaque: *Paulus ostendens distinctionem, sic:* i.e. verbis: Καὶ ὑμεῖς ποτε ἦτε, φησίν. - *Et vos olim eratis*, inquit,

quit Pro quibus Paulus, ℣. 11: ὅτι ὑμεῖς ποτὲ τὰ ἔθνη. posteà, ℣. 12: ὅτι ἦτε ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ. Porrò Adamant ἐχθροὶ τῷ Θεῷ: *hostes Dei* non id habetur totâ hac, imò διὰ ὅλου nullâ prorsùs Pauli epistolâ: sed, ἐχθροὶ ὄντες κατηλλάγημεν τῷ Θεῷ, legas *Rom. V*, 10. (quò fortè allusit isthic, etsi Verbum αὐθυποτάσσειν, quo hic uritur Adamantius, nusquam omninò toto Novo Testamento compareat.) Saltem τὴν ἔχθραν commemorat, ℣. 15. sed Judæorum & Gentium, ex diversâ Religione. Mox: καὶ ξένοι τῆς ἐπαγγελίας τῶν Διαθηκῶν. Pro quibus Paulus, *l. d.* ℣. 12: καὶ ξένοι τῶν Διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, secundùm nostros libros habet. Pergit Adamantius: Νυνὶ δὲ αὐθυποτάσσειν. Jam dixi de Verbo: at, Νυνὶ δὲ habes ℣. 13. *init.* Tandem: ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. non reperies in hac epistola, sed ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ. ℣. 13. *fin.* Quæ dum inquiro alibi, & lego ad *Coloss. I*, 21. 22. animadverto, hujus verba spectâsse Adamantium, non illa. Sic enim habent: Καὶ ὑμᾶς ποτὲ ὄντας ἀπηλλοτριωμένους καὶ ἐχθροὺς ... νυνὶ δὲ ἀποκατήλλαξεν, ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. propemodùm totidem literis ac syllabis.

Ibid. lin. 14. Δύναμιν] Lege, δόκιμον, cum Humfredo: aut cum Pico, δοκίμιον. vertit enim, *probo*.

Ibid. lin. 18. ἀπὸ κυνηγέτου] Ità Codex MS. Picus, & Humfredus, legunt χοϊκοῦ. Quibus cum facio Nomen enim istud compendiô sic exaratur. Quamvis lineolâ non sit notatum in Codice nostro.

Ibid. lin. 25. ὡς ἐν οἱ ἄγγελοι τῷ Ἀβραὰμ ὤφθησαν] Tertull. *adv. Marc. l.* 3. *c.* 9: *Scito, nec illud concedi tibi, ut putativa fuerit in Angelis caro; sed veræ & solidæ substantiæ humanæ.* pp. *Humana* (caro illa) *verè, propter Dei veritatem, a mendacio & falaciâ extranei; & quia non possent humanitùs tractari ab hominibus, nisi in substantiâ humanâ.* Plura vide apud Eundem, *l. d.* & Theodoretum, *l.* 5. *hær. fab c.* 12. Cæterùm, Quomodo sub formâ corporeâ apparuerint Angeli? Vid. Athanasium, *quæst.* 29. *ad Antiochum*, Theodoret. *in c.* 1. *Ezechiel.* & *in c.* 1. *Zachariæ.* Damascenum, *Orthodox. fidei lib.* 2. *c.* 3.

Ibid. lin. 34. ὅτι πρῶτος αὐτὸς ἦν ἀληθινὸς.] Picus: *Perspicuum est primùm ipsum fuisse veracem.* Apparet, eum legisse: ὅτι πρῶτος, adverbialiter. Sed ἐμφατικὸν hic est Nomen πιστὸς. quasi dicat: *Princeps Veritatis.* ὁ Ἀμὴν, ὁ Μάρτυς ὁ πιστὸς καὶ ἀληθινός. *Apoc. III.* ℣. 14. &c.

Pag. 113. *lin.* 9. λέγοντος αὐτὸν ἦν ἄνθρωπον] Hæc verba tanquam efficacissima opponunt Marcionitis, Tertullian. *l.* 3. *adv. Marc. c.* 11. & *l.* 4. *c.* 10. Origenes, *homil.* 1. *in Ezech.* Epiphan. *Elen.* 2. & 3. *ex Evang. Marc. p.* 143. Theodoretus, *l.* 5. *hær. fab. c.* 14. Prudentius, *in Apotheosi contra Phantasmaticos.*

Ibid. lin. 15. πεφηνέναι τὸν Κύριον] Picus legit, πεφυκέναι τὸν Κ. *Dominum natum.* Sed benè habet nostri Codicis lectio, & proba videtur. Hæc enim, arbitror, ad præcedentia respiciunt, *lin.* 9. 10: ἐν γὰρ σχήματι ἀνθρώπων ἐφάνη κ.λ. Jam, ὁ δὲ ἐν ψ. μ. φασὶ πεφηνέναι τὸν Κύριον.

Ibid. lin. 27. γνωσθῆναι βουλόμενος τὴν καθ' αὐτὸν ἀλήθειαν.] Picus: *Si, quia vellet cognosci suam veritatem, venit in mundum.* Legit: τὴν καθ' αὐτὸν ἀλήθειαν. Sed nondum σφάλμα Codicis nostri agnosco. nec enim significant ea verba, *suam veritatem*, sed potiùs *contra seipsum veritatem*: quod rei præsenti non quadrat. Sic itaque censeo: Quia Christus ideò venit in Mundum, ut homines veritatem doceret; consentaneum est, ipsum utique Veritatem, quam *de seipsis* aut *ex seipsis* cognoscere poterant, simplicissimè ac sincerissimè docuisse. Talis autem erat Veritas, quâ illi nôrant, Quid sit *homo*, Quid *hominis filius*? Cùm igitur se dixerit, modò *Hominem*, modò *Filium hominis*; καθ' ἑαυτοὺς intelligebant, Quis & Qualis reverà esset; non quid κατὰ φαντασίαν ipsis appareret falsâ specie. Non enim sub certam notitiam vel cognitionem venit, quod fallit suâ specie.

Pag. 114. *lin.* 32. Ἦλθε δὲ ἄλλος] Humfredus legit, δι' ἄλλου, *per alium*. Picus legisse videtur, ἦλθε δὲ ἄλλως, vel εἴδει ἄλλῳ sic enim vertit & distinguit: *Si igitur Christus per umbram, & prophetiam, sicut Angeli, venit alienâ specie*: nunc &c. Subveniant his meliores Codices: noster sic intersecat contextum, prout expressum vides: scilicet, post ἦλθε, signat comma: & post δὲ ἄλλος, iterùm. Unde quid velit, sagacioribus divinandum relinquo. interim sensum Pici, rei præsenti convenientissimum, existimo.

Pag. 115. *lin.* 24. Καὶ οὗτος] Humfredus & Picus legunt, καὶ οὕτως. At ille, prout Codex noster præferebat, ab antecedentibus & consequentibus separavit, inter duo cola, ità: *Et sic:* tanquam sequentis argumentationis index præmitteretur. Parùm aptè. Non enim ex antecedentibus istarum vocularum, connecti posset argumentum de sequentibus: sed, plenum per se præstant syllogismum verba sequentia: οἱ δ' ὥσπερ οἱ ἄγγελοι-κλ. Manifestum est è primis particulis, οἱ, δὲ, diversam à priori propositionem formari: *Et sic* non posse deduci è priori. Meliùs Picus prioribus ascripsit, sic: *Itaque probè ac pulchrè cum apostolicâ Scriptura consentiet Angelorum imago etiam hoc pacto.* vel, etiam hactenùs. καὶ οὕτως. Veruntamen puto, καὶ οὗτος, *Et iste:* duplici respectu ac ratione locum habere: 1. *Angelorum imago*, & *iste*, scilicet, Christus: illa, tanquam *Typus*: iste, ut *Veritas*: 2. *Et iste*, nempe Adamantius. Simili phrasi (non quidem ab Eutropio, sed à Marino) demonstrabatur idem, *sup.* §. 3. *p.* 71. Utrinque sententia vera: sed posterior, literæ propior videtur.

Pag. 16. *lin.* 5. Τίς μου ἥψατο] Vid. Tertullian *l.* 4. *adv. Marc. c.* 20. Epiphanium, *elencho* 14. *cont. eosd. p.* 145.

Ibid. lin 5-18. ποίας σαρκὸς, ἢ τίνος σώματος, ἢ ποίου αἵματος εἰκόνας διδοὺς, ἄρτον τε καὶ ποτήριον, ἐνετέλλετο τοῖς μαθηταῖς, διὰ τούτων τὴν ἀνάμνησιν ποιεῖσθαι;] Picus transfert: *Cujus carnis, cujusve sanguinis, aut corporis* sacramenta *præbens panem & calicem præcepit discipulis per hæc commemorationem sui fieri!* Εἰκόνας vertit *Sacramenta.* quo animo, ipse noverit! Certè hic locus clarior est, quàm ut *Transsubstantiationis* aut *Consubstantiationis* dogmata admittat; quæ Adamantius adeò ignoravit, ut dubitem, fueritne alius Sanctorum Patrum, qui clariùs & fortiùs utrumq; refellat. præsertim *Tomo XI. in Matth cap. XV*, 11. *p.* 153. ubi τυπικὸν καὶ συμβολικὸν σῶμα, *corpus figuratum & symbolicum* nominat panem consecratum. unde Sixtus Senensis, ab hæreticis; Perronius Cardinalis & Genebrardus, ab Erasmo locum depravatum fuisse, crediderunt. Perperàm, ipso id agnoscente Doctiss. Huetio. Verba græca ascribam: Εἴποι δ' ἄν τις κατὰ τὸν τόπον γενόμενος, ὅτι ὥσπερ οὐ τὸ εἰσπορευόμενον εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, κἂν νομίζηται εἶναι ὑπὸ Ἰουδαίων κοινόν. οὕτως οὐ τὸ εἰσπορευόμενον εἰς τὸ στόμα ἁγιάζει τὸν ἄνθρωπον, κἂν ὑπὸ τῶν ἀκεραιοτέρων νομίζηται ἁγιάζειν ὁ ὀνομαζόμενος ἄρτος τοῦ Κυρίου· καὶ ἔστιν, οἶμαι, ὁ λόγος οὐκ εὐκαταφρόνητος καὶ διὰ τοῦτο δεόμενος σαφοῦς διηγήσεως, οὕτως ἐμοὶ δοκούσης ἔχειν· ὥσπερ οὐ τὸ βρῶμα, ἀλλ' ἡ συνείδησις τοῦ μετὰ διακρίσεως ἐσθίοντος, κοινοῖ τὸν φαγόντα· ὁ γὰρ διακρινόμενος, ἐὰν φάγῃ, κατακέκριται, ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως· καὶ ὥσπερ οὐδὲν καθαρὸν, καὶ παρ' αὐτό ἐστι τῷ μεμιασμένῳ καὶ ἀπίστῳ, ἀλλὰ παρὰ τὸν μιασμὸν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀπιστίαν· οὕτως τὸ ἁγιαζόμενον διὰ λόγου Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως, οὐ τῷ ἰδίῳ λόγῳ ἁγιάζει τὸν χρώμενον. εἰ γὰρ τοῦτο, ἡγίαζε γὰρ ἂν καὶ τὸν ἐσθίοντα ἀναξίως τοῦ Κυρίου, καὶ οὐδεὶς ἂν διὰ τὸ βρῶμα τοῦτο ἀσθενὴς, ἢ ἄρρωστος ἐγίνετο, ἢ ἐκοιμᾶτο· τοιοῦτον γάρ τι ὁ Παῦλος παρέστησεν, ἐν τῷ· διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄρρωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί· καὶ ἐπὶ τοῦ ἄρτου τοίνυν τοῦ Κυρίου ἡ ὠφέλεια τῷ χρωμένῳ ἐστὶν, ἐπὰν ἀμιάντῳ τῷ νῷ, καὶ καθαρᾷ τῇ συνειδήσει μεταλαμβάνῃ τοῦ ἄρτου· οὕτω δὲ οὔτε ἐκ τοῦ μὴ φαγεῖν, παρ' αὐτὸ τὸ μὴ φαγεῖν ἀπὸ τοῦ ἁγιασθέντος λόγῳ Θεοῦ καὶ ἐντεύξει ἄρτου, ὑστερούμεθα ἀγαθοῦ τινος, οὔτε ἐκ τοῦ φαγεῖν περισσευόμεθα ἀγαθῷ τινι· τὸ γὰρ αἴτιον τῆς ὑστερήσεως, ἡ κακία ἐστὶ καὶ τὰ ἁμαρτήματα, καὶ τὸ αἴτιον τῆς περισσεύσεως, ἡ δικαιοσύνη ἐστὶ καὶ τὰ κατορθώματα· ὡς τοιοῦτο εἶναι τὸ παρὰ τῷ Παύλῳ λεγόμενον, ἐν τῷ· οὔτε ἐὰν φάγωμεν περισσεύομεν, οὔτε ἐὰν μὴ φάγωμεν ὑστερούμεθα· εἰ δὲ πᾶν τὸ εἰσπορευόμενον εἰς τὸ στόμα, εἰς κοιλίαν χωρεῖ, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται, καὶ τὸ ἁγιαζόμενον βρῶμα διὰ λόγου Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως, κατ' αὐτὸ μὲν τὸ ὑλικὸν εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται, κατὰ δὲ τὴν ἐπιγενομένην αὐτῷ εὐχὴν, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, ὠφέλιμον γίνεται, καὶ τῆς τοῦ νοῦ αἴτιον διαβλέψεως, ὁρῶντος ἐπὶ τὸ ὠφελοῦν· καὶ οὐχ ἡ ὕλη τοῦ ἄρτου, ἀλλ' ὁ ἐπ' αὐτῷ εἰρημένος λόγος, ἐστὶν ὁ ὠφελῶν τὸν μὴ ἀναξίως τοῦ Κυρίου ἐσθίοντα αὐτόν. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ τυπικοῦ καὶ συμβολικοῦ σώματος. Quæ Erasmus bonâ fide sic interpretatur: *Dixerit autem quispiam in hunc incidens locum: quòd, sicut quod ingreditur in os, non polluit hominem, etiamsi putetur à Judæis pollutum: ita quod ingreditur in os, non sanctificat hominem, etiamsi à simplicioribus credatur sanctificare; nimirum is, qui vocatur Panis Domini. Et est, ni fallor, oratio non contemnenda, eoq; desiderans dilucidam expositionem: quæ mihi quidem talis esse videtur.*

tur. Quemadmodum non cibus, sed conscientia cum hæsitatione vescentis, polluit edentem; eò quod qui hæsitat, si vescatur, condemnatus est, quia non ex fide agit. Et quemadmodum nihil est impurum per se polluto & incredulo, sed propter ipsius immunditiem & incredulitatem: ita quod sanctificatur per Verbum Dei, & per obsecrationem, non suâpte naturâ sanctificat utentem. Nam id, si esset, sanctificaret etiam illum, qui comedit indigne Domino: neque quisquam ob hunc esum, infirmus aut ægrotus fuisset, aut obdormisset. Nam tale quiddam Paulus demonstrat, cùm ait: Propter hoc inter Vos infirmi, & malè habentes, & dormiunt multi. *Proinde etiam in Pane Domini tum utilitas est vescenti, cùm impollutâ mente purâq; conscientiâ, particeps est Panis illius. Sic quod ad esum per se attinet, nec ex hoc, quia non edimus de Pane, per Verbum Dei & obsecrationem sanctificato, fraudamur aliquo bono: nec ex eo, quia edimus, abundamus aliquo bono; quandoquidem causa defectûs est, malitia nostraq; peccata: & abundantiæ causa est, justitia & recte facta: ut tale sit, quod dicitur apud Paulum, his verbis:* Neque, si comederimus, abundabimus, neque si non comederimus, minus habebimus. *Quòd si* quicquid ingreditur in os, in ventrem abit, & in secessum ejicitur. (Matth. XV, 17.) *& ille cibus, qui sanctificatur per Verbum Dei, perq; obsecrationem, juxta id, quod habet materiale, in ventrem abit, & in secessum ejicitur: cæterum, juxta precationem, quæ illi accessit, proportione fidei fit utilis; efficiens, ut perspicax fiat animus, spectans ad id, quod utile est: nec materia Panis, sed super illum dictus sermo est, qui prodest non indignè Domino comedenti illum. Et hæc quidem de typico symbolicoq; corpore.*] Tollitur his verbis, *opus operatum*, ac vis propria & insita Sacramento Eucharistiæ: quia dicitur apertè, *Id non sanctificare, quod ingreditur in os.* Tollitur Verborum Consecrationis (ut vocant) vis operativa, quâ Substantiam mutari volunt: quia hic asseritur eis, *sanctificari Panem*, i. e. fieri panem sanctum & sacramentalem. Tollitur ipsa *Transsubstantiatio*; quia docet, τὸ ὑλικὸν, i. e. *materiale*, seu τὴν ὕλην, ut paulò pòst repetit, *materiam*, panis, *dejici in stomachum, & per secessum ejici.* Rursùm, Τὸ ἁγιαζόμενον βρῶμα διὰ λόγου Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως, κατὰ τὴν ἐπιγινομένην αὐτῷ εὐχὴν, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, ὠφέλιμον γίνεται. h. e. *Cibum illum, per Verbum Dei & obsecrationem sanctificatum, secundùm hanc super eo factam precationem, pro ratione sive proportione fidei, utilem fieri.* atque adeo vim & efficaciam illius sacri cibi vel Panis esse; quod sit *Causa illius perspicaciæ mentis, spectantis ad id, quod* vescenti *utile.* Denique omnia complectitur in verbis, quibus *Panem* illum *sanctificatum* vocat *Corpus typicum & symbolicum.* Quomodo *Typicum*? nisi, quia Panis ille in materiâ manet Panis; at per consecrationem fit *typus Corporis Christi*, gratiâ & virtute, non corporaliter & localiter præsentis? ¶ Itaq; miror, cur Vir doctissimus persuadere nobis cupiat; Origenem, per τὸ ὑλικὸν, *accidentia materiæ panis* intellexisse: *quæ velit, in stomachum dimissa, ab eoq; corrupta, in novam converti substantiam.* Sed unde nobis probabit, Græcis ὕλην & ὑλικὸν esse *mera accidentia*, à materiâ seu substantiâ corporali abstracta? Nihil novit Origenes de novâ in stomacho *transsubstantiatione*; simpliciter asserit, *Panem sanctificatum* secundùm materiale seu essentiam suam corporeā comedi, concoqui, per secessum dejici. Placet in his candor Cl. Baluzii: qui, cùm Agobardum, *lib. de Imag. c. 11 p. 237.* præeunte Augustino, statuere vidit: *Non licere cuiquam dedicare Templum in honorem alicujus Sancti, sed tantùm solius Dei:* absque fuco fassus est: *Sed, opinor, mutaturum fuisse sententiam, si hoc nostrò seculò vixisset; quò receptum est, Ecclesias dedicari in honore Sanctorum pag. 89. Not in Agob.* Perinde Adamantius mutaturus fuisset sententiam, si nostrò seculò Romæ vixisset; ni errori veritatem præferre maluisset.

Videant, qui statuunt: In S. Eucharistiâ Panem mutari in Corpus Christi; vel Christi Corpus in Pane esse corporaliter: ne Corpus Marcioniticum Salvatori affingant, ἄσαρκον καὶ ἄναιμον, *sine carne & sanguine.* Dicant illi nobis rationem; cur Origenes & Tertullianus, εἰκόνας, *Figuras, Imagines* Corporis Christi opponant Marcionitis? ineptè hoc omninò facturi, si credidissent, vel Panem illum esse ipsum Corpus, vel Corpus

Christi corporaliter in pane esse atque involvi? Quid *Figuras* opposuissent Phantasmaticis; qui apparenter & opinione Christo corpus tribuebant? utique fortiùs eos constricturi, si omissis εἰκόνων & *figurarum* nominibus, ipsam præsentiam realem adversariis inculcassent. Atque hac ipsâ occasione geminus nodus solvi potest doctissimi Albaspinæi, quem *in Notis ad Tertull. l. 5. carm. cont Marc. Operibus Optati Milev. in fine adjectis, p.333.* nobis stringit; *ut, Vel Corpus Christi contra Marcionem, Vel ejus divinitatem adversus Judaeos, hoc Cœna mysterio demonstrari eligamus.* Utrumque dixerim ego, nec diffitetur ipse: *Necesse est*, inquit ibidem, *ex Tertulliani sententiâ, per mysterium Eucharistiæ, nos in cognitionem Divinitatis aut Humanitatis Christi, aut* UTRIUSQUE *pervenire posse.* Sed, ait idem: *Si malint, Christum hoc Sacramento Veri sui Corporis fidem firmâsse: Quomodo cum suo Signo id consequentur adversarii? aut,* Qui *potuit Christus sese verè ostendere, effatum modò & vacuum conficiendo Signum?* Respondeat, si placet, Origenes & Tertullianus: qui ante nos εἰκόνας, *typos & figuras*, Marcionitis opposuére; non semel, sed sæpius. En! verba Tertull. *l. 1. adv. Marcionem, c. 14. p. 440: Ille quidem usq; nunc, nec aquam reprobavit Creatoris, quâ suos abluit.* pp. *nec* Panem, *quò ipsum Corpus suum* repræsentat, *etiam in Sacramentis propriis egens mendicitatibus Creatoris.* Pamelius equidem nobis persuadere cuperet: *repræsentat*, hîc idem esse, quod *Præsens ostendit*; sed fallitur Vir bonus: *repræsentat*, idem est quod, *figurat.* utì mox audiemus. *Id. l. 3. c. 19: Hoc lignum & Hieremias tibi insinuat, dicturis prædicans Judæis*: Venite, mittamus lignum in panem ejus; *utique in corpus. Sic enim Deus in Evangelio quoque vestro revelavit, Panem Corpus suum appellans, ut & hinc jam eum intelligas, Corporis sui figuram pani dedisse; cujus retrò Corpus in panem Prophetes figuravit, ipso Domino hoc Sacramentum postea interpretaturo.* Id. *l. 4. c. 40. Professus itaque, se concupiscentiâ concupisse edere Pascha, ut suum, (indignum enim, ut quid alienum concupisceret Deus) acceptum panem & distributum discipulis, Corpus illum suum fecit,* Hoc est Corpus meum, *dicendo, i. e. figura corporis mei. Figura autem non fuisset, nisi veritatis esset Corpus. Cæterùm, vacua res, quod est phantasma, Figuram capere non posset. Aut si propterea Panem Corpus sibi finxit, quia Corporis carebat veritate; ergo Panem debuit tradere pro nobis. Faciebat ad vanitatem Marcionis, ut panis crucifigeretur. Cur autem Panem Corpus suum appellat, & non magis peponem, quem Marcion cordis loco habuit? non intelligens, veterem fuisse istam figuram Corporis Christi, dicentis per Hieremiam:* Adversùs me cogitaverunt cogitatum, dicentes: Venite, conjiciamus lignum in panem ejus; *scilicet, crucem in Corpus ejus.* pp. *Sic & in Calicis mentione Testamentum constituens, sanguine suo obsignatum, substantiam corporis confirmavit. Nullius enim corporis sanguis potest esse, nisi carnis. Nam & si qua Corporis qualitas non-carnea opponetur nobis, certè sanguinem, nisi carnea non habebit. Ita consistit probatio Corporis, de testimonio Carnis; probatio Carnis, de testimonio Sanguinis.* Tandem fin. Cap. d. *Ita & nunc sanguinem suum in Vino consecravit, qui tunc Vinum in Sanguine* FIGURAVIT. *Id l. 5. adv. Marc. c. 7. Sic &* Pascha nostrum immolatus est Christus: (*1. Cor. V, 7.*) *Quare Pascha Christus, si non Pascha* FIGURA *Christi, per similitudinem sanguinis salutaris, & pecoris Christi?* & *cap. 8. Proinde Panis & Calicis Sacramento jam in Evangelio probavimus Corporis & Sanguinis Dominici veritatem, adversùs Phantasma Marcionis.* Atqui nihil audivimus præter *repræsentat, figuram pani dedit, figuravit, figura Corporis mei*, & his similia. Qui ergò probavit veritatem Corporis Dominici? Forsan libentiùs ista discent Adversarii à Papâ *Gelasio*, quàm vel Tertulliano, vel Origene, (ne addam, nobis.) Sic igitur ille *cont. Eutych. De duabus Naturis in Christo, §. 21: Sicut una eademq; Persona est Domini nostri Jesu Christi, sic integer, sic unus, sic verus est Christus: & magis Unus non est, si integer non est: quia sublatâ parte ex his, quibus integer adprobatur, dimidius videbitur esse, non integer: & sic Unus non est, sicut integer non est: & sicut integer non est, sic Verus non est: si verus non est, falsus*

falsus apud eos Christus esse convincitur. pp. *Certè Sacramenta, quæ sumimus Corporis & Sanguinis Christi, divina res est, propter quod per eadem divinæ efficimur consortes Naturæ: & tamen* esse non desinit Substantia vel Natura Panis & Vini *Et certè* IMAGO *& Similitudo* Corporis & Sanguinis Christi *in actione mysteriorum celebrantur. Satis ergo nobis* (NB.) *evidenter ostenditur: hoc nobis in ipso Christo Domino sentiendum, quod in ejus* IMAGINE *profitemur, celebramus, & sumimus: ut, sicut in hanc, scilicet divinam transeunt (S. Spiritu perficiente) Substantiam; permanent tamen in suæ proprietate naturæ: sic illud ipsum Mysterium principale, cujus nobis efficientiam virtutemq́ue veraciter* REPRÆSENTANT, *(Naturis,) ex quibus constat propriè permanentibus; Unum Christum, quia integrum verumq́ue, permanere demonstrant.*] Quid clariùs contra figmentum Transsubstantiationis; quid efficacius, pro demonstrandâ Veritate Corporis & Sanguinis Christi, contra Marcionis & Eutychis asseclas, ex ipsis IMAGINIBUS & *Similitudinibus* Sacramentorum proferri à nostris potuisset? Si *Typus*, si *Figura*, si *Imago* & *Similitudo* Corporis & Sanguinis Christi, nempe, Panis & Vinum, sunt Substantiæ & Naturæ veræ: permanentes in suæ proprietate Naturæ: quantò magis Christi Humanitas est Substantia vera, permanens in suæ proprietate Naturæ? Cùm *Typus* & *Figura* quælibet, cui respondet *Veritas*, minus habeat in se, quàm Res ipsa præfigurata. Sicut in *Imaginibus* & *Simulachris* quibuslibet omnium oculis patet.

Lutherus & Auctores *Compilationis Cingliana*, magnum quid se reperisse autumabant, si dicerent: *Figuram apud Tertullian. nequaquam Signum significare, sed Speciem Corporis Christi.* Verùm solide illi refutantur à Viro Celeberrimo, & inter Paternos Amicos minimè postremo, Johanne Vorstio, *l. 2. Dissert. sacr. c. 4.* ubi probat, ineptam esse sententiam: *Panem esse externam formam & speciem Corporis Christi:* cùm Panis non sit *forma*, sed *formatum*, quod habet formam. deinde, non sit *species Corporis Christi*: quia *species externa* ejus est, cui inhæret, scilicet materiæ panis.

Cardinalis Bellarminus, *l. 2. de Euch. c. 7.* Verba Tertulliani sic explicat, *Hoc, id est, Panis, qui olim fuit Figura Corporis mei, nunc est Corpus meum.* Verùm respondet Cl. Vorstius: Tertullianum repetere verba institutionis, & Christum quicquid loquitur, non de pane Vet. Test., sed præsente, loqui. Plura vide apud Eund. *l. d.* Nec prætereundum est, eâdem voce Tertull. tam Veteris quàm Novi Testamenti Sacramenta, *Figuras Corporis & Sanguinis Christi* appellâsse: ac eadem eodem modo Marcionitis opposuisse. Consistit autem vis argumenti eorum in hoc: Quòd *Signum* sit signati signum, *Figura* figurati figura, *Imago* vel *Similitudo* (id enim εἰκὼν propriè significat) illius rei similitudo, cui assimilatur. Atqui, ajebant, *Vacua res, quod est Phantasma, figuram capere non potest.* Unde duplex argumentum contra Marcionitas: Alterum: Si *Figura* est figurati figura; tunc Pani, qui est figura vera, debet respondere Corpus Christi verum: Prius cùm sit verum: Ergo & posterius erit. Verba Tertulliani sunt: *Figura non fuisset*, scil. Panis, *nisi veritatis esset Corpus*, scil. Christi, *quod figuratur.* Alterum: Si Corpus Christi est phantasma, carens sanguine & carne: frustrà Christus Imagines & figuram dedit Corporis & Sanguinis sui, Panem & Vinum. Atqui, Posterius est absurdum: Ergo & Prius: Ratio consequentiæ: Quia *vacua res seu phantasma figuram capere non potest.* Hoc est argumentum Origenis & Tertulliani: quibuscum facit Theodoretus, *Dial. 2. Tom. 4. p. 85.* Οὐδὲ γὰρ μετὰ τὸν ἁγιασμὸν τὰ μυστικὰ σύμβολα τῆς οἰκείας ἐξίσταται φύσεως. μένει γὰρ ἐπὶ τῆς προτέρας οὐσίας, καὶ τοῦ σχήματος καὶ τοῦ εἴδους· καὶ ὁρατά ἐστι καὶ ἁπτά, οἷα καὶ πρότερον ἦν· νοεῖται δὲ ἅπερ ἐγένετο, καὶ πιστεύεται καὶ προσκυνεῖται, ὡς ἐκεῖνα ὄντα, ἅπερ πιστεύεται. παράθες τοίνυν τῷ ἀρχετύπῳ τὴν ΕἸΚΟΝΑ, καὶ ὄψει τὴν ὁμοιότητα· χρὴ γὰρ ἐοικέναι τῇ ἀληθείᾳ τὸν τύπον· καὶ γὰρ ἐκεῖνο τὸ σῶμα, τὸ μὲν πρότερον εἶδος ἔχει καὶ σχῆμα καὶ περιγραφήν, καὶ ἁπαξαπλῶς εἰπεῖν τὴν τοῦ σώματος οὐσίαν. ἀθάνατον δὲ μετὰ τὴν ἀνάστασιν γέγονε, καὶ κρεῖττον φθορᾶς, καὶ τῆς ἐκ δεξιῶν ἠξιώθη καθέδρας, καὶ παρὰ πάσης προσκυνεῖται τῆς κτίσεως, ἅτε δὴ σῶμα χρηματίζον τοῦ δεσπότου τῆς φύσεως. *Neque enim symbola mystica post sanctificationem recedunt à suâ Naturâ. Manent enim in prio-*

in priore substantiâ, & figurâ, & formâ, & videri tangiq; possunt, sicut & prius: intelliguntur autem ea esse, quæ facta sunt; & creduntur, & adorantur, ut quæ illa sint, quæ creduntur. Confer igitur IMAGINEM *cum archetypo, & videbis similitudinem. Oportet enim* FIGURAM *similem esse* VERITATI. *Illud enim Corpus, priorem habet formam & circumscriptionem, & ut semel dicam Corporis substantiam: Immortale autem post resurrectionem, & immune à corruptione factum est, sedemq; à dextris adeptum, & ab omni creaturâ adoratur; quia Domini Naturæ Corpus appellatur.*

Plura qui volet de Patrum sententiâ de sacrâ Eucharistiâ, legat scripta Celeberrimi Doctoris Sorbonici *Arnaldi*, cum Responsis Reverendi *Claudii*, Cœtûs Reformati Parisiensis Pastoris fidelissimi. Finire animus erat, sed tanta vis est veritatis, ut fucum sibi fieri non patiatur. Quæsitum est inter Viros hos doctissimos de loco Drutmari, *in expo*sit. *Matthæi*; Integer'ne, an corruptus sit à Lutheranis, scil. à Menrado Moltheroin editione Haganoensi An. M D XXX? Respondebatur, locum esse integrum, extareque eodem modo in editione *Argentoratensi à Jacobo VVimphelingo, operâ & impensis Johannis Grunigeri, Anno incarnationis Dominicæ M D XIV. Mense Augusto, die decimâ* absolutâ. Dubitatum exinde est, an talis extaret editio? Indagavit eam studiosè, & tandem feliciter obtinuit alicunde Reverendus Parens meus; atque cum altero exemplari à capite ad calcem contulimus, & bonâ fide de utroque testari possumus: Moltherum nihil corrupisse in toto libro, sed potiùs alio codice Manuscripto usum fuisse, qui tamen suis non caruit nævis, uti nec Wimphelingi suis; adeò, ut ex utroque exemplar aliquod correctum ab eruditis confici posset. In Wimphelingi Codice ea, quæ spectant ad Grammaticam, sunt frequentiora; quibus ratio Orthographiæ aut Etymologiæ inculcatur: quæ in Moltheri libro omissa sunt; non utique ab ipso Molthero, sed (uti apparet) à Monachis descriptoribus; quibus ratio Nominum græcorum parùm scriptu digna esse videbatur. Ascribam locum ex utroque, tùm quid discriminis sit apud Moltherum & Wimphelingum explicabo: *Dedit Discipulis suis Sacramentum Corporis sui in remissionem peccatorum, & in conservationem Caritatis, ut memores illius facti: semper hoc in figuram facerent, quod pro eis acturus erat, & hujus caritatis non obliviscerentur. Hoc est Corpus meum id est, in Sacramento.* Wimphelingus, pro *in figuram*, legit *in figurâ*; & omittit verba, *& hujus caritatis*: cætera planè eodem modo habent. An verò hæc diversitas, corruptio; ac non potiùs varians sit lectio? judicet Lector eruditus Quòd, si quis suis credere, quàm nostris maluerit oculis; fidem coràm facere poterit Vir de Ecclesiâ Dei optimè meritus, & nominis celebritate clarissimus, magnus Amicus noster *Johannes Dallæus*, Joh τοῦ μακαρίτου fil. cui Drutmarum *editionis VVimphelingi, An.* 1516. *in fol.* Lutetiam transmisimus.

Ibid. lin. 38. Αὐτοαλήθεια] Sic nominat Christum Origenes in *Protrept. pag* 213. & *pag* 171: αὐτολόγος καὶ αὐτοαλήθεια. Observavit hoc etiam Doctiss. Huetius, Origenem delectari ejusmodi Nominibus cum Pronomine αὐτὸς compositis, iisque Christum exornare. v. g. *hom.* 17. *in Jerem. p.* 160. αὐτοδικαιοσύνην, αὐτοαλήθειαν, αὐτοαγιασμὸν, καὶ αὐτοϋπομονὴν, *ipsam justitiam, ipsam Veritatem, ipsam sanctitatem, ipsamq; tolerantiam* eum vocat: & *Tom.* 1. *in Joh. p.* 11. αὐτοδικαιοσύνην, αὐτοαγιασμὸν καὶ αὐτοαπολύτρωσιν, *ipsam justitiam, ipsam sanctimoniam*, & *ipsam redemtionem.* Ab Origene etiam vocatur αὐτολόγος, *ipse Sermo, l.* 3. *contra Cels. pag.* 135. αὐτοσοφία, *ipsa sapientia, ibid.* Ab Athanasio, *Orat. contr. Gentes, Tom.* 1. *pag.* 51. αὐτοσοφία, αὐτολόγος, αὐτοδύναμις, αὐτοφῶς, αὐτοαλήθεια, αὐτοδικαιοσύνη, αὐτοαρετή, *ipsa sapientia, ipse sermo, ipsa potentia, ipsa lux, ipsa veritas, ipsa justitia, ipsa virtus*, &c.

Pag. 119. *lin* 30. πρὸ τοῦ Χριστοῦ οὐδεὶς ἀναβέβηκε] Patres Vet Test. non in cœlum, sed in sinum Abrahæ, translatos fuisse: multi è Patribus statuerunt. unde & Origenes, *Ante Christum*, neminem ascendisse in Cœlum, asserit. Vide Notas ad *pag.* 56. imò fortè, nec *post Christum.* Orig. *l.* 2 *de principiis c.* 12. *p.* 710. *Puto, quòd sancti quiq; discedentes de hac vitâ permanent in loco aliquo in terrâ posito, quem* Paradisum *dicit Scriptura divina;*

divina; velut in quodam eruditionis loco, & auditorio, vel scholâ animarum.

Pag. 121. *lin* 15. Διὰ Μαρίας, ἀλλ' οὐκ ἐκ Μαρίας] Vid annot. ad *p.* 105. Theodoretus, *hær. fab. l.* 5. *c.* 11. *p.* 278: Valentinus de Christo dixit: πάροδον μόνον διὰ τῆς παρθένου ποιήσασθαι, οὐδὲν ἐκ τῆς ἀνθρωπείας φύσεως εἰληφότα: *Eum transitum tantum per virginē fecisse, ut nil ex naturâ humanâ assumserit.*

Ibid. lin. 28. Ἐναγγέλιον φοιτῶντος] imò, ὡς φθάσαντος. Probabile est, præcedentis Nominis ultimam syllabam ου, absorpsisse Adverbium negandi. Picus id legit: quia expressè vertit. & collatio evincit, Marinum dicere, quæ *non dixit* Angelus.

Pag. 127. *lin.* 24. προγνώσεις ὧν] Si consulas locum, *Eph. I,* 21: videbis connecti κυριότητος καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. Codex noster, post ὀνομαζομένου participium εἴζει, sequentia ità exarata dat, Οὐ μόνον ἐν τ. αἰ. τ. προγνώσεις ὧν, ἀλλὰ καὶ ἐν τ. μ. Videtur autem verbis Apostoli eum studio interposuisse illud, προγνώσεις ὧν, *præsciens existens:* ut hoc modo sibi pararet ad sequentia transitum: ᾔδει δὲ κλ. *sciverat autem*, nempe JESUS ille.

Pag. 128 *lin* 4. τὸ πνεῦμα λέγει αὐτὸν ὁμολογῶν] Picus: *Confitens quidem illum Dominum esse spiritalem.* Sed unde *Dominum illum spiritalem*, è tali contextu eruerit, nequeo divinare. Non enim τὸ, sed τὸν dicendum fuerat: & Κύριον repetendum ex præcedentibus per supplementum: neque verò sic bene quadraret cōstructio. Visum ergo σφάλμα subesse, ortum ex compendio notissimo scribendi, Κν pro Κύριον. Sic habebimus *Dominum* expressè: cui respondet seq. Υἱὸν, *Filium*: de quorum utroque conciliando movebatur Sophistis quæstio. Deniq; phrasis τῷ πνεύματι Κύριον, concinit omninò verbis Domini: David *in Spiritu Dominum* eum vocat: *Matth. XXII* 43. Sin autem minùs consonum istud quis existimet, quia sequitur: τὸ δὲ κατὰ σάρκα, Υἱόν. per me licebit, dicat in priori lemmate: τὸ κατὰ πνεῦμα Κύριον ὁμ. Res utrâque phrasi salva.

Pag. 128. *lin.* 14. Καὶ ὡς τυφλὸς ἐπειπών] Cœci hujus confessionem, quâ Jesum *Filium David* professus est, opponunt Marcionitis, Tertull. *l.* 4. *c.* 36. *cont. Marc. pag.* 564. Epiphan. *hær. Marcion. pag.* 150. *Elencho* 51. *ex Evang. Marci.*

Pag. 130. *lin.* 7. περὶ ἀναστάσεως] Negârunt *Resurrectionem carnis*, præter Ethnicos (quos refutat Athenagoras, *lib. de Resurrect.* Tertull. *Apologet. c.* 48. *p* 42 Orig. *l.* 5. *c. Cels. p.* 240. Min Felix, *in Octav p.* 39. Prudent. *l.* 2. *c. Symmach. pag.* 234 aliique.) varii Hæretici. Archontici, apud Epiphan. *hær.* 40. *p.* 130. Basilides & Isidorus, apud Theodoret. *hær. fab. l.* 1. *c.* 4. Saturninus, ap. Tertull. *de præscr. hær c.* 46. *p.* 249. Carpocratiani, *apud Philastr p.* 17. Valentinus. *Ibid p.* 118. Prodianitæ, *Ibid. p.* 25. Marcus & Colorbasus, *Tertull. de præscr. hær. c.* 51. *p.* 284. Cerdo, apud Epiph *hær.* 41. *p.* 134. Marcion. Epiphan *hær.* 42. *p.* 135 Theodoret. *l.* 1. *hær. fab. c.* 24. *p.* 211. Apelles, Tertull. *de præscr. hær. c.* 51. *p.* 254. Manes. Theodoret. *hær fab. l.* 1. *c.* 26. *p.* 214. Hierax ἀπὸ Ὠριγένους τὰς προφάσεις εἰληφὼς, *ab Origene prætextum erroris capiens:* juxta Epiphan. *hær.* 67. *pag.* 303. Hi omnes, Sadducæos & Atheos sui erroris Patres habuêre: Marcion singulariter Stoicos: Tertull. *de præscr hær. c.* 33. *pag.* 243 & *l.* 5. *cont Marcionem c.* 19. *p.* 61?. *Marcion collocans cum Deo Creatore Materiam de portu Stoicorum, negans Carnis resurrectionem; de qua proinde nulla Philosophia censentit* Quos refutârunt Irenæus, Tertull. *l. de resurrect* Epiphanius, *passim:* Theodoretus, *l.* 5. *hær fab. c.* 19 & *passim*, aliique SS. Patres.

De Origene quæritur, quid senserit? Hieronymus, *Tom.* 2. *epist. ad Avitum p* 149: non procul eum ab Hæreticis abesse putat, dum scribit: *Corporales quoque substantias penitùs dilapsuras, aut certe in fine omnium hoc esse futura corpora, quod nunc est æther & cælum, & si quod aliud corpus sincerius & purius intelligi potest. Quod cùm ita sit, quid de resurrectione sentiat, perspicuum* Similia de eo habet Photius, *epist.* 1. *p.* 11, 12. Inquisivit in hanc rem accuratè, prout solet, Doctiss. Huetius. *in Origenianis l.* 2 *quæst.* 9. *c* 2. *pag* 136. nec tamen potuit certi quid reperire. Sic enim ille: *Vides inconstantiam hominis, animabus suscitatis corpora detrahentis nonnunquam: nonnunquam affingentis, nec pro certo habentis, quam tum illa figuram habitura sint.* Paulò

 pòst

pòst observat: Origenem in nostro Dialogo eadem objicere Marino, quæ Methodius Origeni, apud Epiphanium. Verissima hæc sunt, sed non opinor inde firmiter concludi, Hunc Dialogum non esse Origenis: rationem in Præfatione dedi, fortè non elumbem. Judicium interim candido Lectori relinquo. Legatur Orig. *l.* 5. *contr. Cels. pag.* 243. & 244. ubi veram sententiam tuetur: additâ protestatione, *pag.* 245: Μὴ ὑπονοείτω δὲ τὶς ἡμᾶς, ταῦτα λέγοντας ἀπ' ἐκείνων εἶναι τῶν λεγομένων μὲν Χριστιανῶν, ἀθετούντων δὲ τὸ περὶ ἀναστάσεως κατὰ τὰς γραφὰς δόγμα· ἐκείνοις μὲν γὰρ τὸ ὅσον ἐπὶ ἀπὸ κόκκου σίτου, ἢ ἄλλου τινὸς τῶν λοιπῶν, ἀνιστάμενον στάχυν, ἢ δένδρον οὐδαμῶς παραστῆσαι ἔχουσιν, ὅσον ἐπὶ τῷ ἀρέσκοντι ἑαυτῶν· ἡμεῖς δὲ πειθόμενοι, ὅτι τὸ σπειρόμενον οὐ ζωοποιεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ, καὶ ὅτι οὐ τὸ γενησόμενον σῶμα σπείρεται, τηροῦμεν καὶ τὸ βούλημα τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸ μέγεθος τῆς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ, παριστάντες αὐτοῦ καὶ τὸ δυνατὸν, οὐκ ἀποφάσει, ἀλλὰ καὶ λόγῳ. *Hæc cum dicimus, nemo suspicetur, nos esse ex illo nominetenus Christianorum numero, qui fidem Resurrectionis & Scripturis eam astruentibus abrogant: nam in illorum placitis nusquam est è grano, puta tritici, spica resurgens, aut arbor ex alio semine: nos autem credentes Scripturæ, non vivificari quod satum est, nisi moriatur priùs, & non tale corpus seri, quale aliquando est futurum; retinemus tùm Ecclesiæ Christi sententiam, tùm promissionis Dei amplitudinem. Idq; ita fieri posse, non asseveramus tantùm, sed etiam confirmamus rationibus.* Hæc an impietatem vel errores spirent, facilè odorabitur candidus Lector.

Pag. 131. *lin.* 5. σῶμα ῥεύσης οὐσίας ὑπάρχον.] Valentinianorum hypothesin istam commemorat quoque Irenæus, *lib.* 1. *cap.* 1. *p. m.* 18: Δημιουργήσαντα δὴ τὸν κόσμον, (Θεὸν) πεποιηκέναι καὶ τὸν ἄνθρωπον τὸν Χοϊκὸν, οὐκ ἀπὸ ταύτης δὲ τῆς ξηρᾶς γῆς, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἀοράτου οὐσίας, ἀπὸ τοῦ κεχυμένου καὶ ῥευστοῦ τῆς ὕλης λαβόντα. quæ in Latino veteri Interprete sic leguntur: *Cùm fabricâsset igitur Deus Mundũ, fecit & hominem choicum, non autem ab hac aridâ terrâ, sed ab invisibili substantiâ, & ab effusibili & fluidâ materiâ accipiens.* Idem argumentum in ipsomet Origene refutare Methodium, tradit Epiphan. *hær.* 64. *p.* 232. Utrum verò illud Origenes asserendi, an verò ex aliorum opinione disputandi animo attulerit; non opinor liquere. Certè Methodius totâ illâ epitome pura puta Valentiniana sophismata profert, nullâ Origenis factâ mentione: ac iisdem utitur illorum solutionibus, quibus hîc Origenes: ut suspecta videri meritò possit hæc Epiphanii traditio.

Ibid lin. 10. οἱ τοιχογράφοι Ναυπηγοὶ] Eodem simili utitur adversùs Proclum Methodius, apud Epiphan. *p.* 244.

Pag. 132. *lin.* 9. οὐδὲ τὰ ἐν ταῖς νόσοις ὑπεκρεῖ σώματα] Prudent. *Hamartig. cont Marcionem, p.* 188.

Qui modò vivit erit, nec me vel dente vel ungue
Fraudatum revomet patefacti fossa sepulcri. pp.
Quod casus rapuit, quod morbus, quod dolor hausit,
Quod truncavit edax senium populante veterno;
Omne revertenti reparata in membra redibit.

Ibid. lin. 13. καθάπερ ὁ ἰὸς ὑγραινόμενα] Picus: *tanquam venenum humidiores partes* constringit. Humfr. *Sicuti Viator, quæ humefacta sunt, comprimit.* Neutrum placet, aut rei præsenti quadrare videtur. Conjecto, καθάπερ οἰωνὸς ὑγρ. *sicut avis madefacta* (plumas, pennas) comprimit, astringit, ne pluviæ penetrent. certè sermo est de dilatatione & contractione corporis: quæ in avibus locum habet: at in vestibus Viatoris madefacti, planè alia est *expressio*, vel *compressio*. Adde, quòd πίλησις & πίλωσις, *coarctationem* significet, qualis nec *Veneno*, nec *Viatori* congruit.

Pag. 133. *lin.* 10. ὁποῖον σῶμα ἐκπολεμοῦνται] *Venasectiones* Resurrectioni obstare, aut saltẽ simplicioribus creditu difficiliorem facere, scripsit Origenes, *in Ps.* 1. apud Epiphan. *p.* 231. Hic tamen dubium feliciter solvit: nĩ Medicorum filiis aliter placeat.

Ibid. lin 38. Ἡ τροφὴ εἰς τὸ ἔνδον καὶ χυλωθεῖσα] De triplici καθάρσεως καὶ διακρίσεως ciborum, Vide sis Athenagoram, *de Resurrect. p.* 51. & *seq.*

Pag. 135. *lin.* 30. Ἀλλ' εἰ ἡ φιλόνεικος γνώμη] Possumus legere, ἀλλ' εἰ ἡ φιλόνεικος γνώμη. *Sed quibus animus est contentiosus* Verùm præstat, ἀλλ' ἡ σὴ φιλόνεικος γνώμη. Sic enim Doctiss.

Doctiss. Picus: *Sed animus tuus contentiosus*. Cæterùm, ἐκτροπὴ hac in periodo, commodè redditur *Diverticulum, Exerratio*. Meritò enim perstringit Eutropius Marinum, quòd ad medicas quæstiones dilabatur, cumque ad SS. literas revocat.

Pag. 136 lin. 2. πάσαις ταῖς ἐνδιαθέτοις κειμέναις] Eâdem voce usus est Epiphanius, *de pond. & mens. pag.* 533. & Isidor. *Pelus. l.* 1. *epist.* 369. Olympiodorus, *proœm. in Caten. in Jobum*. Eusebius in Chronico: Ἕως μὲν εἰς Ἔσδραν καὶ Νεεμίαν, αἱ ἐνδιάθετοι ἐμφέρονται γραφαί. *Ad Esdram & Neemiam usque, hebraicæ Scripturæ Canonicæ.* Ad quæ Magnus Scaliger, *in Animadv. ad A. M D LXXXIV. Veteres Patres, & Scriptores Ecclesiastici*, τὰς ἐνδιαθέτους γραφὰς *vocant eas, quæ sunt de Canone. quia* διαθέσθαι, *est Canonem constituere*: ἐνδιαθέτεσθαι, in Canonem ponere. Origenes, *Tomo in Ps. I.* ἐνδιαθήκους βίβλους, eas appellat. Si Epiphanium, *de pond. & mens. p.* 534. cum Damasceno, *l.* 4. *orth. fid. c.* 18. conferam: quorum ille, de libris Apocryphis: οὐδὲ ἐν τῷ Ἀαρὼν [scribendum, Ἀρὼν, Nomen hebr. *Arca*] ἀπετέθησαν, τουτέστιν ἐν τῇ τῆς διαθήκης κιβωτῷ. Nec *in Aron fuerunt repositi, hoc est, in Arcâ fœderis*. Hic verò simpliciter, οὐδὲ ἔκειτο ἐν τῇ κιβωτῷ. *Neq; ponebantur in Arcâ*: Non absurdum esse puto, si dicamus ἐνδιαθέτους dictas esse Scripturas divinas, quoniam antiquitùs *in Arcâ* fœderis; aut, quod probabilius, *juxta illam Arcam*, in Sacrario earum exemplar depositum custodiebatur. Vid. Drusii *Comm. ad diff. l. Exod c.* 43. *p.* 206. *& ad diff. l. Num. c.* 41. *p.* 192. Imposuit Illustri Scaligero locus Epiphanii corruptus, ut libros *Apocryphos* inde sic dictos putârit; quòd illi, non verò *Canonici*, in Arcâ reconditi fuerint, atque hactenùs *absconditi à populi communi usu*. Cùm planè contrariũ senserit Epiphanius.

Lubet his pauca de *Distinctione & Numero librorum Sacrorum* addere. Dudum est, quòd Vir reverendus, & Græcâ eruditione instructissimus, *Joh. Casparus Suicerus*, Fautor multis nominibus mihi colendus, me docuit: duplicem apud Veteres inveniri Librorum SS divisionem. Nonnullis placere *duplicem* ordinem, aliis *triplicem*. Illis, Libros esse quosdam *Canonicos*, quosdam *Apocryphos*. Ab istis addi tertiam appellationem, quâ *Ecclesiastici* ab Apocryphis distinguuntur. Dichotomiam amplectuntur, Concil. Laodic. *Can.* 59. *&* 60. Hieronymus, *in Prolog. gal.* Cyrill. Hierosl. *Catech.* 4. *p.* 36. qui *Canonicos*, βιβλία τὰ παρὰ πᾶσιν ὁμολογούμενα, *Libros qui apud omnes in confesso sunt*: Gregor. Nazianz. *in Carmine*, qui γνησίους ξένοις, *legitimos, alienis* contradistinctos, vocant. Major verò eorum est numerus, quibus triplex ordo placet: fortè quòd appellationem *Apocryphorum*, libris *Ecclesiasticis* & impiis hæreticorum Commentariis, æqualiter tribuere reformidârint. Agmen ducit Origenes, qui *To.* 14. *in Joh. p.* 211. γνήσια βιβλία, *libros genuinos*, à mixtis & spuriis distinctos, & *To* 1. *in Ps.* 1 θεοπνεύστα, *divinitùs inspiratos*, & *l.* 6. *c. Cels. p* 291: γνησίας & θείας πεπιστευμένας γραφὰς, *genuinas & pro divinis creditas Scripturas*, CANONICA scripta nominat quod posterius à Josepho desumsit, *l.* 1. *adv. Appionem*, βιβλία δικαίως πεπιστευμένα, *libros, quibus jure meritò fides debetur*, eos appellante Post Origenem eandem divisionem inculcant, Athanas. in *Synopsi* & *epist. Festali*. Euseb *l.* 3. *H. Eccl. c.* 3. Epiph. *hær.* 6. *p.* 14. Ruffin. *in expos. symboli*. Amphilochius Iconiensis, *in Carmine* Nicephorus Patriarcha, *in Chronogr.* quibus βίβλοι ῥηταὶ, ἐκκλησιαζόμεναι, κανονιζόμεναι, θεόπνευστοι, ἀληθιναὶ, καθολικαὶ, πρόδηλοι, σαφεῖς, ἀναμφιλέκτοι, ἀναντίρρητοι, *libri certi, in Ecclesiâ recepti, Canonici, divinitùs inspirati, veri, catholici, manifesti, clari, indubitati, & quibus contradici non potest*, aliisque elogiis insigniuntur. Augustini ætas mutavit terminos ab antiquis positos: nam *Ecclesiasticos* cũ *Canonicis* confudisse videtur. quâ de re infrà. Hoc loco observandum est, Origenem in disputatione adversùs Hæreticos ad solas Scripturas Canonicas provocare: quia, teste Ruffino, *Patres* tantùm *ex iis fidei nostræ assertiones constare voluerunt: libros verò Ecclesiasticos nolebant proferri, ad auctoritatem ex his fidei confirmandam*. Vid *Not in epist Orig. ad Africanum ad p.* 244. Crediditautem Origenes, Libros Canonicos esse XXII, eosdem scilicet, quos & Hebræi agnoscunt. ideircò Eusebius, *l.* 6. *Hist. Eccl. c.* 25 verba ejus è *Tomo in primum Psalmum* adducit: Οὐκ ἀγνοητέον δ', εἶναι τὰς ἐνδιαθήκους βίβλους, ὡς Ἑβραῖοι παραδιδόασιν, δύο καὶ εἴκοσι· ὅσος ὁ ἀριθμὸς τῶν

παρ' αὐτοῖς στοιχείων ἐστίν. *Sciendum est Vet. Test. libros esse XXII, sicut ab Hebræis traditur: qui numerus etiam literarum apud eos habetur.* Si quis cavilletur, Origenem hebræorum, non suam, promere sententiam; nôrit, Eusebium, *l.* 3. *c.* 3. professum esse, se *sententias Scriptorum Ecclesiasticorum de Libris sacris bonâ fide enarraturum.* id quod etiam præstitit. Atqui frustrà posuisset Origenis verba; si, quid Judæi, non quid ipse sentiret, explicarem. Satis clarè tradidit nobis Eusebius, non quid solus Origenes, sed quid universa Ecclesia illo ævo tenuerit, *in Chronico p.* 34: Ἕως μὲν οὖν Ἔσδρα καὶ Νεεμία εἰς ἐκκλησίαις τὰς ἑβραϊκὰς γραφὰς ἐκκλησιάζεσθαι παραδέδοται ὑπὸ τῶν μακαρίων Ἀποστόλων καὶ Μαθητῶν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἁγίων πατέρων καὶ διδασκάλων ἡμῶν. *Scripturas Hebræorum Canonicas usque ad Esdram & Neemiam in Ecclesiis publicandas esse, traditum est a B. Apostolis, & Discipulis Domini & Dei Salvatoris nostri Jesu Christi, & Sanctis Patribus atque Doctoribus nostris.*

Ibid lin. 8. Διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας καὶ αἷμα] Aldina editio simpliciter habet Διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας. Hieron *in tradit hebr. p.* 204. observat: sensum Græcum non convenire cum Hebræo. *Non severitatem,* inquit, *ut in nostris Codicibus legitur, sed clementiam Dei sonat, dum peccator hic pro suo scelere visitatur.* Nam in hebræo scriptum est: *Non judicabit Spiritus meus homines istos in sempiternum; quoniam caro sunt.* Tertullianus hæreticis hunc locum objicientibus, respondet, *l. de resurrect. c.* 10. *p.* 385: *Tenes Scripturas, quibus caro infuscatur: tene etiam, quibus illustratur. Legis cùm caro deprimitur; adige oculos, & cùm caro relevatur.* Omnis caro fœnum. *Non hoc solùm pronunciavit Esaias, sed &* Omnis caro videbit Salutare Dei. *Notatur in Genesi dicens Deus:* Non manebit Spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt. *Sed & auditur per Joelem,* Effundam de Spiritu meo in omnem Carnem. Origenes paulò aliter *l.* 1. *de Principiis c.* 3. *p.* 676: *Etiam diluvii tempore, cùm omnis caro corrupisset viam suam, jam de illis, tanquam de indignis & peccatoribus, scriptum est, dixisse Deum:* Non permanebit Spiritus meus in hominibus istis in æternum, propterea quòd caro sunt: *in quo manifestè ostenditur, quòd ab indignis quibusque aufertur Spiritus Dei.*

Pag. 137. *lin.* 6. τῆς Ἰακὼβ ψυχαὶ λγ.] Pici Codex consentit: sed reclamant omnes editiones S. Scripturæ, Hebræa æquè ac versiones. Fefellit itaque Adamantium memoria, ut poneret numerum liberorum Jacobi ex Liâ generatorum, pro universis. Vid. *Genes.* 46. *v.* 15. Dein, quando numerat *Animas Septuaginta*, quæ cum Patre in Ægyptum descenderint; consentit cum Hebræo fonte, neglectâ versione LXX, quæ numerat animas LXXV de quâ discrepantiâ vide Hieron. *quæst. hebr. in Gen. p.* 225. Eucherium *de quæst. hebr p.* 256. & *in Genesin pag* 175.

Ibid. lin 27. ἐποίησεν ὁ Θεὸς δερματίνους χιτῶνας] Epiphanius, *hær.* 31. *Valentini, p.* 85: Τὸν ψυχικὸν δογματίζοντες εἶναι, τὸν κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν γεγονότα· κατ' εἰκόνα μὲν τὸν ὑλικὸν ὑπάρχειν, παραπλήσιον μέν, ἀλλ' οὐχ ὁμοούσιον τῷ Θεῷ· κατ' ὁμοίωσιν δὲ τὸν ψυχικόν, ὅθεν καὶ πνεῦμα ζωῆς τὴν οὐσίαν αὐτοῦ εἰρῆσθαι ἐκ πνευματικῆς ἀπορροίας οὖσαν· ὕστερον δὲ περιτεθεῖσθαι λέγουσιν αὐτῷ τὸν δερμάτινον χιτῶνα· τοῦτο δὲ τὸ αἰσθητὸν σαρκίον εἶναι λέγουσι. Quæ totidem sunt Irenæi verba, *lib.* 1. *cap* 1. juxta illa, quæ *suprà ad p.* 131. *l.* 3. exscripsimus. Hoc dicunt: *Animalem* (hominem) *decernunt esse eum, qui ad imaginem ac similitudinem factus est. Juxta imaginem quidem, materialem esse; similem quidem, sed non coessentialem Deo: Juxta similitudinem verò animalem. Unde etiam Spiritum Vitæ essentiam ipsius dictam esse, cùm sit ex spiritali effluxione. Posteà autem circumdatam ipsi dicunt* pelliceam tunicam, *quam sensibilem carnem esse volunt.* Hunc errorem refellunt (uti doctè observat Cl. Huetius) Irenæus, Tertullianus, *adv. Valentin. c.* 24. Clemens Alexandr. *Strom. l.* 3. *pag.* 326. Justinus, *quæst.* 49 *ad Orthod p.* 327. Cæsarius, *Dial.* 3. *quæst.* 149. Gregor. Nyssen *Orat. Cat. c.* 8. Chrysostom. *hom.* 18. *in* 3. *Gen.* Anastas. Sin. *in Hexaem.* Theodoret. *quæst.* 39. *in Genes.* Sed pro Origene quid afferemus? cui idem error imputatur ab Epiphanio, *epist. ad Joh. Hierosol.* Hieronymo, *epist. ad Pammach. Tom.* 2. *p.* 1 4. & à Glycâ, *Annal part.* 1. *pag.* 109. aliisque? Offendiculo illis sunt verba illius, in *Gen.* 3. scripta: *Nunquid coriarius aut sordiscarius*

dificavius erat Deus, ut conficeret pelles animalium, & consueret ex eis tunicas pelliceas Adam & Evæ? Sed docet nos Cl. Huëtius, è *Catenâ Patrum in Genesin*, (quæ etiam MS. habetur in Bibliotheca civicâ Tigurinorum; uti Cl. Svicerus suis ad me literis significavit:) Origenem subdidiſſe: Πάλιν τε φυσικῶς τὸ ὅπως ἄδηλον, λέγει τοὺς δερματίνους χιτῶνας οὐκ ἄλλους εἶναι ἢ τὰ σώματα, πιθανὸν μὲν ἐστι καὶ εἰς συγκατάθεσιν ἱκανῶς κινοῦν, ἀληθὲς δὲ οὐ σαφές, ὡς ἀληθῶς· εἰ γὰρ οἱ δερμάτινοι χιτῶνες σάρκες εἰσὶ καὶ ὀστᾶ, πῶς πρὸ τούτων φησὶν ὁ Ἀδάμ· τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστέων μου, καὶ σάρξ ἐκ τῆς σαρκός μου. *Rursus, si quis fugiens hoc absurdum, dicat; Tunicas scorteas nullas alias esse quam Corpora, probabiliter quidem & apposite huc trahere posset, non tamen clarum est, tanquam verum. Si enim tunicæ pelliceæ carnes & ossa sunt; quomodo antea dixerat Adam: Hoc nunc os ex ossibus meis & caro ex carne meâ?* Porrò, alios existimaſſe: esse *moriendi necessitatem*; sed idem difficultatibus non carere. Unde patet: vel viam fieri Origeni, dum postulata ejus, vel ex aliorum sententiis relata, pro conclusionibus & propriis ejusdem doctrinis sumuntur; vel certè torqueri contra eum non debere: præsertim, cùm alibi rectiùs sensum suum depromserit: prout etiam à Doct. Huëtio observatum est, *ex homil. in Genes.* ubi Origenes: *Velim*, inquit, *conferre illa infelicia indumenta, quibus primus homo, cùm peccâsset indutus est, cum his sanctis & fidelibus indumentis: & quidem illa dicitur Deus fecisse. Fecit enim inquit Deus tunicas pelliceas & induit Adam & mulierem ejus. Illæ ergo tunicæ de pellibus erant ex animalibus sumtæ: talibus enim oportebat indui peccatorem: pelliceis, inquit, tunicis, quæ essent mortalitatis, quam propeccato acceperat, & fragilitatis ejus, quæ ex carnis corruptione veniebat, indicium.* Huc etiam faciunt verba Origenis, *l. 4. c. Celf. p. 191:* Ὁ ἐκβαλλόμενος ἐκ τοῦ παραδείσου ἄνθρωπος μετὰ τῆς γυναικὸς, τοὺς δερματίνους ἠμφιεσμένος χιτῶνας (οὓς διὰ τὴν παράβασιν τῶν ἀνθρώπων ἐποίησε τοῖς ἁμαρτήσασιν ὁ Θεός) ἀπόρρητόν τινα καὶ μυστικὸν ἔχει λόγον. *Illæ pelliceæ tunicæ quas propter peccatum ejecto è paradiso homini uxori, Deus induit, significant arcanum quoddam mysterium.* Nihil hic culpari potest. Hactenus igitur opinor, rectè tribui Marino, in Dialogo isto, sententiam Valentinianorum; Origene quidem interpretamentum illud pellicearum tunicarum ῥητῶς non impugnante; attamen adversùs adversarios validiſſimè paſſim retorquente, vel sic illorum Principia Corporum humanorum, & peccatorum subvertens. Unde nihilominus colligi potest, Adamantii esse nostrum Dialogum.

Ibid. lin. 36. Διὰ τὸ ἡμαρτηκέναι τὴν ψυχὴν ἐνδέδεσθαι ἐν τῷ σώματι] Hic etiam unus fuit ex erroribus Origeni objectis: quòd Animas præextitiſſe ante corpora, & proptereà quòd peccârint, corporibus immersas crediderit: reprehendente iterùm Epiphanio, *l. d.* Hieronymo, Justiniano *in epist. ad Menam*, Photio, *epist. 1. p. 11.* Harmenopulo de sectis, *sect. 9. p. 562.* aliisque: nec renuentibus Pamphilo & Rufino, ejus defensoribus. Observa autem accuratè responsiones Origenis ad Marinum nullibi negat, aut scripturæ vel rectæ rationi repugnare dicit; sed potiùs, concessâ istâ hypothesi, monstrat, eum aliis adversariorum opinionibus eandem pugnare. Quare hinc etiam concludam, Adamantio rectè ascribi hunc Dialogum; nec dictam ob rationem ei abjudicandum.

Pag. 136. lin. 33. Χριστοφόρος καὶ πνευματικὸς Παῦλος] Epiphan. *hær. 6. p. 13.* ὡς ἐν μακαριστὸς μοι ὁ πνευματοφόρος καὶ ἅγιος τοῦ Θεοῦ Ἀπόστολος Παῦλος. *Sicut testatur à Spiritu actus & sanctus Dei Apostolus Paulus.* Ignatius, *in epistolis* se Θεοφόρον, *Deiferum*, nominat. S. d *Christiferi* epitheton rarius esse existimo. Athanasius, *Orat. c. gentes. p. 5.* eo Paulum ornat: ὁ Χριστοφόρος ἀνήρ, ὁ μακάριος Παῦλος, *Christigerulus Vir, beatus Paulus.* Et *Orat. de Incarnat.* Χριστοφόρος ἀνήρ. Ita etiam *Orat. de pass. & Cruce Domini.*

Ibid. lin. 36. σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύναται] Locum hunc manifeste carnis resurrectionem evertere, sibi persuaserunt Hæretici. Et Origeni objicitur ab Epiphan. *l. l. d.* quasi eodem impugnârit Resurrectionem. Itaque sibi frequenter objectum, frequenter vindicârunt S. Patres. Origenes vult intelligi per *Carnem & Sanguinem* τὰς αἰσχρὰς καὶ φαύλας πράξεις τῶν τὰ σαρκικὰ φρονούντων, *turpes & flagitiosissimas actiones eorum, qui carnalia sapiunt.* Idem, *l. 2. de.*

l. 2. *de Princip c* 9. *p.* 707. *Absurdum videtur, & contra sensum Apostoli, dicere, id rursum carnis & sanguinis passionibus implicari, cùm manifestè dicat Apostolus. Caro & Sanguis regnum Dei non possidebunt.* Idem, *l* 5. *c. Cels. p.* 243 profert eundem locum, sed ne Celso mysteria pandat omnia, reticet sensum. Irenæus, *l* 5. *adv. Haeres. c.* 12. eodem modo verba Apostoli intelligit, quibus additis explicationibus: dum *carnem* pro *carnis infirmitate* poni vult: vel, *non posse carnem solam & sanguinem Regnum Dei possidere.* Tertullianus, *l. de Resurrect. Carnis, c.* 48. non dissimulat locum hunc esse palmarium adversariorum: *Scimus*, inquit, *hoc quoque scriptum: sed de industriâ distulimus hucusque, ut quod adversarii in primâ statim acie obstruunt, in ultimâ congressione prosterneremus.* Postea multis demonstrat, Apostolum per carnem & sanguinem intelligere *imaginem choici* seu *veterem conversationem.* At, Capite 50. seq. ostendit, posse etiam sic sumi: *Caro & sanguis regnum Dei hæreditate possidere non possunt. Meritò, sola, & per semetipsa, ut ostenderet adhuc spiritum illis necessarium.* Id. *l* 5. *adv. Marc. c.* 10: *Caro & S. R. D. n. p. opera scilicet carnis & sanguinis, quibus ad Galatas scribens abstulit Dei Regnum.* Gregorius M. *l.* 14. *expos. Moral. in Job. c.* 29. *Paulus carnem vult secundùm culpam intelligi, non secundùm naturam.* Vide Tertullian. *carm. adv. Marc. circa finem lib.* 2. Epiphan. *hær.* 66. *p.* 302. Augustinum, *Retractat. l.* 1. *c.* 17. *p.* 26. *Tom.* 1. Chrysostomum, *Tom.* 3. *Comm. in h. l. p.* 526. Oecumenium, *Comm in h. l. p.* 577. Ambrosium, *Tom.* 5. *Comm in h. l. p.* 290. Primasium, *Comm. in h l. pag.* 240. Sedulium, *Comm. in h. l. p.* 244. Bedam, *To.* 6. *Comm. in* 1. *Cor.* 15. *pag.* 585. & 590. Hieronymus, *Tom.* 2. *epist. ad Pammach. p.* 178. paulò aliter locum explicat: *Attende obsecro*, inquit, *nunquid non resurgent? absit. Sed non possidebunt. Quare non possidebunt? Quia sequitur, neque corruptio incorruptionem possidebit. tamdiu ergo regnum Dei non possidebunt, quamdiu caro tantùm sanguisq; permanserint. cùm autem corruptivum induerit incorruptionem, & mortale induerit immortalitatem, & lutum carnis in testam fuerit excoctum, quæ prius gravi pondere premebatur in terram; acceptis Spiritûs pennis, & immutationis, non abolitionis, novâ gloriâ volabit in Cælum.* Quod Primasius compendio sic exprimit: *Caro sicut nunc est, Regnum Dei non possidebit, nisi immortalitate vestita.*

Pag. 138 *lin.* 17. ὁ δὲ δεσμὸς ἐπέχειν] Justinianus, *epist. ad Menam. pag.* 637. *in Tom* ❶ *Concilior.* contrà Origenem hoc profert argumentum, ut præexistentiam animarum evertat. En Lector tricas!

Pag. 139. *lin.* 3. ἔτω δὴ ἔλεγχον] Picus: *Huic argumento manifesto ac vero nemo queat contradicere.* Sensu manifesto & aptissimo; sed, quem nostri Codicis Scriptura non reddit. Humfredus: *Hoc profectò argumento hac antithesi informatum, & ex contrariis confectum profiteor, cui nemo posset obsibilare, cùm clarum & verum sit.* Ambagiosè & intricatè. Sic legendum primò putabam: Τέτῳ δὴ ἐλέγχῳ, ὃν δι' ἐναντίας ὁμολογῶ, ἀντειπεῖν ἐδεὶς δύναται. hoc enim postulat, non solum Verbum ἀντειπεῖν sed & sequentia, ὅτι φανερῷ κ̀ ἀληθεῖ. Apparet, Picum vel non legisse in suo Codice, vel omisisse tanquam dubia, verba τὸν δι' ἐναντίας ὁμολογῶ. Humfredum, incertum fuisse. Liceat verò, quandoquidem semel patuit, locum esse vitiatum; & hæc restituere liquidissimo sensu. Sic: τῷ δι' ἐναντίας ὁμολόγῳ. Dicit Marinus, *Elenchum* sive argumentum esse *ab adversâ parte confessum*; quia interrogârat, antequam id produxerat, Origenem: Num *crederet Apostolo?* id est, *Paulo*: sicut declarat Origenes statim suâ responsione: simulatque largissimè confitetur, *Credo per omnia Paulo.* Hinc ergo triumfat loco *Pauli* prolato, 1, *Cor. XV*, 50. eumque vocat ἔλεγχον, δι' ἐναντίας ὁμόλογον *argumentum confessum*, & *cui Adversarius consensum* jam præbuerit. Ni fallor, & literæ & Syntaxis nos huc sive ducunt, sive adigunt.

Pag. 140. *lin.* 28. ἐν τῷ αὐτῶν Ἀποστολικῷ] Vid. suprà Not. ad *pag.* 8. *med.* Adde: Quemadmodum Paulum κατ' ἐξοχὴν vocabant *Apostolum*: sic ipsius Epistolas, vel potiùs *syntagma epistolarum Paulinarum*, illis dicebatur Ἀποστολικὸν, *Apostolicum.* Theodoret. *hæret. fab. l.* 2. *c.* 7. de Helcesæis, Τὸν Ἀπόστολον παντελῶς ἠρνήσαντο, *Apostolum prorsus*

prorsus negârunt, i. e. repudiârunt. Euseb. *Hist. Eccles. l.* 6. *cap.*38: de iisdem, Τὸν Ἀπόστολον τέλεον ἀθετεῖ ἡ αἵρεσις ἑαυτῶν. De *Apostolico*, Greg. Thaumat. *Serm.* 2. *de Annunc. B. Virg. p.* 19: ὅταν ἀναγινώσκεται τὸ Εὐαγγέλιον, ἢ Ἀποστολικὸν, μὴ πρόσχῃς τῇ σελίδι, ἢ τῷ ἀναγινώσκοντι, &c. *Quum legitur Evangelium aut* Apostolicum, *ne attendas Librum, aut Lectorem.* Quanquam his testimoniis pateat; etiam Orthodoxis, tùm *Apostoli*, tùm *Apostolici* nomina, perinde ut aliis illis, usurpata fuisse.

Pag. 142. *lin.* 2. τὸ ἔδαφος τοῦ Ἀποστόλου] τὸ ἔδαφος videtur hic idem esse quod ἔδαφος de quo opportunè monuit Cl. Svicerus, designare apud Scriptores Ecclesiasticos *sacrum contextum.* Gregor. Nyssenus, *Orat.* 3. *contra Eunomium*: τούτων δὲ παρ' ἡμῶν ἐπιδρομῇ ῥηθέντων, ὁ φιλόπονος ἀναγνώστης τῆς θείας γραφῆς τὸ ἔδαφος, προσαρμοσάτω τοῖς θεωρηθεῖσι τὰ αἰνίγματα. *Hac cùm cursim a nobis dicta sint, diligens contextûs S. Scripturæ Lector, ad verum sensum accommodet ænigmata.* Auctor proœmii *in Caten. in Evang. Joh.* Χρὴ οὖν ἓν καὶ δεύτερον ἢ καὶ τρίτον κεφάλαιον τοῦ ἐδάφους τῆς θείας γραφῆς ἀναγινώσκειν. *Unum itaque alterumve, aut etiam tertium contextûs S. Scripturæ caput legendum.* Hoc verò nomine *Contextus sacer* appellatur, quòd sit quasi *solum*, pavimentum ac fundamentum fidei, doctrinæ & interpretationis, in Tractatibus & Homiliis.

Ibid. lin. 6. ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους πρώτῃ] Argumenta varia ex 1. *Cor.* 15. pro Resurrectione contra Marcionitas depromunt, tùm Tertullianus, *l. de resurrectione c.*45. & *l.* 5. *adv. Marcion. c.* 9. & 10. tùm Epiphanius, *hæresi Marcionitar. Elencho* 16.

Ibid. lin. 27. Θεὸς δίδωσιν αὐτῷ σῶμα, καθὼς ἠθέλησε.] Theodoretus, *l.* 5. *hær. fabul. c.* 19. *p.* 295: Σῶμα καθὼς ἠθέλησε· καὶ ἵνα μὴ ὡς ἀναπλάσῃ ἕτερον διαφορώτατον σῶμα, ἀναγκαίως προσέθηκε, καὶ ἑκάστῳ τῶν σπερμάτων τὸ ἴδιον σῶμα. Corpus uti voluit; *at, ne quis suspicetur, aliud fingi corpus, necessario addidit*: Et unicuique seminum proprium corpus.

Pag. 144. *lin.* 18. οὐ λέγει ὁ Θεὸς δίδωσιν αὐτῷ σῶμα] Marcionitas substituisse πνεῦμα pro σῶμα, nec Tertulliano, nec Epiphanio fuit observatum, fortè, quia in exemplaribus plerisque locus rectè habebat. Sed, valde inter se dissentiebant eorundem *Apostolica* & *Evangelia*; quippe quæ quotidie reformabant. Vid. Tertull. *l.* 4. *adv. Marcionem, c.* 5. *pag.* 506. & Origen *inf. hac ead. sect.* 5. *p.* 147.

Pag. 146. *lin.* 34. Ἀπαιδευσίᾳ φαῦλον αἰτία γίνεται ἡ ἀπαιδευσία] Vice versâ eleganter Origenes, *l.* 3. *c. Cels. p.* 141: Τὸ μὲν οὖν ἀληθῶς πεπαιδεῦσθαι οὐ κακὸν, ὁδὸς γὰρ ἐπ' ἀρετήν ἐστιν ἡ παίδευσις. *Verè literis imbutum esse, non est malum; sed potius, via ad virtutem est eruditio.*

Pag. 147. *lin.* 3. ποία γὰρ ἀκολουθία] Scribendum utique ἀκολουθίᾳ. & mox, φυλαχθῇ; Dum verò interrogat *Eutropius*: Quâ *consequentiâ* servari possent in hoc sermone, sive doctrinâ; non de *consequentiâ* syllogisticâ loquitur, sed de sequela, quâ posteriores sequuntur priores, & Discipuli sectantur suos Doctores: sicut sunt in qualibet Schola & Doctrina, tùm *Antecessores* tanquam *Doctores*, tùm Discipuli ceu Assecla. Hi *Antecessores*, appellantur etiam in S. libris, *Typi, Formæ, Exemplaria, Doctores*: Τύποι, 1. *Pet. c. V,* 3. *Philip. III,* 17. 2. *Thess. III,* 9. 1. *Tim. c. IV,* 12. *Tit. II,* 7. Ἡγούμενοι, *Hebr. XIII,* 7: cujus verba lucem his afferunt, videlicet: Μνημονεύετε τῶν ἡγουμένων ὑμῶν, οἵτινες ἐλάλησαν ὑμῖν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ· ὧν μιμεῖσθε τὴν πίστιν. *Memores estote Ductorum* (Antecessorum) *vestrorum, qui locuti sunt Vobis sermonem Dei: quorum imitamini fidem.* Hebræis *Ductor* & *Doctor* eodem nomine veniunt, אלוף *Alluph*. Græcis, ὁ Προάγων. unde adagium: ὁ καλὸς προάγων, ἐμποιεῖ τὸ καλῶς ἕπεσθαι. *Bonus Dux facit bonos asseclas*: vel, *ut alii benè sequantur*. In militia, *Bonus Dux bonos milites facere* dicitur: quatenus suo exemplo forti & animoso incendit eorum animos ad rem benè gerendam. Huc spectare videntur sequentia verba *Eutropii*: Τύπῳ γὰρ προάγοντος, ἐξ ἀνάγκης νουθετοῦνται καὶ τοὺς ὁρῶντας. *Exemplari gregis praeunte, necessario admoneri etiam* sui officii *eos, qui in illud intuentur.* Officium verò *exemplar spectantium* est, illud *imitari*, *sectari*, *sequi*: ut & Apostolus exprimit verbis, μιμεῖσθε τὴν πίστιν. sed & τοὺς ὁρῶντας, non tacuit; quando dixit, ἀναθεωροῦντες ἔκβασιν, *contemplantes exitum.* Itaque, dum hæc attendo, & quòd *Eutropius* verba faciat ad

Mege-

Megethium, *Droserium*, *Valentem*, *Marinum*, factionis Marcioniticæ atque Valentinianæ *Duces* & *Antecessores*, quos *ignorantiæ* doctrinæ veræ, ac *erroris* à recta via perstrinxerat : jam verò etiam *seductionis* aliorum plurium crimen iisdem objiciat, quos in eosdē errores, cum salutis æternæ periculo atque dispendio, abducant : omnem culpam illis Magistris impingit ; tanquam *Exemplaribus*, quæ inspectant alii : tanquam *Doctoribus*, quorum *fidem imitantur* alii : tanquam Præcentoribus, sine quorum ὑφηγήσει, *institutione*, *hortamentis* & instinctu, nunquam tam absurda dogmata susciperentur.

Ibid. lin. 12. Σχίτλιος Μαρκίων] Humfredus retinet in versione *Schetaus*, ac si epitheton proprium Marcionis fuisset. Sed præfero Pici versionem : *Miser Marcion*. nimirum legit, σχέτλιος. Et facilis prorsus fuit lapsus scriptoris, Λ in Α convertentis. σχιταῖος autem vox Græca, quantum novi, non est.

Pag. 150. *lin.* 32. καὶ ἀποιήμαστι. τὸ γὰρ ἀγένητον καὶ ἀποιήμαστον] Picus videtur legisse : καὶ αὐτοφυῶς, τὸ γὰρ ἀγένητον καὶ αὐτοφυές· vertit enim, *etiam sponte naturâ consistunt : quod enim increatum est, suâpte naturâ consistit*. Cæterùm dictio ista ἀποιήμαστος mihi apud alios Græcos nondum occurrit.

Pag 152. *lin* 9. Ἄγνωστος ὤν] Marcionitarum *Deum novum* & *ignotum* scitè perstringit, Tertull. *l.* 1. *adv. Marc* c. 8. *p.* 435. *& l.* 1. *carm eund describit*. Vide *Dial. hujus sequentem p.* 159.

Ibid. lin. 10. ἤ τισιν εἶπε καὶ εἶπεν] Picus & Humfredus corrigunt εἶπε. καὶ εἰ εἶπεν Hic sic : *Nam si est bonus Deus*, *quem ipsi fingunt Opificem*, *qui hoc alicui aut aliquibus dixeris* , *ignotus esse deprehenditur : ac demonstrandum erit*, *quando*, *quid*, *quibus dixerit Et si dixit*, *minime verum est ipsum esse Ignotum*, &c : Humfredus : *Si enim is*, *qui refinxerat* , *& bonus Deus* , *quomodo isti jactitant*, *hoc alicui aut aliquibus dixit : invenitur scilicet ignotus ille etiam docuisse aliquando*, *& alicui dixisse*, *& aliquid*. *Si dixit*, *falsum illum incognitum asserere*, &c : Notabilis discrepantia Interpretum. Tentavimus ergo, An retentis nostri Codicis verbis & distinctionibus sensum rei præsentis eruemus ? Doctioribus cessuri.

Pag. 153. *lin.* 11. Πατὴρ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν ἡμῖν. πατὴρ ἐπὶ πάντων Θεός. Ordinem verborum paululùm perturbat, dum memoriter recitat. Verba sic habent : Εἷς Θεὸς καὶ Πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν ἡμῖν. Nempe, Duo intermedia epitheta, ὁ ἐπὶ πάντων καὶ διὰ πάντων, omissa sunt : Ex illis tamen alterum mox repetitum, cum assumptione duorum præcipuorum Nominum, Πατὴρ & Θεός. hoc modo, Πατὴρ ἐπὶ πάντων Θεός. Hinc enim argumentari volebat.

Pag. 154. *lin* 25 εἰς δυσωπίαν ἡ φιλονεικία ἄγει] Origenes, *l.* 1. *cont. Cels. p.* 40. χαλεπὸν γὰρ φιλονεικία καὶ πρόληψις πρὸς τὸ μὴ ἀκούειν καὶ τοῖς ἐναργέσιν ἀντιβλέψαι, ἵνα μὴ καταλείψωσι δόγματα διαδοποιήσαντα, οἷς συνήθεις ἐγένοντο πως, καὶ διαμορφώσαντα αὐτῶν τὴν ψυχήν. *Molesta res est contentio*, *destinataq*, *voluntas resistendi etiam manifestis* , *pudore discedendi a consuetis opinionibus*, *quibus jam imbuta est anima*. Arnobius, *l.* 1. *c. gentes*, *p.* . *Summotis omnibus contentionum studiis*, *quibus obscurari & contegi contemplatio rerum solet*.

Pag. 155. *lin.* 10. καὶ πρᾶγμα τοῦ Χριστοῦ] Compendium literarum in autographo decepit Codicis nostri descriptorem, ut πρᾶγμα legerit, pro πρα ; illud πατέρα, hoc πρᾶγμα denotat. Humfredus & Picus rectè legerunt & verterunt, Πατέρα τοῦ Χριστοῦ, *Patrem Christi*.

Pag. 156. *lin.* 27. Ἰησοῦ κοινωνία· φωτὶ πρὸς σκότος] Pici codex plenius : *Jesu communicatio : sicq*, *frustra dicetur*, *Quæ communicatio Luci ad tenebras* ? Proin legisse videtur : Ἰησοῦ κοινωνία· καὶ οὕτως εἰκῇ λέγεται, Τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος ; 2, Cor. VI, 14. Fefellit Exscriptorem nomen κοινωνία, quod brevi intervallo recurrit : prætermisit ergo quicquid inter utrumque scriptum erat. Quo genere σφαλμάτων nullum frequentius.

Ibid. lin. 30. ὁ Κύριος ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν ὁ χαριστεῖ] Picus notat in margine : *Respiciens versus cœlum*, non habetur in textu. Fateor : sed Origeni tritissimum est, dicta Scripturæ combinare , & ex diversis locis unam compingere sententiam. Sic *l.* 4. *c. Celsum p.* 226. appellat Diabolum τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου. verbis ex *Joh.* 12. 31. *& 2. Cor-*

& 2, Cor. 4. 4. conflatis: ubi in priori, ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου in posteriori, Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου, nominatur. Vid. Not. *in Protrept. ad p.* 218. Tertullianus, *l.* 4. *adv. Marc. c.* 26: *Cum in quodam loco oraſſet ad Patrem illum ſuperiorem, ſatis impudentibus & temerariis oculis ſuſpiciens ad Cælum Creatoris, à quo tam aſpero & ſævo, & grandine & fulmine potuiſſet elidi.*

Ibid. lin. 31. πρὸς τὸν κλῆρον ὀχυρωτοῦ] Tertullian. *l.* 1. *adv. Marc. p.* 440: *Ille quidem usq; nunc nec aquam reprobavit Creatoris, quâ ſuos abluit; nec oleum, quo ſuos ungit; nec mellis & lactis ſocietatem, quâ ſuos infantat; nec Panem, quo ipſum Corpus ſuum repræſentat: etiam in Sacramentis propriis egens mendicitatibus Creatoris.*

Pag. 157. *lin.* 17. ἀγαθοὶ οἶνος, ἄρτον τι] Vid. Epiphan. *hær. Marcionit. Elench.* 24. *ex Evang. Marcion.*

Ibid. lin. 24. κόκκῳ σινάπεως ἢ ζύμῃ.] Eadem urget Tertullian. *l.* 4. *adv. Marcionem c.* 30. *p.* 553.

Pag. 158. *lin.* 8. ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου] Vid. ſuprà Notas *ad p.* 67.

Ibid. lin. 10. τῆς Ἐκκλησίας χρῆναι ἀκροάσθαι] Picus vertit: *Cùm oporteris eſſe de Eccleſiâ.* Legit ergo, ἀκροώμενοι. Sed præfero noſtram lectionem. Impoſuit ei, quòd putârit, hæc ad Auditores dici: cùm ſit epithetum Eutropii: ut rectè animadvertit Humfredus. Sequentia mirificè ambacta ſunt verſionibus: cùm eſſent elegantiſſimæ rhetoricæ Auditorum compellationes: primò quidem heterodoxorum, ut quorum Promachus *Marcus* extrema verba fecerat: quæ abrupit Judex, quòd jam de illis (uti mox pronunciat) diſputatum ſatis eſſet. Dein ad Orthodoxos, & horum Defenſorem Adamantium ſe vertit. Tandem, poſt cenſuram *Marci* & laudes *Origenis*, ſententiam fert.

Ibid. lin. 17. ἧς ὑπερμαχητὴς τυγχάνεις] Picus iterum: *Cujus Adamantius eſt propugnator.* refert ergò pronomen ἧς ad ὁδόν. At melius, ni fallor, Humfredo: qui legiſſe videtur ᾧ ὑπερμαχ. τυγχ. quamvis reclamante MS. Codice.

Ibid. lin. 35. ἀποδέξας ἀγῶν] Vel *Adamantium* deſignat, quem ὑπερμαχητὴν paulò antè ſalutârat: quod accentus poſtulat: vel, Accentus trajectus eſt, & ſcribendum erat ἀγών. Diſputationis præſentis *certamen, innuens*, monſtrare Viam ad veram fidem; quam ſtatim confitetur.

Pag. 159. *l.* 2. ἐν ἁγίῳ ὁμοουσίῳ τελειῶ] De voce ὁμοούσιος, *Vid. Not. ad p* 3.

Pag. 160. *lin.* 7. διδασκάλων] Legunt Picus & Humfredus διδασκαλεῖον. hinc ille vertit, *eorumq; ſchola*: iſte, *eorum ſchola & auditorium.* Quamvis nihil magnoperè obſtat, quò minus διδασκάλων perſtet, repetitô ἀπὸ τοῦ κοινοῦ antecedente Subſtantivô σῖφος.

Ibid lin. 9. συνεχάλεσεν βασιλεῖς καὶ πάντας ἄρχοντας] Vide de hoc loco Præfationem noſtram, in ſuperioribus.

Ibid lin. 19. τοὺς περὶ Μαρῖνον] Picus legiſſe videtur, τὸν Μαρῖνον. ſic enim verba interpretatur: *Ne Marinus repudiet meam ſententiam.* Rectiùs, licèt acerbiùs, Humfredus: *ut qui ſe Mariniana hæreſi devoverant, meæ ſententiæ dictionem & conſilium non aſpernentur.*

Ibid. lin. 28. Θῶς, πάντοφι,] Deeſt hîc Epilogus in Pici tralatione. Si quis eum recentiùs aſſutum exiſtimat, cum eo non contenderim. Certum interim eſt, Tales acclamationes & applauſus poſt Sermones, Conſultationes & Diſputationes publicas, ab Auditoribus & plebe fieri ſolitas: etiam in Eccleſiis, aliiſque ſacris Congregationibus. De quibus, & aliis, nunc temporis prætermiſſis, aliàs DEO dante diſertiùs agemus.

FINIS NOTAR. IN DIALOG. ORIGENIS CONT. MARCIONITAS.



ggg NOTÆ

NOTÆ IN ORIGENIS EXHORTATIONEM AD MARTYRIUM.

Pag. 162. *lin.* 2.

Ὠριγένους εἰς Μαρτύριον προτρεπτικός.] Origenes, Martyris Leonidæ filius, Zelo Dei flagrantissimus, in persecutione Severi unà cum Patre juvenis adhuc martyrium adire omni nisu voluit; ni matris curâ præpeditus, absconditis vestimentis, domi latere coactus fuisset. Interim tamen, ne stertere videretur, Patri προτρεπτικωτάτην περὶ Μαρτυρίου ἐπιστολὴν (verba sunt Eusebii, *l. VI. Hist. Eccl. c.* 2.) *epistolam ad Martyrium exhortatoriam vehementissimè scriptam* transmisit. Postea pace Ecclesiis aliquandiu concessâ, recrudescente sub Maximino imprimis adversùs Ecclesiæ Principes & Clericos propter ipsum Origenem persecutione (uti volunt Orosius, *Hist. l.* 7. *c.* 19. & Freculsus, *Chron. Tom.* 2. *l.* 3. *c.* 3.) cùm Ambrosium & Protoctetum οὐχ ἡ τυχοῦσα περίστασις, *non vulgaris afflictio* (Eusеb. *Hist. Eccles. l.* 6. *c.* 28.) comprehendisset; amici munere defuncturus, eleganti hac ex meris ferè Scripturæ verbis, ut efficacior esset, conflatâ Oratione solarium afflictis tulit; ipsi verò maximam gloriam ob confessionem nominis Christi sunt adepti. Patet verò ex Nicephoro Call. *l.* 5. *c.* 31. *Hist. Eccl.* libellum hunc postea publicatum ad plures pervenisse: ac imprimis fideles in Palæstinâ eò confirmatos viriliter agones pertulisse, Decianâ persecutione flagranre. Cæsareæ verò in Cappadociâ eam scripsisse Origenem, erudité colligit Cl. Huetius: ibi enim per biennium apud Julianam virginem eum delituisse, docet Palladius, *in Lausiacâ. c.* 51.

Unicum adhuc præludendum existimo: An qui tam præclarè se in duabus gessit persecutionibus, in tertiâ sub Decio turpiter adeò se dederit, ut idolis thus accenderit Origenes; eoq; sit prorsus indignus, qui alios ad martyrium excitaret? Tradit hoc Epiphanius, *hær.* 64. *p.* 228. quem secuti sunt Niceph. Call. Cedrenus, Suidas, & reliqui Græcorum historici. Eusebius contrarium asserit, *l.* 6. *Hist. Eccl. c* 39. ubi agones & cruciatus Origenis, fortiter ab eod. superatos, non satis commendare potest. Hinc à Cardinali Baronio, *in Annal. Eccl. ad An Chr.* 253. *Num. CXXI.* Epiphanii auctoritas rejicitur; ut qui famæ incertæ, imò falsæ, credens, sibi aliisque imposuerit. Nec enim à Pamphilo, vel Ruffino, Origenis Defensoribus, crimen depulsum; nec ab Hieronymo, vehementis ingenii Viro, aliisque ejus accusatoribus, ei unquam objectum legitur: & tot ἀτόπως conjungit Epiphanius, ut fidem hactenus nullam mereatur. Scribit enim ibid. Origenem *innotuisse Alexandriæ* demùm *sub Decio*: cùm jam inde à Severi temporibus, in Ægypto, Græciâ, Italiâ, imò & toto Imperio clarus fit habitus. Item asserit: *post lapsum demùm amicitiam cum Ambrosio iniisse, & Tyri Commentarios in Scripturam scripsisse.* quod rursum evertit Euseb. *Hist. Eccl. l.* 6. *c.* 23. 24. 32. &c. Porrò ait, Illum XVIII. *annis Tyri in ocio post lapsum degisse.* Atqui Origenes sub Gallo & Volusiano mortuus est: regnavitque Decius, *an.* 1. *mens.* 3. Gallus autem & Volusianus, *an.* 2. *mens.* 4. Consulatur *Eus. H. Eccl. l.* 7. *c.* 1. *& l. poster. Chronicor. ab Hieron. latinè vers. pag.* 175. Unde ergo nobis illi XVIII. anni? Affirmat: Origenem *ex Aegypto profugum, quòd irrisorum contumelias ferre non posset: & Hierosolymam accedentem,* ὑπὸ τοῦ ἱερατείου, *à Sacerdotum Collegio, invitatum fuisse, ut publicè populum doceret.* Quis verò crediderit; Virum, qui publico scandalo omnium animos offendit, in officio Sacerdotali relictum, ne dum honore tali affectum fuisse? Certè severitas disciplinæ Ecclesiasticæ, illis præsertim temporibus strictissimè observatæ, nihil tale admittit.

Audiamus ipsum Origenem, *l.* 3. *c. Cels. p.* 143. Quomodo Christiani lapsos, si resipiscant, rursus admittant: ὡς ἐκβεβλημένους ἀρχῆς καὶ προστασίας τῆς λεγομένης Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ παραλείποντες τοὺς φθάσαντας, μετὰ τὸ προσειληλυθέναι τῷ λόγῳ ἐπταικέναι. *ut, quoniam lapsi sunt, excludantur imposterum ab omnibus dignitatibus & magistratibus Ecclesiasticis.* Vide Concil. Nicæn. *Can. X.* Ancyran. *Can I. & II* & in hos Celeb. JC. Christoph. Justelli Notas. Conf. Cyprian. *lib.* 1.

lib.1.epist.4. & 7. &c. Itaque absque tali suspicione vel præjudicio, piam *Origenis ad Martyrium Exhortationem* securè ac tutò perlegere possumus.

Pag.162. lin.4. Οἱ ἀπὸ γογγυλαχλισμῷ] Locus ex *Esaj.*28. v. 9. 10. 11. obscurus, in procœmio satis commodè explicatur. Sequitur autem Origenes LXX. Interpretes, non hebraicam veritatem. Observat Hieronymus, *in Commentariis, Tom.* 5. *p.* 117. ingens discrimen in v. 10. cumque sic reddit: *Quia manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi.* Hæc vir linguæ hebrææ, si quisquam alius, peritissimus. Defendit tamen LXX-viralem versionem Epiphanius, qui ab Hieron. *in apol. adv. Ruffinum* πεντάγλωττος, *quinque linguarum cognitione doctus* celebratur: adducitque ipsa verba hebræa, *hær.* 15. *p.*39. αὐτὰ τὰ ἑβραϊκὰ ῥήματα τελεσθέντα ἐνταῦθα παραθήσομαι αὐταῖς λέξεσιν, ὡς ἔστι γεγραμμένον. τὸ γὰρ σαυλαῦ ἀπὸ σαυλασαῦ, ἑρμηνεύεται θλίψις ἐπὶ θλίψιν· καυλακαυὰχ, καυλακαὰχ, ἐλπὶς ἐπ' ἐλπίδι· ζειρσαὰμ, ζειρσαὰμ, ἔτι μικρὸν, ἔτι μικρὸν προσδέχου. Hebræa sic habent צו לצו צו לצו קו לקו קו לקו זעיר שם : זעיר שם unde græca male expressa facilè corriguntur. Scribendum erat: Σαῦλασαῦ, σαῦ λασαῦ. dein, Καῦ λακαῦ, καῦ λακαῦ. denique, Ζειρσάμ, ζειρσάμ. Utra versio autem præferenda sit, φιλεβραίοις censendum relinquo. Nisi Epiphan. ipsa Hebræa vocabula apposuisset, pronum fuisset conjicere, tunc lectum fuisse צר לצר *Vau* in *Resch* mutato, productò tantùm cornu superiore. צר enim θλίψιν, *angustiam* significat: sed, צו idem est quod *præcipe, manda.* Obiter ex his Epiphanii discimus: unde Nicolaitæ suum Deum Καυλαυκαὺχ, vel Καυλακαῦ (utì Theodoretus scribit, *lib* 1. *hær.fabul. c.*4.) aut potiùs Καυλακαῦ, Hebræo nomine imperitos terrente, procuderint & effinxerint.

*Ibid. lin.*13. Ἀμβρόσιε θεοσεβέστατε] Celebris hic est, & ab Origene in singulis ferè operibus suis decantatus ἐργοδιώκτης. Doctissimus Spencerus, *in Notis ad libros contra Celsum, p.* 1. multa veterum testimonia de eo collegit. Itaque paucis mihi agendum, tantùm nonnulla prætermissa addituro. Ambrosius iste, ratione prosapiæ, indolis & existimationis, Hieronymo *in Catal.* dicitur *Vir nobilissimus*, ἀνὴρ ἀξιόπιστος, & Epiphanio, *hær.*64. *p.* 228. τὶς τῶν διαφανῶν ἐν αὐλαῖς βασιλικαῖς, *Vir insignis in aulis Regum.* Freculfo, *Tom.* 2. *l.*3.*c.*7. *Vir nobilis & elegantis ingenij.* Glycæ, *Annal. l.* 3. ἀνὴρ ἐπίσημος καὶ φιλόλογος, *Vir insignis & literarum amans.* Cujas fuerit, non liquet. Alexandriæ ipsum vixisse, dum converteretur; satis, opinor, clarè innuit Eusebius. *l.* 6. *c.*18. Illæ enim disputationes & institutiones, quas commemorat, præcipuè Alexandriæ sunt ab Adamantio habitæ; ubi per multos annos floruit, teste Hieron. *in Origene.* Et ibidem initium Commentariorum in Scripturam fecit, librosque de Principiis, & στρωματεῖς, atque alios composuit: Euseb. *l.* 6. *c.* 24. Postea Ambrosius, partim propter persecutionum rabiem, partim suæ commoditatis ergo, hinc inde commigravit. *Athenis* vixit; Hieron. *epist. ad Marcellam:* & *Nicomedia*, cùm Origenes ad Africanum scriberet. In *Germania*, ubi captivus cum Protocteto detinebatur, sicut inferiùs indicatur. *Cæsarea*, ubi ait Cedrenus, *p.* 208. quòd Ambrosius Origenē ad explanandam Scripturam primùm excitârit. *Tyri*, ubi, si credamus Epiphanio, *hær* 64. *pag.* 228. sumtus ministrante & opus urgente Ambrosio, Origenes universam Scripturam explicavit. Fallitur tamen tam Epiph. quàm Cedrenus: uti patet ex Euseb. *Hist.Eccl. l.6.c.*23. & 32.

Sed quamvis naturæ dotibus insignis, hæreticâ tamen labe infectus multis visus erat: Eusebio, *l.* 6. *c.* 18. Nic. Callisto, *Hist. Eccl. l. V. c.* 12. *Valentinianus*, Hieronymo *in Catal.* & Freculfo, *Tom.*2.*l.*3.*c.*7. *Marcionites*, Cedreno, *hist. pag.* 208. Imò verò *utrumque* Epiphanio, *hær.* 64. ac insuper *Sabellianus* audit. Errat tamen Epiphanius, aut forsitan ejus Descriptor; qui *Sabellianum* pro *Valentiniano* posuit: cùm Sabellii hæresis post Ambrosii obitum demùm sub Gallo & Volusiano cœperit innotescere: ut Euseb. *Hist. Eccl. l.* 7. *c.* 6. testatur. Veritatem autem ab Adamantio edoctus, σπουδαῖος περὶ τὰς θείας ἀναγνώσεις τῶν θείων γραφῶν, διὰ τὴν ἐν ταῖς θείαις βίβλοις βαθύτητα τῶν νοημάτων, ἠξίωσε τὸν αὐτὸν Ὠριγένην φράσαι αὐτῷ. *Studiosus divinæ lectionis S. Scripturæ, propter profundum divinorum librorum sensum, Origenem rogavit, ut sibi eos explicaret.* Imò, uti Cedrenus

drenus ait, *ἱκετεύσας πολλὰ καὶ παραβιασάμενος*, *supplici prece & vi adhibitâ*, eum huc compulit. At, non contentus verbis animum addere Viro animoso, præbuit eidē septem, & plures etiam Notarios; totidem Libratios, aliquot insuper puellas eleganter scribendi peritas: uti post Euseb. & Hieronymum tradunt, Epiphanius, *hær.* 64 *p.* 228. Niceph. Callist. *H. Eccl. l.* 5. *c.* 15. Glycas, *Annal. l.* 3. *pag.* 242. Cedrenus, *Hist. pag.* 208. Freculfus, *Tom* 2. *l.* 3. *c.* 7. Zonaras, *Annal. Tom.* 2. *p.* 226. Divitias enim non mediocres vir liberalis possidebat. unde infrà Origenes: *ηὐξάμην ἂν τοσαῦτα κτησάμενος ἐπὶ γῆς, ὁπόσα ἔχεις, ἢ καὶ τούτων πλείονα, γενέσθαι μάρτυς ἐν Χριστῷ Θεῷ, ἵνα πολλαπλασίονα λάβω*. *Optarim ego, quamvis tantorum bonorum essem possessor; quantorum tu es, imò etiam plurium*; nihilominùs *fieri martyr in Christo Deo, ut multiplicia ea reciperem*.

Singularem ejus diligentiam iterum commemorat Origenes, *in fragmento epistola*, apud Cedrenum, *p.* 208: *Ὁ ἱερὸς καὶ Θεῷ γνησίως ἀνακείμενος Ἀμβρόσιος πολλὰ προσαγορεύει σε· ὅστις νομίζων με φιλόπονον εἶναι, καὶ πάνυ διψῆν τοῦ θείου λόγου, ἤλεγξε τῇ ἰδίᾳ φιλοπονίᾳ, καὶ τῷ πρὸς τὰ ἅγια μαθήματα ἔρωτι. ὅθεν ἐπὶ τοσοῦτόν με παρελήλυθεν, ὥστε κινδυνεύειν ἀπαυδᾷν πρὸς τὰς αὐτοῦ προτάσεις. οὔτε γὰρ δειπνῆσαι ἔξεστιν ἡμῖν ἀντιβάλλουσιν, οὔτε δειπνήσασιν ἔξεστι περιπατῆσαι καὶ διαναπαῦσαι τὸ σωμάτιον. ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις φιλολογεῖν καὶ ἀκριβοῦν τὰ ἀντίγραφα ἀναγκαζόμεθα. οὔτε μὴν ὅλην ἐπὶ θεραπείᾳ τοῦ σώματος τὴν νύκτα ἔξεστιν ἡμῖν κοιμηθῆναι, ἐπὶ πολὺ τῆς ἑσπέρας τῆς φιλολογίας παρατεινούσης. ἐῶ δὲ λέγειν καὶ τὰ ἕωθεν μέχρις τῆς ἐννάτης ὅτε καὶ δεκάτης ὥρας. Sanctus Deoque sincere deditus Ambrosius multam tibi S. D. Is cùm me existimet laborum tolerantem esse, & Sacra Scriptura cognoscenda avidum, suo laborum studio & amore sacras res discendi, id exploravit. Tanto autem me post se reliquit intervallo, ut periculum sit, ne de solvendis, quotquot is mihi proponit, quæstionibus, desperare cogar. Nec enim cœnare nos exemplarium inter se collatio sinit, neque a cœnâ ambulare. aut corpus quiete relaxare datur. sed illo etiam tempore literis vacare & emendare exemplaria cogimur. Neque verò corporis reficiendi causâ totam nobis noctem dormire conceditur. labore in multam noctem se intendente. Ne dicam de matutinis laboribus; qui ad nonam, nonnunquam verò decimam horam porriguntur.* Verè itaque ab Origene *ἐργοδιώκτης*, *operis exactor* appellatur; qui non solùm præsens quotidie ab eo opus exigebat, Hieron. *in Hippolyto*; sed & absens efflagitavit. Orig *Tom. V. in Joh. ἐπεὶ μὴ ἀρκούμενος τὸ παρὸν ἀπειληφέναι πρὸς ἡμᾶς ἔργον τῶν τοῦ Θεοῦ ἐργοδιωκτῶν, καὶ ἀπόντας, τὰ πολλά σοι σχολάζειν καὶ τῷ πρὸς σε καθήκοντι ἀξιοῖς. Quoniam non contentus, si præsens sis, assumere à nobis opus Dei-Montorum; etiam absentes rogitas, ut pro nostro erga Te officio multa tibi elaboraremus*. Vid. *c. V. Philocalia*: &, an Doctiss. Interpres loci sensum sit assecutus, judica.

Neq; verò Ambrosius tantùm alieni laboris cupidus, sed cùm judicio polleret, etiam Censor & Corrector fuit Uti mox ex *Epistolâ ad Africanum* audiemus. Ipsius etiam ad Origenem literas, procul dubio ab eodem collectim editas, laudat Hieronymus *in Ambrosio*, & Freculfus, *l. dict.* Studio sacro opera pietatis responderunt, fuit enim *Confessionis Dominica gloriâ insignis*. Frecul. *l. dict.*

Quod ad vitæ genus, uxoratus erat. Sic enim Origenes eum inferius alloquitur: *καὶ σὺ μὲν ὁ ἔχων γυναῖκα, καὶ τέκνα, καὶ ἀδελφοὺς, καὶ ἀδελφὰς, & tu quidem, qui habes Uxorem, & liberos, fratres & sorores*. Uxoris nomen exprimitur *sub finem epistola ad Africanum*: *Προσαγορεύει σε ὁ συναγωνισάμενος τῇ ὑπαγορεύσει τῆς ἐπιστολῆς, καὶ παρατυχὼν πάσῃ αὐτῇ ἐν οἷς βεβούληται διορθωσάμενος Κύριός μου καὶ ἀδελφὸς, Ἱερὸς Ἀμβρόσιος. ἀσπάζεταί σε καὶ ἡ πιστοτάτη σύμβιος αὐτοῦ Μαρκέλλα ἅμα τοῖς τέκνοις. Salutat Te, qui operam suam contulit in dictandâ epistolâ, & adfuit omnibus, ut quæcunque vellet corrigeret, Dominus meus & frater S. Ambrosius. Salutat Te pariter fidelissima Uxor ejus Marcella, una cum liberis.* In Ecclesiâ verò Diaconi munere fungebatur, Hieronymo & Freculfo testibus. Quando obierit, incertum est. Hoc constat ex *epistolâ ad Africanum*; quæ post persecutionem Maximini scripta colligitur, ex Euseb. *c.* 31. *l.* 6. atque Hieronymum & Freculfo: eum è manibus persecutorum elapsum, postea mortuum esse naturali morte, idque ante Origenis obitum.

Quare

Quare cum grano salis intelligendus est Niceph. Callistus: λέγει ἐκείνοις ὁ μέγιστος ὡς ἀγωνία τῇ τοῦ διωγμοῦ ἐκείνου σφοδρότητι, ἐν ᾧ καὶ ἀμφω λόγον ἔχει τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ ἆθλον λαμπρῶς ἀγωνίσασθαι. *Magna eos sollicitudo propter persecutionis vehementiam incesserat, in quâ, fama est, ambos certamen pro Christo fortiter sustinuisse.* nec martyrio eos affectos opinemur: quod Zonaras, *annal. Tom. 2. p. 226.* affirmat: Ἀμβρόσιος φιλολόγος ἀνὴρ τῷ τοῦ μαρτυρίου λέγεται κοσμηθῆναι στεφάνῳ ἅμα Πρωτοκτήτῳ πρεσβυτέρῳ. *Ambrosius Vir literarum amans cum Protocteto Presbytero dicitur martyrij coronâ ornatus fuisse.* nisi fortè Protoctetus tunc interfectus sit. De hoc enim, quod affirmem, non habeo.

Ibid. lin. 14. πρωτόκτητε συναθλητά] *Protoctetus* hic quis fuerit, ex hoc opusculo non licet conjicere. infrà simpliciter συναγωνιστής, *certaminis socius*, sive Commilito Ambrosii vocatur. Hieron. *in Ambr.* & Freculfus, *l. d.* eum *Presbyterum*; Euseb. verò *l. 6. c. 28.* & Niceph. Call. *l. V. c. 10. Hist. Eccl.* πρεσβύτερον τῆς ἐν Καισαρείᾳ παροικίας, *Ecclesiæ Cæsariensis Presbyterum*, appellant. In cœlibatu eum vixisse, palàm est è sequentibus: ubi ab Ambrosio, uxorem liberosque habente, discernitur; & dictum Christi, de odio habendis Patre, matre, Uxore, & liberis, soli Ambrosio inculcatur. Plura de illo non observavi.

Pag. 165. lin. 34. διϊστάνται αὐτὴν, ὁ μόνον ἀπὸ τοῦ γηΐνου σώματος, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ παντὸς σώματος] Origenes, *l. 1. de principiis cap. 8. pag. 686*: *Videmus illos assumi, qui mortificantes membra sua, & transcendentes non solùm corpoream naturam, verùm etiam animæ ipsius ambiguos fragilesque motus, adjunxerint se Domino, facti ex integro Spiritus.*

Pag. 166. lin. 20. περὶ δὲ ἀπιστίας μόνοι τὸ ἐναλλὰξ ἀγωνίζεται γένος] Orig. *l. 2. contra Cels. p. 86*: Οὗτοι δὲ ἀσεβείας πάσχοντες, ταῦτα καὶ μόνοι πάντων ἀνθρώπων διὰ τὴν φαινομένην αὐτοῖς ὁδὸν τῆς εἰς τὸ θεῖον ἡμῶν εὐσεβείας ἐλαύνονται. *Hi*, scil. Christiani, *propter pietatem patiuntur; & soli hominum propter agnitam divini cultus rationem exagitantur.* & pp ὑπερηφάνως πολλὰ τῶν παρ᾽ Ἕλλησι ἱστορημένων ἐπὶ τῇ καρτερίᾳ, ἢ αἰδέσει τῶν φιλοσοφησάντων *longè à tergo relinquentes omnes Philosophos quorum fortitudo atque tolerantia celebratur Græcorum historiis.* Imò, ut Celsus, Philosophorum fortitudinem subinde objiciens, magis Christianorum magnanimitatem & pro pietate Zelum agnosceret; istos *l. 7. p. 357.* describit; οὕτω προχείρως ὑπὲρ ἀσεβείας τιθέντες τὸ σῶμα, ὡς οὐδὲ τοιμάζει ἀποδύσαιτ᾽ ἂν ἐχθρὸς φιλόσοφος. *tam promtè corpus pro pietate deponentes, quam promptè Philosophus vix vestem exueret.*

Ibid. lin. 27. προτιμῶντες τὸν μετ᾽ εὐσεβείας θάνατον, τῷ μετὰ ἀσεβείας ζῆν.] Etiam Ethnicis hoc tritum. Isocrates *ad Nicoclem*: αἱροῦ καλῶς τεθνάναι μᾶλλον, ἢ ζῆν αἰσχρῶς· *elige potiùs benè mori, quàm turpiter vivere*, Et *in laud. Helenæ*: κρεῖττόν ἐστι τεθνάναι μᾶλλον ἢ ζῆν αἰσχρῶς *potius est mori, quàm turpiter vivere.* Origen. *l. 2. cont. Cels. p. 71*: Σωκράτης εἵλετο, κατὰ τὸ φαινόμενον αὐτῷ εὔλογον, κρεῖττον αὐτῷ εἶναι, φιλοσόφως ἀποθανεῖν, ἢ ἀφιλοσόφως ζῆν *Socrates maluit, certam quandam suam rationem secutus, mori philosophicè, quàm vivere vitam indignam Philosopho. Philosophicè*, sed parùm piè, moriatur, qui cicutam bibit: longè aliter Christiani: quibus ipse Imperator Antoninus, *in epistolâ ad Commune Asiæ* testimonium perhibet: ὑμῖν δ᾽ ἂν κἀκείνοις αἱρετὸν, τὸ δοκεῖν κατηγορουμένοις τεθνάναι μᾶλλον ἢ ζῆν, ὑπὲρ τοῦ οἰκείου Θεοῦ. ὅθεν καὶ νικῶσι, προϊέμενοι τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, ἤπερ πειθόμενοι οἷς ἀξιοῦτε πράττειν αὐτούς. *Illis longè optabilius fuerit, ut in jus vocati mortem oppetere videantur pro Deo suo, quam ut incolumes remaneant; ita Victores evadunt, animas suas potius projicientes, quam ut ea facere, quæ vos jubetis, in animum suum inducant.* Euseb. *l. 4. Hist. Eccl. c. 13.* Prudentius, περὶ Στεφάνων, *hymno* 10:

Fixa & statuta est omnibus sententia,
Fidem tueri vel libenter emori.

Pag. 167. lin. 10. εἰ ἐπὶ ἀσεβείας ἐξομνύμενοι τὸν Χριστιανισμὸν, ἢ πρὸ ἀσεβείας ὁ λατρεύοντας μὲν, προσκυνοῦσι δὲ τοῖς εἰδώλοις.] Distinguit προσκυνῆσαι & λατρείαν adducitque locum, *Num. XXV. v. 2*: ubi Hebræa verba: וַיִּשְׁתַּחֲווּ לֵאלֹהֵיהֶן *Et incurvaverunt se Diis earum*: à LXX. redduntur, καὶ προσεκύνησαν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν. Itaque secundùm Origenem λατρεία, *cultum cordis*, προσκύνησις verò *cultum externum* denotat: quorum utro-

uterque prohibetur, ne Idolis præstetur, Præcepto Decalogi Secundo, *Exod. XX.* Vide Origen. *hom* 8. *in Exod. Tom.* 1. *p.* 86. Sed & ad politicum civilemque honoris cultum προσκύνησις trahitur, 2. *Reg. XVIII.* 4. *&* 22. atque alibi passim. Sic *in Can.* 16. *Concil. Carthag.* sancitur, οἱ ἀναγνῶσται τὸν δῆμον μὴ προσκυνῶσιν. *Lectores populum non adorent.* Id est, Zonarâ explicante; ut honorem hunc Sacerdotibus debitum illis solis deferant, neque ad populum salutandi gratiâ se pariter vertant. Anastasius Antiochenus, *in epist. ad Scholasticos quosdam*: Προσκυνοῦμεν καὶ ἀνθρώπους καὶ ἀγγέλους, καὶ ἁγίους, οὐ μὴν λατρεύομεν αὐτοῖς· Κύριον γὰρ, φησὶ Μωυσῆς, καὶ τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις· ὅρα, πῶς ἐπὶ τοῦ λατρεύσεις προσέθηκε τὸ μόνῳ, ἐπὶ δὲ τοῦ προσκυνήσεις οὐδαμῶς· ὥστε προσκυνεῖν μὲν ἔξεστι, τιμῆς γὰρ ἔμφασίς ἐστιν ἡ προσκύνησις, λατρεύειν δὲ οὐδαμῶς· οὐκοῦν οὐδὲ προσεύξασθαι. *Adoramus etiam homines, & Angelos, & sanctos, non autem colimus eos. Moses enim inquit*: Dominum Deum tuum adorabis, eique soli servies. *Vide, quomodo verbo* servies, *addidit* soli; *neutiquam vero verbo* adorabis: *quia etiam alios adorare licet. nam Adoratio est honoris declaratio*: Servire *autem nequaquam: adeoque nec* Invocare. Observatio hæc Anastasii de verbo λατρεύειν, non magni momenti videtur Cl. Suicero: quòd exempla dentur in contrarium. Sed & idem me monuit, recentioribus Græcis προσκυνεῖν, vel προσκύνησιν ποιεῖν, esse κλίνειν τὸν αὐχένα, *inclinare cervicem*, vel κλίνειν τὴν κεφαλὴν, *inclinare caput.* Vid. Ejusd. *Observat. Sacrar. c.* 1. *pag.* 24. Cautiùs tamen Veteres de προσκυνήσει fuisse locutos, inferiùs monebitur, *ad pag.* 168.

Ibid. lin. 30. μοσχοποιΐαν] Eleganter vocem deducit à biblicâ voce μοσχοποιεῖν, quâ utitur Stephanus πρωτομάρτυρ, *Act. VII.* 42. & ab eo mutuatur Origenes, *l.* 1. *cont. Cels. p.* 6. τὰς ἐντολὰς συνέτριψεν ἡ κακία τῶν μοσχοποιησάντων. *Præcepta Mosis fregit malitia fabricantium vitulum.*

Pag. 168. *lin.* 28. πηλίκον ἁμάρτημα εἶναι νομιστέον, τὸ ὀμνύναι τύχην τινός] ὀμνύναι τύχην τινὸς, est *Jurare Per Fortunam*, aliàs *Per Genium alicujus.* Alludit Origenes ad impium Paganorum morem, *Per Fortunam*, Perque *Genios Cæsarum* jurantium. Minucius, *in Octavio, pag.* 33. *Etiam Principibus & Regibus turpiter adulatio falsa blanditur. Sic eorum Numen vocant, ad imagines supplicant, Genium, id est, Dæmonem ejus implorant; & est eis tutius per Jovis genium pejerare, quam Regis.* Tertullianus, *Apolog. c.* 28. *p.* 29: *Citius apud Vos, Per omnes Deos; quam, Per unum Genium Cæsaris, pejeratur.* Iterum, *cap.* 32: *Sed & juramus, sicut non* per Genios Cæsarum, *ita* Per salutem *eorum, quæ est augustior omnibus Geniis. Nescitis, Genios* Dæmonas *dici, & inde diminutivâ voce* Dæmonia? Et *l. ad Scapulam, c.* 2: *Iidem ipsi, qui per Genios eorum in pridie usque juraverant, qui pro salute eorum hostias fecerant & voverant, qui Christianos sæpè damnaverant; hostes eorum sunt reperti.* Idem jurare Christianos frequenter jussêre persecutores. Proconsul Smyrnensis S. Polycarpo, cùm ad martyrium raperetur, imperat: ὄμοσον τὴν Καίσαρος τύχην, *Jura per genium Cæsaris*: Euseb. *Hist. Eccl. l.* 4. *c.* 15. Niceph. *l.* 3. *c.* 35. Sed nec S. ille Vir, nec alii Christianorum, hanc impietatem admisêre. Rationes gravissimas affert Origenes, *lib.* 8. *cont. Cels. p.* 421: Τύχην μὲν οὖν βασιλέως οὐκ ὀμνύμεν, ὡς οὐδ' ἄλλον νομιζόμενον Θεόν. εἴτε γὰρ, ὡς ὠνόμασάν τινες, ἐκφορά μόνον ἐστὶν ἡ τύχη [ὁμοίως δοκοῦσι καὶ διαστάσειν] οὐκ ὀμνύμεν τὸ μηδαμῶς ὂν ὡς Θεὸν, ἢ ὅλως ὑφεστηκὸς, καὶ δυνάμενόν τι ποιῆσαι, ἵνα μὴ τὴν ὁμοτικὴν δύναμιν, εἰς ἃ μὴ δεῖ, παραλαμβάνωμεν· εἴτε καὶ (ὡς τισιν ἔδοξεν εἰποῦσι, τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως τὸν δαίμονα ὀμνύουσιν, οἱ τὴν τύχην αὐτοῦ ὀμνύοντες) δαιμόνιόν ἐστιν ἡ ὀνομαζομένη τύχη τοῦ βασιλέως· καὶ οὕτως θανατέον ἐστὶ μᾶλλον ἡμῖν, ὑπὲρ τοῦ μὴ ὀμόσαι μοχθηρὸν δαίμονα καὶ ἄπιστον. *Per Fortunam Regis* (Imperatoris) *non juramus, sicut nec per alia Numina fictitia: nam, sive (ut quidam putant) cursus tantùm rerum* Fortuna *est,* [*ex æquo discrepare videntur*] *non juramus per id, quod nihil est, tanquam per Deum, aut rem aliquam omninò subsistentem, atque pollentem viribus; ne jurejurando abutamur.* (Eâdem ratione, paulò antè in nostro contextu, πρᾶγμα ἀνυπόστατον, *rem non subsistentem* appellavit Fortunam.) *Sive etiam ut aliis videtur, (qui dicunt: Per Romanorum Imperatoris Genium jurant, qui Per Fortunam Imperatoris jurant)* Fortuna Imperatoris, *quæ nominatur,*

natur, aliquis Dæmonum est; etiam hactenus moriendum est nobis potius, quàm jurandum per malum & perfidum Dæmonem. Conf. sequent. *pag.* 205. *med.* Hinc Tertullianus, *Apolog. c.* 32. *pag.* 31: *Dæmonas, id est, Genios, adjurare consuevimus, ut illos de hominibus exigamus; non dejerare, ut illis honorem divinitatis conferamus.* Dissimulare hic non debeo insigne observationem Cl. & amicissimi Viri, *Sebastiani Feschij*, JC. dignam quæ hic apponatur: Sublatū esse per Imperatores Christianos Geniorum Nomen & cultum, inde liquere; quod frequens illud veterum nummorum symbolum GENIO AVGVSTI, GENIO CÆSARIS, GENIO IMPERATORIS, GENIO POP. ROMANI, ab Imperatoribus Ethnicis, atque imprimis Diocletiano, Maximiano, Maximino, Severo, Constantino, &c. ubique usurpatum, in sequentiū Christianorum Principum nummis nusquam appareat. Hæc ille.

Nec desiit prava consuetudo, etiam abolito fermè gentilismo, jurare, vel *per Vitam*, vel *per Salutem*, vel *per Caput* Regum atque Principum. Aben-Ezra de antiquo more: *Si quis juraverit* Per Caput Regis, *nec ratum habuerit juramentum suum; id est capitale est. Hic mos obtinet hodieq; in Aegypto. Quod si dederit pondo auri, non liberatur; quia sprevit Regem palàm.* Balsamon, *in Can.* 82. *Basilii ad Amphiloch. pag.* 1012; Εἶδον ἐγγράφως ὀμόσαντας εἰς τὴν κεφαλὴν τοῦ βασιλέως, καὶ πικρῶς κολασθέντας. *Vidi, qui sine scriptis* Per Caput Imperatoris *juraverant, acriter fuisse castigatos.* Jurârunt quoque *per Vitam Regis*, unde interdictum Caroli M. *in Capitul. l.* 3. *c.* 42: *Ut nullus præsumat*, per vitam Regis, *& filiorum ejus, jurare.* Jurârunt itidem *Per Principis Generationem*: *l.* 2. *Cod. de rebus creditis*: quod Græcè dicitur, ὀμνύειν κατὰ βασιλέως. quâ de re duo §. habentur apud Harmenopulum, *in Prompt. Juris, l.* 1. *c.* 7. §. 19. & 20. *pag.* 75. Item, *per Salutem Principum*, uti patet ex rescripto Arcadii & Honorii Impp. *l.* 41. *in fine Cod. de Transaction.* Ad cujus imitationem, C. Caligula, *Per* equi cujusdam sui, nomine *Incitati*, τήν τε σωτηρίαν καὶ τύχην ὤμνυε. *Salutem atque fortunam jurabat*: Dio Cass. Rom. *histor. l.* 59. *pag.* 747.

Donatistæ etiam quid singulare habebant; utpote, per suos Episcopos jurare solitis. quâ de re ab Optato Milevitano meritò acerrimè reprehenduntur, *l.* 2. *adv. Parmen. p.* 58: *Et ut in errorem Vos vester populus mittat, laudando felices appellat, & benè nominant*, & per Vos jurant, *& personas vestras jam pro Deo habere noscuntur. Solet DEUS, ad probandam fidem in juratione ab hominibus nominari: sed cùm* per Vos *juratur, jam apud Vestros de Deo & Christo silentium est. Si ad Vos divina migravit de cœlo Religio, quia* per Vos juratur; *nemo vestrûm aut vestrorum langueat, nolite mori, imperate nubibus, pluite si potestis: ut* per vos *plenius* juretur, *& de Deo sileatur. nam & prioribus seculis, ut templa fabricarentur, & Idola fierent; quid vestrò populò Diabolus potuit amplius facere?*

Pag. 168. *lin.* 33. ὑδρευμένου προσκυνητικοῦ τὰ κτίσματα παρὰ τὸν κτίσαντα] Præclarè Hieron. *To.* 2. *adv. Vigilantium, p.* 118: *Nos autem, non dico martyrum reliquias; sed ne Solem quidem & Lunam, non angelos, non Archangelos, non Cherubim, non Seraphim, & omne nomen, quod nominatur & in præsenti seculo & in futuro, colimus & adoramus; ne serviamus creaturæ potius, quam Creatori. Honoramus autem reliquias martyrum; ut Eum, cujus sunt martyres, adoremus.* Epiphan. *in Serm. ancorato p.* 490: Εἰ κτίσις ἐστὶν ὁ υἱὸς, οὐ προσκυνητὸς κατὰ τὸν ἐκείνων λόγον, μωρὸν γὰρ ἐστι κτίσιν προσκυνεῖν, καὶ ἀθετεῖν τὴν πρώτην ἐντολὴν, τὴν λέγουσαν· ἄκουε Ἰσραὴλ Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστι. *Si creatus est Filius, ut volunt haretici, neutiquam adorari debet Stolidum enim est, creaturam adorare, & transgredi primarium præceptum: Audi Israel, Dominus Deus tuus, unus Dominus est.* Idem, *har.* 79. *pag.* 448: Οὐ κυριεύσει ἡμῶν ἡ ἀρχαία πλάνη, καταλιμπάνειν τὸν ζῶντα, καὶ προσκυνεῖν τὰ ὑπ' αὐτοῦ γεγονότα· ἐλάτρευσαν γὰρ καὶ ἐσεβάσθησαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, καὶ ἐμωράνθησαν. εἰ γὰρ ἀγγέλους προσκυνεῖσθαι οὐ θέλει, πόσῳ μᾶλλον τὴν ἀπὸ Ἄννης γεγεννημένην; οὐ μὴν ἐκ τῆς γεγεννημένην παρὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, ἀλλὰ καθὼς πάντες ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς καὶ μήτρας γυναικός. *Non dominabitur nobis antiquus error; ut relinquamus viventem, & adoremus ea, quæ ab ipso facta sunt. Coluerunt enim & adorârunt*

runt creaturam supra Creatorem, & stulti facti sunt. Si enim angelos adorari non vult, quanto magis eam, quæ genita est ab Anna? neque aliter genita est supra hominum naturam, sed sicut omnes ex semine viri & utero mulieris. En! προσκύνησιν omni creaturæ, etiam angelis, ipsique B. Mariæ negata. Origenem idem sensisse patet, si ullum argumento suo robur inesse putavit. nam, & Angeli adorant Deũ æquè ac nos: & sunt angeli pariter à Deo creati ac homines. Estq; notandum προσκύνησιν, hic ab Origene solicitè distingui à λατρεία, ne cultum religiosum ullum angelis aut creaturis deferendum esse existimemus. Observavit magnus πολυΐστωρ, Ger. Joh. Voss. *l.* 1. *de Idolol. c.* 9. illustrem hac de re locum apud Origen. *l.* 5. *cont. Cels. p.* 233: τούτους οὖν ἀγγέλους ἀπὸ τοῦ ἔργου αὐτῶν μεμαθηκότες καλεῖν, εὑρίσκομεν αὐτοὺς, διὰ τὸ θείους εἶναι καὶ Θεοὺς ἐν ταῖς ἱεραῖς ποτὲ ὀνομαζομένους γραφαῖς· ἀλλ' οὐχ ὥστε προστάσσεσθαι ἡμῖν τοὺς διακονοῦντας, καὶ φέροντας ἡμῖν τὰ τοῦ Θεοῦ, σέβειν καὶ προσκυνεῖν ἀντὶ τοῦ Θεοῦ· πᾶσαν μὲν γὰρ δέησιν καὶ προσευχὴν, καὶ ἔντευξιν, καὶ εὐχαριστίαν ἀναπεμπτέον τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ διὰ τοῦ ἐπὶ πάντων ἀγγέλων ἀρχιερέως, ἐμψύχου λόγου καὶ Θεοῦ. *Angelos ex officio suo nominare docti, invenimus, propter divinitatem quandam interdum* Deos *vocari à S. Scripturâ: sed non sic, ut jubeamur eos adorare, aut divinis honoribus colere, quamvis dona Dei nobis afferant. Omnia enim vota, omnes interpellationes, deprecationes, & gratiarum actiones, destinandæ sunt ad Deum, rerum omnium Dominum, per majorem omnibus angelis summum Pontificem, vivum Verbum & Deum:* Adde huic alium locum nõ modò veritatem confirmantem, sed Origenis sensum magis declarantem. Nam posteaquam multis probâsset, quod Judæi, nec angelos, nec astra ullatenùs venerentur, Lege id prohibente; sic pergit, *p.* 236: Εἰ δὲ χρὴ ἀπολογήσασθαι ἡμᾶς, ἐπείπερ μὴ προσκυνοῦμεν ἀγγέλους, καὶ ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ ἄστρα, κτλ. *Si à nobis quoq;, qui nec ipsi pariter (ut Judæi) adoramus Angelos, Solem & Lunam, & astra, postulatur ratio: dicemus,* &c. *Solem, Lunam* & *Astra* jungit *Angelis*: quis verò Christianorum tam insanit, ut Solem, Lunam & Astra cultu religioso prosequi velit?

Quapropter dissentire cogor à Cl. Huetio, qui *l.* 2. *Orig. c.* 2. *q.* 5. §. 36. *p.* 90. Doctiss. Vossium incassum, ad Angelorum cultum repudiandum, Origenis auctoritatem prætendisse, contendit. Producit equidem ex *l.* 8. *contr. Cels.* non procul initio hæc verba: Ἴσως ἄν τι περὶ τοῦ θεραπεύειν αὐτοὺς σημαινομένου ἐκκαθάραντες, καὶ τῶν τοῦ θεραπεύοντος πράξεων, εἴπομεν ἂν εἰς τὸν τόπον, ὡς περὶ τηλικούτων διαλεγόμενοι, ἅπερ ἐχωροῦμεν περὶ αὐτῶν νοῆσαι. Scil. ubi præmisisset, Si Celsus de veris Dei servis, deque bonis angelis colendis locutus fuisset: *Fortè,* inquit, *colendi significatum repurgantes, & actiones colentium, dixissemus aliquid de hoc loco pro tantæ rei dignitate, proq; captu nostræ intelligentiæ.* Sed quinam sit *significatus* iste *purgatus,* & quæ *actiones colentium*, satis apertè colligitur, ex verbis à Cl. Viro pariter observatis: εὐφημοῦμεν αὐτοὺς καὶ μακαρίζομεν, *celebramus illos, & beatos prædicamus.* Atqui talem cultum ὁ πάνυ Vossius, *l. d.* largiter concedit: scilicet cultum *mentis*, per agnitionem excellentiæ & beatitudinis Angelorum; dein, *cultum voluntatis*; & denique *corporis*: prout fusè deducit. Sed, inquit, Vir Doctiss. Concedi θρησκείαν ex opinione Celsi, qui de vero cultu loquebatur. Atqui, si eam ita crudè illi concedere mens Origenis fuisset; quid opus erat tam solicitè cavere, ut *colentium actiones* & τοῦ θεραπεύειν, i. *cultûs* significatus purgarentur, h. e. eo sensu sumerentur, quo conveniret.

Objicit, Vir Doctiss. porrò *homil.* 1. *in Ezech.* ubi Origenes has preces ad angelum fundat: *Veni, Angele. suscipe sermone conversum*, &c. Verùm, tam manifesta est Apostrophe, ut incassum laborarem, si multis hanc ostenderem. Quàm apertè angelos introducit, in admirationem raptos propter incarnationem Christi, & tales voces inter se fundentes: *Si ille descendit, & descendit in corpus, quid parcimus nobis!* &c. *Eja omnes Angeli descendamus è cœlo: Ideò & multitudo militiæ cœlestis erat laudantium & glorificantium Deum, quando natus est Christus: omnia Angelis plena sunt.* Mox ad hos advenientes angelos conversus, eos velut excipiens & officii admonens: *Veni,* inquit, *angele, suscipe sermone conversum ab errore pristino, à doctrinâ Dæmoniorum ab iniquitate in altum loquente: & suscipiens eum quasi Medicus bonus, confove* atque

atque institue: parvulus est, hodie nascitur senex repuerascens: & suscipe, tribuens ei Baptismum secunda regenerationis: & advoca tibi alios socios ministerii tui; ut cuncti pariter eos, qui aliquando decepti, erudiatis ad fidem. Gaudium enim est majus in cælis super unum peccatorẽ,&c. Paulò antè dixerat: *Tu heri sub Dæmonio eras, hodie sub angelo.* Atqui Angelorum est, *inservire ac ministrare iis, qui hæreditatem consecuturi sunt Salutis. Hebr.* 1. 14: neque ulla religiosæ precationis, invocationis aut adorationis; sed potiùs meræ admonitionis vel exhortationis nota, hic apparet.

Pag. 169. *lin.* 10. τί βούλει προσκυνεῖν τὸν προσκυνοῦντα; κἀγὼ γὰρ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ προσκυνῶ καὶ λατρεύω.] Solem loquentem introducit: quem (sicut & Lunam, &c. astra omnia) animam habere ἐνδεδεμένην φθαρτῷ σώματι, *alligatam corpori corruptibili*; non solùm hic, sed passim in scriptis suis tradidit. Origenes, *in Matth. p.* 326. *ed. C. Huet.* Ἄτοπον, λέγειν, τὸ ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς σύστημα, ὡς εἰπεῖν ὅτι ἥλιος, καὶ σελήνη, καὶ ὁ χορὸς τῶν ἀστέρων, καὶ οἱ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ τούτῳ ἄγγελοι, οὐκ ἔγνωσαν τὸ ἀληθινὸν φῶς. καὶ ἀγνοοῦντες αὐτὸ ἐτήρησαν τὴν ἐπιτεταγμένην αὐτοῖς ἀπὸ Θεοῦ τάξιν. *Absurdum est dicere; systema mundi, cælo, terrâ & quæ in iis sunt constans; & verbi gratiâ, Solem, Lunam, & Chorum totum astrorũ, omniumq; in toto Mundo angelorum, non cognovisse verum illud Lumen: & licèt id ignorârint, tamen ordinem a Deo impositum servâsse.* & Commentar. *in Joh. pag.* 17: Ἡ ψυχὴ τοῦ ἡλίου ἐν σώματι, καὶ πᾶσα ἡ κτίσις, περὶ ἧς ὁ Ἀπόστολός φησι· πᾶσα ἡ κτίσις στενάζει. *Anima Solis est in corpore, & omnis creatura, de quâ Apostolus inquit,* Omnis creatura suspirat, &c. Idem, *l.* 8. *cont. Cels. p.* 422: καὶ ὑμνοῦμέν γε Θεὸν, καὶ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ, ὡς καὶ ἥλιος καὶ σελήνη καὶ ἄστρα καὶ πᾶσα ἡ οὐράνια στρατιά. *Hymnis laudamus Deum & Unigenitum ejus, non aliter, quàm ipse Sol & Luna & Sydera, totaq; cælestis militia.* Et *l.* 5. *cont. Cels. p.* 237: Οὓς (ἀστέρας) εἰ ἄρα προσκυνεῖσθαι ἐχρῆν, οὐ διὰ τὸ γνωριζόμενον ἀπὸ τῶν πολλῶν αἰσθητὸν φῶς ἐχρῆν προσκυνεῖσθαι· ἀλλὰ διὰ τὸ νοητὸν καὶ ἀληθινόν· εἴπερ καὶ οἱ ἐν οὐρανῷ ἀστέρες ζῶά εἰσι λογικὰ καὶ σπουδαῖα, καὶ ἐφωτίσθησαν τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως ὑπὸ τῆς σοφίας, ἥ ἐστιν ἀπαύγασμα φωτὸς ἀϊδίου· καὶ γὰρ τὸ μὲν αἰσθητὸν φῶς αὐτῶν, ἔργον ἐστὶ τοῦ τῶν ὅλων δημιουργοῦ· τὸ δὲ νοητὸν τάχα καὶ αὐτῶν, καὶ ἐκ τοῦ ἐν αὐτοῖς αὐτεξουσίου ἐληλυθός. *Astra si colenda essent; non propter sensibilem lucem, quam plurimi admirati sunt, coli oporteret; sed propter illam veram & intelligibilem lucem: siquidem etiam cælestes stellæ animalia sunt rationalia, virtute prædita, illustrata cognitionis lumine a sapientiâ illâ, Quæ est* splendor (*Heb.* I. 3.) *sempiterni Luminis. Etenim sensibile quidem eorum lumen opus creatoris est: intelligibile autem fortassis & ipsorum est, proveniens ex arbitrio ipsorum propriò.* Similia habentur, *l.* 1. *de principiis. c* 7 *p.* 648. Imperator Justinianus, *in epistolâ ad Menam* quatuor ejusdem commatis testimonia ex libris περὶ ἀρχῶν allegat. Estq; hic unus ex erroribus, qui à S. Patribus olim *Origenistis* objecti. Vid. Hieron. *in epistolâ ad Pammachium adversùs errores Joh. Hierosol. To.* 2. *p.* 168. & *ad Avitum pag.* 149. Justinian. *in epist. ad Menam,* qui inter anathematismos textum hunc posuit: Εἴ τις λέγει, οὐρανὸν καὶ ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἀστέρας καὶ τὰ ὕδατα τὰ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν ἐμψύχους, καὶ ὑλικάς εἶναί τινας δυνάμεις, ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis Cælum, Solemve & Lunam, cum stellis, atque aquas supracælestes, dicat animatas, & materiales esse potestates: sit anathema.* Epiphan. *in epist. ad Joh. Hieros. Episcopum,* & *hær.* 64. sui *Panarii,* hunc errorem non tangit: fortè, quia leviorem cæteris censuit. Ruffinus, *lib.* 1. *adv. Hieron. p.* 216. cum non negat Origenis fuisse; sed retorquet in Hieronymum, ac si ejusdem opinionis aliquando fuisset. Observat autem Doctissimus Vir Gerard Joh. Vossius, *lib.* 2. *de progr. Idolol. c.* 30: Origenem hac in re secutum esse Philonem, *l. de Somniis,* & *de Opificio mundi,* atque alibi, *Stellas animatas* & rationales statuentem. Philo autem in eo secutus est Ciceronem, Platonem, Zenonem. Vid. eruditè hac de re disserentes, Vossium, *l. d.* & Huëtium, *l.* 2. *Origenianorum.*

Pag. 174. *lin* 7 ἀπολάβωμεν κρείττονα ψυχῆς] Quorsum spectârit Adamantius istâ παρονομασίᾳ, parum liquet. Vix enim apparet, Quomodo *Anima* unius & ejusdem hominis recipi possit *melior Animâ*? nisi fortè illud intenderit: ψυχὴ propriè atque strictè illa est *Anima*, quæ præstat *Animal*, hoc est,

Corpus vivum sentiens, id quod Apostolus vocat σῶμα ψυχικὸν, *Corpus animale*, 1. *Cor. c. XV*, 44. Quando igitur fidelis *martyrio perdit animam*, nil aliud quàm *Vitam & sensus corporis* profundit cum sanguine suo. Hactenus autem Christus vult, nos propter Ipsum libenter *perdere animas*. Atqui cùm ait: Qui sic *perdiderit animam* suam, is *servabit eam*: profectò, cùm *perditio* & *salus* ejusdem Animæ simul consistere nequeant, oportet, duplicem σωτηρίαν, sive *salutem* animæ agnoscamus: unam, quâ salva est in Corpore *hujus Vitæ*: alteram, quâ salva erit cum corpore *in futurâ Vitâ*. Non est dubiũ, quin *futura Vita*, utpote beata & æterna, *melior* æstimanda & præferenda sit *Vitæ præsenti*, miserabili & brevis momenti. Proinde, Qui Vitam perdit præsentem propter Christum, quia per hoc lucrabitur *Vitam* apud Christum & cum Christo beatam & æternam; is hactenus *perdendo animam, meliorem animam recipit*: adeoque hoc ipso *servabit* ad meliora suam Animam, si eam *martyrio perdet*. *Anima* hic spiraculum & flatus quidam corporis est; quod tamdiu vivit, quandiu perspiratur: spiramine cessante, flaccescit ac diffluit. At, in illâ vitâ, ex conversatione cum Christo, & Visione DEI propiore, multò illustriora & præstantiora beneficia præstabit corpori, à mortuis resuscitato, ac secum redunito: unde dicitur Apostolo, σῶμα πνευματικὸν, *Corpus spiritale*: quia tunc *Anima* reverà & efficaciter *Vitam* communicabit suo corpori, nunquam finiendam, sed constantem in æternum: eritque adeò Πνεῦμα ζωοποιοῦν, *Spiritus vivificans*; cùm isthic, pro tempore ac seculo isto, sit ψυχὴ ζῶσα, *Anima vivens* in seipsa, sed vitam non possit conservare suo Corpori: quandoquidem *omnibus hominibus destinatum est semel mori*: *Heb. IX*. 27. Itaque *Anima* in futurâ Vitâ, *seipsâ* respectu hujus Vitæ, *melior* erit: quia longè meliore statu & conditione fruetur. *Rom. VIII*, 18. 21. 1, *Cor. XV*, 45. 46. 49. & 2, *Cor. IV*, 17. 18. &c: Aut fortè id innuit, quod *lib* 2. *de principiis* de animâ scripsit, allegante id Justiniano Imp. *in epist. ad Menam*, & confirmante Epiphanio, *in epist. ad Joh. Hierosol. Tom.* 2. *op. Hieron pag* 158: Παρὰ τὴν ἀπόπτωσιν καὶ τὴν ψῦξιν τὴν ἀπὸ τοῦ ζῆν τῷ πνεύματι γέγονεν ἡ νῦν λεγομένη ψυχὴ, ὅστε καὶ δεκτικὴ τῆς ἐπανόδου. τῆς ἐφ' ὅπερ ἦν ἐν ἀρχῇ. ὅπερ νομίζω λέγεσθαι ὑπὸ τοῦ προφήτου ἐν τῷ, Ἐπίστρεψον ψυχή μου εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, ὥστε ὅλον τοῦτο εἶναι νοῦς. νοῦς οὖν γέγονε ψυχὴ, καὶ ψυχὴ κατορθωθεῖσα γίνεται νοῦς. *Ex eo quòd decidit & refrixit à spiritali Vitâ, facta est, quæ nunc est, anima, quæ reditum quoque in id, quod ab initio fuit, admittit. Quod à Prophetâ significari arbitror, dum ait*: Revertere anima mea in requiem tuam: *ut totum hoc sit mens. Mens igitur facta est anima, anima verò rectè facta integrata fit mens.* Unde satis apertè colligitur, quomodo Origeni anima fiat melior, adeoque & melior recipi possit.

Pag. 176. *lin.* 37. Εἰ δὲ λόγους ἐκείνους, παρὰ τοὺς ἐν βίῳ πένητας μάρτυρας πολυτελεῖς, ἕξουσι τὴν ἐν νοητοῖς κλῆσιν;] Quæstiónem hanc, *An martyres divites præ pauperibus majorem in spiritalibus gloriam sint consecuturi*? affirmando expedit. Quid verò, si pauper divitias & honores, ab Idololatris oblatos, veritatis amore repudiaret? quid, inquam, responderet Adamantius? Obiter notemus, Origenis, & alibi usitatam, τῶν αἰσθητῶν καὶ νοητῶν distinctionem, quam hîc quoq; inculcat, & Divitiis seu Possessionibus applicat: nempe, quod alia bona sunt αἰσθητὰ, *Sensilia*, quæ sensibus; alia νοητὰ, *Intelligibilia*, quæ solâ mente percipiuntur: illa fermè sunt *Corporalia* & *Terrena*; ista *Spiritalia* & *Cœlestia*. 2, Cor. IV. 18.

Pag. 177. *lin.* 36. οὐ συγκαταριθμεῖται ἡ γυνή] Scripturam, ait, majestatem suam in hoc observare, quòd restitutio parentum omniumque bonorum in resurrectione promittatur, uxore tantùm exceptâ: quia pii similes futuri sunt angelis. Tertullianus, *lib* 1. *ad Uxorem. c.* 1. *Christianis seculo digressis, nulla restitutio nuptiarum in die resurrectionis repromittitur: translatis scilicet in angelicam qualitatem & sanctitatem.*

Pag. 178. *lin.* 5. οὔτε γαμίσκονται.] Verbum istud prodit nobis, locum esse allegatum ex *Marc. XII*, 25. idem significant sequentia, ἀλλ' εἰσὶν ὡς ἄγγελοι, οἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. sic enim *Marcus*. *Matthæus* paulò aliter: οὔτε ἐκγαμίζονται· ἀλλ' ὡς ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ ἐν οὐρανῷ εἰσι. Eadem historia, eadem sententia utrobique.

Ibid. lin 32. *& seqq.* ἐν ταῖς περὶ θεοσεβείας συνθήκαις, πάλαι τοῖς κατηχοῦσιν ὑμᾶς ἀπεκρίνασθε

ϑητε κλ. usque *pag.* 179. *lin.* 5. ὁ βαπτιζόμενος ἀποτάξεται.] Alludit ad Renunciationem & ὁμολογίαν seu *Confessionem*, (quasi *Confœderationem*,) in Baptismo à Catechumenis fieri solitam. Pseudo-Clemens, *Constit. Apostol. l.* 7. *c.* 41. & 42: Καὶ ὅταν ᾖ πρὸς αὐτὸ λοιπὸν τὸ βάπτισμα ὁ κατηχούμενος, μανθανέτω τὰ περὶ τῆς ἀποταγῆς τοῦ Διαβόλου, καὶ τὰ περὶ τῆς συνταγῆς τοῦ Χριστοῦ. *Cùm fuerit deinde in ipso tempore baptismi Catechumenus: discat, quæ de renunciando Diabolo, & ascribendo se Christo requiruntur.* PP. ἀπαγγελλέτω οὖν ὁ βαπτιζόμενος ἐν τῷ ἀποτάσσεσθαι, Ἀποτάσσομαι τῷ Σατανᾷ καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ καὶ ταῖς πομπαῖς αὐτοῦ καὶ ταῖς λατρείαις αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, καὶ ταῖς ἐφευρέσεσιν αὐτοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτόν. μετὰ δὲ τὴν ἀποταγὴν συντασσόμενος λεγέτω, ὅτι καὶ συντάσσομαι τῷ Χριστῷ, καὶ πιστεύω καὶ βαπτίζομαι εἰς ἕνα ἀγέννητον μόνον ἀληθινὸν Θεὸν κ.τ.λ. *Ergo qui baptizatur, cùm renunciat recitet hæc: Renuncio Satanæ & operibus ejus, & pompis ejus, & cultui ejus, & angelis ejus, & inventis ejus, & omnibus quæ sub eo sunt. Post renunciationem verò cùm ascribitur Christo, dicat: Ascribor, & credo, & baptizor in unum ingenitum, solum verum Deum*, &c. Similia refert Dionys. Areop. dictus, *Hierarch. Eccl. cap.* 2. *pag.* 77. 78. & in eum Pachymer. *paraphr. p.* 55. Tertullianus, *de Coronis, c.* 3. *Aquam adituri ibidem, sed & aliquanto prius in Ecclesiâ sub Antistitis manu contestamur; Nos renunciare Diabolo & pompæ & angelis ejus. Dehinc ter mergitamur, amplius aliquid respondentes, quàm Dominus in Evangelio determinavit. inde suscepti, lactis & mellis concordiam prægustamus.* Ambrosius, *l. de iis qui Mysteriis initiantur c.* 2. *Tom.* 4. *p.* 422: *Post hæc reserata tibi sunt Sancta sanctorum: ingressus es regenerationis sacrarium; repete quid interrogatus sis; recognosce quid responderis: Renunciâsti Diabolo & operibus ejus, mundo & luxuriæ ejus ac voluptatibus. Tenetur vox tua non in tumulo mortuorum, sed in libro viventium.* Idem, *l.* 1. *de Sacram. c.* 2. *Tom.* 4. *p.* 429: *Quando te interrogavit, Abrenuncias Diabolo & operibus ejus, quid respondisti? Abrenuncio. Abrenuncias seculo & voluptatibus ejus? Quid respondisti? Abrenuncio. Memor esto sermonis tui & nunquam tibi excidat tuæ series cautionis.* Cyrillus Alex. *l.* 7. *contra Julianum p.* 248. eandem formulam sic circumscribit: Προαποθέμενοι τῆς ἑαυτῶν διανοίας τῆς ἑλληνικῆς ἀβελτηρίας τὸν σκότον, καὶ ταῖς τῶν δαιμονίων ἀγέλαις τὸ ἐρρῶσθαι φράσαντες, καὶ πάσαις αὐτῶν πομπαῖς καὶ λατρείαις ἐμφρόνως διαπτύσαντες· εἶτα τῷ τῆς ἀληθείας φωτὶ τὸν νοητὸν τῆς καρδίας ἀνοιγνύντες ὀφθαλμὸν, καὶ τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς δημιουργὸν καὶ παμβασιλέα καὶ Θεὸν τῶν ὅλων ἐπεγνωκότες, ὁμολογοῦμεν τὴν πίστιν τὴν εἰς τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. *Deponentes priùs è mente paganæ stultitiæ tenebras, & valedicentes Dæmoniorum agminibus, omnemq; eorum pompam & cultum prudenter despuentes; postea veritatis lumine intellectualis dilatantes oculum cordis, Deum universorum, naturâ & verè opificem, omniumq; Regem agnoscentes, confitemur fidem in Patrem Filium & Spiritum.* Vid. Cyrillum Hierosol. *Catechesi Mystagog.* 1. & 2. ubi formula renunciationis prolixè explicatur, additâ circumstantiâ, Catechumenum versùs Occidentem eam recitâsse; postea, conversum ab Occasu ad Ortum, fidei Confessionem edidisse. Basilium M. *de Spir. S. c.* 27. *To.* 2. *p.* 352. Chrysostomum, *homil.* 21. *ad popul. Antioch.* Theodoretum, *in c.* 1. *Cantici ad v.* 2. *p.* 1002. Greg. Nazianz. *Orat.* 32. *p.* 520. Ammonium, *in Catenâ in Joh. ad cap.* 21. Rabanum Maurum, *de instit. Cler. l.* 1. *c.* 27. &c.

Pag. 184. *lin.* 2. οἱ ἑπτὰ ἐν τοῖς Μακκαβαϊκοῖς ἀναγραφέντες ἀδελφοί] Hanc historiam *Martyrii septem fratrum* Maccabæorum ubique decantârunt S. Patres: Prudentius, περὶ Στεφάνων, *hymno X.* Marius Victorinus, *Rhetor.* Augustinus, *l.* 18. *de Civ. Dei, c.* 36. tanti facit, ut propterea libros Maccabæorum pro Canonicis ab Ecclesiâ haberi opinetur. Chrysostomus, *To.* 5. *homiliis tribus* 94. 95. & 96. Cyrill. Alexandr. *Comm. in Joël p.* 201. Suidas, *in* Ἀντίοχος. Sulpicius Severus, *S. Hist. l.* 2. *p.* 340. & *epist.* 2. *ad Aurel. Diac. p.* 503. Ambrosius, *l.* 1. *officior. c.* 41. & *passim.* Greg. Nazianz. *Orat.* 22. *in Maccabæorum laudem* conscripta. Dic etiam solenni ipsorum passio celebrata est: Beda, *in Martyrolog. ad Cal. Aug.* Et Bernhardus, *epist.* 313. Christianis addatur Fl. Josephus, *peculiari libello de Maccabæis.*

Ibid. lin. 14. ὡς ἡ γραφὴ ὠνόμασε] Τὴν γραφὴν, hoc est, *Scriptura sacra*, accenset libros Maccabæo-

cabæorum. Sic *pag* 188. *lin* 16. & *lib.* 2. *de principiis*, *c.*1. *p.* 6*8. ait: *ut autem ex Scripturarum auctoritate hæc ita se habere doceamus, audi, quomodo in Maccabæorum libris mater septem martyrum unum ex filiis cohortatur.* pp allegat etiam *Librum Pastoris*, & *Psalmos Davidis.* adeò nil novi est Origeni, libros Apocryphos hoc nomine insignire. Ità *L.*7. *cont.Cels.p.*339: ex Syracidis Ecclesiastico dictum prolaturus, inquit: εἰδέναι δὲ χρὴ, ὅτι οἱ βουλόμενοι κατὰ τὰς θείας ζῆν γραφάς· *Sciendum autem, quòd qui volunt juxta Scripturas divinas vitam instituere,* &c: Sic Philocal.*c.*23. *pag.* 70: Susannæ historiam allegaturus, inquit: Εἰ δὲ δεῖ ἀπὸ τῶν γραφῶν τοῦτο παραστῆσαι· *Quod si ex Scripturis probandum est.* Sic observat Doctiss. Huet. *in annot. ad Tom. in Matth. pag.* 21: Librum Judith ab illo eodem modo nominari. Imò, *l.* 8. *c. Celsum pag.* 410. Ecclesiastici dictum vocat θεῖον λόγον, *divinum sermonem*: non, ac si *Canonicos*, vel θεοπνεύστους & ἐνδιαθήκους, *à Deo inspiratos & in Canonem receptos*, credidisset: probè enim nôrat, ἐπ᾽ ἀρχῆθεν, περὶ τῶν ἐν τοῖς πιστοῖς ἀμφίβοις θείοις εἶναι βιβλίοις ἐκλογὴν, γεγόνατε διαφωνίας τῶν πιστευόντων. *Quòd inde ab initio, non conveniebat inter credentes, de delectu divinorum S. Scripturæ voluminum.* probè etiam noverat, quænam sit γραφὴ θεόπνευστος, *Scriptura à Deo inspirata*: interim ex consuetudine loquendi, & more recepto, sic loquitur, *prout in Homiliis suis, quas ad vulgus loquitur, communem editionem sequitur; quamvis in Tomis, id est in disputatione majori, hebraica veritate stipatus, & suorum circumdatus agminibus, interdum linguæ peregrinæ quærit auxilia.* Observante iterum Hieronymo, *Tom.* 3. *præfat. quæst. hebr. in Genesin, p.* 201. Neque dubium est, quin Origenes SS Scripturarum callentissimus, sæpe eas citârit; ut ipse non cogitaret pressius, in quo libro reperiretur dictum: prout non rarò, ac fortè etiam memoriâ lapsus, ex diversis capitibus aut libris verba conglomerat. Sed, ubi libros sacros attentius allegabat, discrimen inter eos facit. Exempli loco sit *Ecclesiasticus*, suprà γραφὴ & θεῖος λόγος dictus: alibi, *l.* 5 *cont. Cels. pag* 250: Ἐπιγεγραμμένη Σολομῶντος σοφία, *Salomonis Sapientia titulotenus inscripta*: & *l.* 6. *cont. Cels. p.* 279: Τὸ σύγγραμμα τὴν σοφίαν ἡμῖν καταλιπόντος Ἰησοῦ υἱοῦ Σειράχ· *Scriptum Josu filii Sirach, Sapientiam nobis relinquentis,* appellatur. Sic Hieron. *Tom.* 3. *præf in Judith p.*22 cum Nicænâ Synodo librum Judith *sacram* nominat *Scripturam*: quam tamen ibidem negat esse *Canonicam*; utpote *cujus auctoritas ad roboranda illa, quæ in contentionem veniunt, minùs idonea judicatur.* Vid. Drusium, *in quæsitis epist.* 111. ubi etiam Libros Apocryphos Henochi & Hermæ, *literas sanctas* & *Scripturam* ab Irenæo & Tertulliano vocari, observat Si quis ex his librum *Canonicum* exculpere potest, fuerit mihi magnus Apollo. Cæterùm, libros Maccabæorum olim in Canone non fuisse; doctissimè probat ex Augustino, *l.* 2. *cont. Gaudentium, c* 21: Hieronymo, *in Chronico.* & *præf. in Prov.* & *prolog. Galeato*: Ruffino, *in expos Symboli*: Gregorio M. *moral: in Job. lib.* 19. *c.*13: & Philostorgio, celeberr. JCtus Jacobus Gothofredus, *Dissertat. in lib.* 1. *cap.* 1. *Philostorgii* sui.

Pag. 187. *lin* 3. θεομάχος γὰρ ὁ τοῖς ἀπὸ τοῦ λόγου θεοποιηθεῖσι μαχόμενος] θεοποιεῖσθαι dicitur de iis, qui *Deorum numero* vel *ordini ascribuntur*: quod opus Latinis *Consecrare* & *Consecratio*, Græcis quoque ἀποθέωσις, appellatum. itaque θεοποιηθεὶς, est *Diis adscriptus*, & *Consecratus*, gentili loquendi more: castioris autem Religionis Cultoribus, pro *Deo-consecratis*, & *Sanctificatis* accipi convenit. ac proinde, οἱ ἀπὸ τοῦ λόγου θεοποιηθέντες, puro & inculpato sensu possunt intelligi, *Qui Verbo Dei sanctificati*, eique consecrati sunt. secundùm illud Apostolorum Principis effatum: Τὰ μέγιστα ἡμῖν καὶ τίμια ἐπαγγέλματα δεδώρηται, ἵνα διὰ τούτων γένησθε θείας κοινωνοὶ φύσεως· 2. *Pet. I*, 4. *Maxima nobis & pretiosa Præcepta donata sunt, ut Per hæc divinæ consortes naturæ fiatis.* Certe apud Judæos de *Verbo*, quod locutus est Deus ad Patres eorum, pervulgatus erat sermo: at, de Sermone illo, quem prædicavit Johannes Evangelista, vix adytorum Mystis constabat. Idem verò esse θεοποιεῖσθαι, quod κοινωνὸν γενέσθαι τῆς θείας φύσεως, illustris confirmat locus Athanasii, *Tom.* 1. *epist ad Adelphium pag.* 332. à Cl. Svicero indicatus: γέγονεν ἄνθρωπος, ἵνα ἡμᾶς ἐν ἑαυτῷ θεοποιήσῃ, καὶ γενόμενος λοιπὸν γένος ἅγιον, καὶ κοινωνοὶ θείας φύσεως, ὡς ἔγραψεν ὁ μακάρ-

ὁ μακάριος Πέτρος. *Factus est homo, ut nos in seipso Deos faceret, fiamusq; in posterum genus sanctum, & divinæ participes naturæ, uti scripsit B. Petrus.* Idem, *de Incarn Verbi To* 1. *p.* 463. idipsum sic effert: Christus dicitur αὐτὸς μεγίστος μένων Θεὸς, ἵνα τοὺς ἀνθρώπους Θεοὺς ἀποδείξῃ μένοντας ἀνθρώπους: *Homo factus esse, manens Deus, ut homines Deos faceret, manentes homines,* i. e. ut paulò ante explicat: Εἰς ὁμοίωσιν τὴν πρὸς αὐτὸν ἐπανάγει πάλιν, ὁμοιωθεὶς τῷ ἰδίῳ ποιήματι. *Similis factus creaturæ, eam ad similitudinem, quæ in se est, reducit.* Sive autem quis Prophetas, Apostolos, Dei Præcones & horum Discipulos oppugnat; sive, quod prædicant isti, & confitentur Verbum Dei; pariter θεομάχος dicetur: nec potest aliter DEUS oppugnari, quàm persequendo ipsius *Confessores, Testes, Martyres, Discipulos*, quos omnes *DEI-filios* Scriptura S. designat. *Luc. X*, 16. *Act.V*, 38. & 39. & *IX*, 4. Ac minimus horum *septem fratrum* pp (*seq p.* 188.) eosdem appellat τοὺς οὐρανοῦ παῖδας, *Cæli filios*, id est, DEI, cujus est Cœlum. Hebræis namque & Chaldæis satis usitatum est, *Cælum* pro *Deo* nominare: *Dan. IV*, 23. *Matth. XXI*, 25. *Luc. XV*, 18. perinde ὁ θεομάχος ibid. explicatur: ὁ ἐπὶ τοὺς οὐρανοῦ (sive θεοῦ) παῖδας ἀράμενος χεῖρας. *Qui adversus Cæli filios tollit manus*: hoc est, persequitur eos, vexat, pulsat, torquet, occidit. ¶ Possunt hæc verba etiam sic verti: *Dei oppugnator est, quisquis pugnat cum iis, qui a Sermone dei facti sunt. ut θεοποιηθέντες* sint, οἷς ἔδωκεν ὁ λόγος ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, *Joh.* 1. 12. *quibus Sermo ille potestatem dedit fieri filios Dei.* Juvat me Doctiss. Drusius, *c.* 34. *obs. in Exod. p.* 1-9: *Dubito, utrum à Judicibus Deus Elohim, an à Deo dicti sint judices, quasi Dii sive Divi. nam Dei munus obeunt in terrâ. Sic Reges antiquitùs vocabantur θεοί unde θεομαχεῖν, ut quidam volunt. & bellum gigantum cum Diis. item θεοῖς ἴσος. divus Julius,* &c. Sic Tertullian *l. ad Scapulam c.* 4: *Non te terremus, qui nec timemus. sed velim, ut omnes salvos facere possimus, monendo μὴ θεομαχεῖν.* Quod tam enorme peccatum esse duxerunt gentiles, ut Cicero *in Catone majore* scribere non dubitârit. *Quid est aliud Gigantum more bellare cum Diis, nisi Naturæ repugnare?*

Pag. 188. *lin.* 38. ποτήριον δὲ σωτηρίου ἰδὼν ὄνομα ζωῆς τὸ μαρτύριον] *Poculum Salutaris,* Origenes dicit per Hebraismum, Genitivo substantivi pro Adjectivo sumpto: quemadmodum vulgò vertunt, *Poculum salutis* accipiam, id est, *salutare*: sed, τὸ σωτήριον, *Salutare*, usurpatur vice Substantivi σωτηρία, & hic iterum *Abstractum* pro *Concreto*, scilicet *Servatore* ipso. Ità Symeon complexus Christum Domini natum, *Luc. II*, v. 20: ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου, τὸ Σωτήριόν σου: *Viderunt oculi mei Salutare tuum.* pro, Tuum illum Salutis sanctotum Auctorem, τὸν Σωτῆρα, *Servatorem* illum: *eod. cap* v. 11. Consule H. Grot. *Annot. in h. l.* Est igitur *Poculum salutaris* idem Origeni, quod *Calix Servatoris*, sive Domini JESU. Quò facit, quicquid differit, De *Calice Passionis Christi*; & quod eundem bibere vel gustare, tùm honorificum, tùm salutare sit, atque ad maximam gloriam faciat genuinorum ipsius Discipulorum: putà *Confessorum*, & *Veritatis Testium* sive Martyrum, *Rom, VIII*, 17. Nec opus pluribus, cùm liquidissimè hoc exponat, *seq. pag* 191. *med.* Τὸ τοῦ Σωτῆρος ποτήριον, istud *Servatoris poculum*, *Psal CXV.* (*al.* 116) v. 13. denotare, *Martyrum mortem*: quia propter *Christum Servatorem* mortem oppetunt. Idem significant præsentia verba: *Poculum Salutaris* nominari *Martyrium.* Orig. *tr.* 12. *in Matth. Tom.* 2. *p* 84. multis hoc tradit. Gregor. M. *l.* 3. *Dialogor. Tom.* 1. *p.* 1407. postquam verba Christi, *Potestis bibere calicem*, &c. posuisset, addit: *Quid autem Calicis nomen, nisi passionis Poculum signat?* Clemens Alex. *Pædag. l.* 1. *c* 6. *p.* 77. τὴν συμπλήρωσιν τοῦ ἰδίου πάθους ποτήριον κέκληκε μυστικῶς, ὅτι ἐκπιεῖν καὶ ἐκτελέσαι μόνον ἔχρῆν αὐτό. *Propria passionis complementum abusivè Poculum appellavit, quando eam haurire & perficere solum oportebat.* Vid. Basil M. *in Ps.* 116.

Pag. 190. *lin* 16. οὐχ ὡς τὰ τὸν αὐτὸν τόπον ἐστὶ, καὶ ὡς εἰρημένον λέγει τὸ, πάτερ εἰ δυνατόν] Negat Christum timuisse, cùm deprecaretur calicem. Origenes, *Tom. ult. in Joh. p.* 409: τὴν σωτήριον οἰκονομίαν ὄκνῳ μέλλειν, οὐδὲ βραδύνειν, ἀλλ' ὡς ἡ δυνάμεις ἰσχύειν ἤθελεν, ὡ ... ὡς ... μὴ τῶν ... πίω ... ποτήριον τοῦτο, ἀλλὰ ... τὸν ἀγῶνα ἀπο-

ἀποσῳζόμεν@. *Salutarem dispensationem nec irritam fieri aut retardare voluit, sed pro virili efficacem esse; non timens (ut nonnulli opinantur, non intelligentes, quâ ratione dixerit,* Pater si possibile sit, transeat Calix iste) *sed plenâ fiduciâ ad certamen sese accingens.* Id. *l.* 7 *c. Cels. p.* 369: οὐκ ἦν ὁ κατὰ τὴν ἀπὸ καρτερίας παρὰ ταῖς μάστιξι σιωπήσας, καὶ ἀπὸ πραότητος πάντα ὑπομείνας τὰ παρὰ τῶν ἐμπαιζόντων προσαγόμενα, εἰρηκὼς ἀπὸ ἀγεννείας (ὡς οἴονταί τινες) τὸ Πάτερ, εἰ δυνατόν· *Non erat igitur, quòd is, qui præ tolerantiâ inter flagra tacuit, & præ mansuetudine omnes toleravit illusiones, ex timiditate diceret, ut quidam putant, illud:* Pater, si possibile sit, &c. Idem passim inculcat, quia nequissimus Celsus sæpiùs hoc objicit: imprimis *l.* 2. *p.* 75. Sed Origenes illum Marcionitis assimilat, qui dictum ἐγὼ ἀποκτενῶ, δοκοῦσιν ἀκηκοέναι, καὶ πολλάκις ἡμῖν αὐτὸ ὀνειδίζουσι. τοῦ δὲ ζῆν ποιήσω, οὐδὲ μέμνηνται. Ego interficiam, *volunt videri audivisse, imò frequenter nobis exprobrant illud. Sed non meminerunt, hujus verbi* Ego vivificabo. Epiphan. *Serm. Anchorato pag.* 484: ὁ εἰπὼν πρὸ τοῦ θανεῖν περὶ τοῦ θανάτου, κἂν διὰ τὸ μὴ ὑποληφθῆναι ψεύστην αὐτὸν, οὐκ ἠδύνατο δεήσασθαι παρελθεῖν τὸ ποτήριον, ἀλλὰ προσκαλεῖται διὰ τοῦ τοιούτου τρόπου, τὸν ἀντίδικον, ἵνα ἐκεῖνος ὑπολαβόμενος δεδιέναι τὸν Σωτῆρα τὸν θάνατον, ἐπαγάγῃ αὐτῷ θάνατον εἰς σωτηρίαν τοῖς θνήσκουσι διὰ τῆς οἰκονομίας. *Qui ante mortem dixit de morte (vel ob hoc ipsum, ne deprehenderetur mendax) non potuit precari, ut transiret poculum: Sed provocat, per hunc modum, suum adversarium: quò, illo opinante timere Salvatorem mortem, induceret ipsi mortem, ad salutem morientibus, per dispensationem.*

Ibid. lin. 34 οὐ τὸ γένος τοῦ μαρτυρίου παρῃτεῖτο, ἀλλὰ τάχα τὸ εἶδος τόδε.] Hunc locum hæretici & pagani multipliciter corrupére falsis interpretamentis: patet autem, Patres eum difficilem intellectu agnovisse: unde quoque diversimodè explicatus fuit. Nonnulli cum Origene respexére pronomen demonstrativum & restrictivum τοῦτο, *hoc Poculum*: ac si aliud, & peculiare, sibi porrigi Christus petierit. Sed quod'nam fuerit illud aliud poculum, ipse Origenes sibi non constat. Hic inquit: τάχα βαρύτερον αἰτῶν λεληθότως, ἵνα καθολικώτερόν τι καὶ ἐπὶ πλείους φθάνον εὐεργέτημα αὐτῷ δι' ἐκείνου τελεσθῇ· *Illum fortè occultè gravius poculum petere, ut beneficium magis universale, & pluribus utile, per illud conficeretur.* Ex antiquis tamen, qui huic assentiret interpretationi, vidi neminem. *Lib.* 2. *cont. Cels. p.* 77: rursus in hoc *aliud poculum* inquirens, scribit: Ὁρῶν ὁ σωτὴρ, οἷα ὁ λαὸς καὶ Ἱερουσαλὴμ πείσεται ἐπὶ τῇ ἐκδικήσει τῶν κατ' αὐτοῦ τετολμημένων ὑπὸ Ἰουδαίων, οὐ δι' ἄλλο, ἢ διὰ τὸ πρὸς ἐκείνους φιλάνθρωπον, θέλων μὴ παθεῖν τὸν λαὸν ἃ ἔμελλε πάσχειν, φησὶ τὸ· πάτερ, εἰ δυνατόν ἐστι παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο. ὡς εἰ ἔλεγεν, ἐπεὶ ἐκ τοῦ μὲ πιεῖν τοῦτο τῆς κολάσεως ποτήριον, ὅλον ἔθνος ὑπό σου ἐγκαταλειφθήσεται· εὔχομαι, εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθεῖν ἀφ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο· ἵνα μὴ ἡ μερίς σου, τολμήσασα κατ' ἐμοῦ, πάντη ὑπό σου ἐγκαταλειφθῇ. *Videns Servator, qualia Populus & Hierusalem patientur in vindictam a Judæis perpetrati contra se facinoris; non ob aliud, quàm propter benevolentiam, quâ populum illum prosequebatur, volens vitare futuram passionem dixit:* Pater, si fieri possit, transeat à me Calix iste: *ac si diceret: quandoquidem propter epotum à me hunc supplicii Calicem tota gens à te deseretur; precor, si fieri potest, ut transeat à me Calix hic, ne portio tua propter audax in me facinus omninò à te deseratur.*

Placuit hæc interpretatio multis veterum, eamque sequuntur Hieronymus, *To.* 9. *Comment. in Matth. c.*26. *p.*79. Epiphan. *hær.*69. *p.* 335. Druthmarus, *in expos. Matth. p.*308. Beda, *Tom.*5. *Comm. in Matth.* 26. *pag.*105. Theophylactus, *in Matth. p.*117. qui tamen addit aliam, quòd etiam quà homo mortis terrores senserit & exhorruerit.

Sed imprimis commemoranda est expositio: ubi verba antecedentia & consequentia inter se confert, & sic concludit: ἐνθάδε τοίνυν διαχαράσσει ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ αὐτοῦ, καὶ τὸ τῆς ἀνθρωπίνης σαρκὸς ἀσθενὲς, καὶ τὸ τοῦ πνεύματος πρόθυμον. τὸ μὲν ἀσθενὲς, ἐν τῷ· πάτερ εἰ δ. τὸ δὲ πρόθυμον τοῦ πνεύματος, ἐν τῷ, πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ. *Hic itaque delineat* (Jesus) *in humanâ suâ naturâ, tùm carnis humanæ infirmitatem, tùm alacritatem Spiritûs. infirmitatem, his verbis:* Pater, si &c. *alacritatem Spiritûs, illis:* Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Hanc ample-

amplectitur Chrysostom. *Tom. 2. hom. 83. in Matth. pag. 516*: Τὸ μὲν οὖν ἀπαῖτ, εἰ δυνατὸν παρελθέτω, ἔδειξε τὸ ἀνθρώπινον· τὸ δὲ ἀπαῖτ, πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σὺ, ἔδειξε τὸ ἀνάρετον καὶ ἰμφιλόσοφον· παιδεύων, καὶ τῆς φύσεως ἀνθελκούσης, ἕπεσθαι τῷ Θεῷ. *Dum dicit*, Transeat si fieri possit, *humani quid monstrat: sed sequenti*, Veruntamen non sicut ego volo, sed ut tu, *demonstrat virtutem & sapientiam; sic erudiens, Deum esse sequendum renitente etiam naturâ.* Idem, *Tom. V. orat. 34.* Ὥσπερ ἔφαγεν, ὥσπερ ἔπιεν, οὕτω καὶ θάνατον παραιτεῖται, τὸ ἀνθρώπινον ἐνδεικνύμενος. *Sicut edit bibit'que, ita & mortem deprecatur, se hominem demonstrans.* Sed paulò post Chrysost. eum Basilio Seleuciensi, *Orat. 32. p. 173.* hanc superaddit ἐξήγησιν: Παιδεύει ἅπαντας τοὺς ἁγίους, μὴ ἐπιπηδᾶν τοῖς κινδύνοις, μηδὲ ἐπιρρίπτειν ἑαυτοὺς, ἀλλ' ἀμυνομένους μὲν ἐπιόντας, καὶ ἀνδρείαν πᾶσαν ἐπιδείκνυσθαι· μὴ μὴν αὐτοὺς προκατάρχειν, μηδὲ πρώτους ὁμόσε τοῖς δεινοῖς ἰέναι. *Docet his verbis omnes sanctos, ne periculis sese ingerant, & quasi injiciant, sed aggressores sustineant, omnemq; fortitudinem demonstrent, non vero ipsi prosiliant, vel primi contra adversa eant.*

Denique omissis prioribus, vult alibi tantùm posteriora considerari, Orig *l. 7. c. Cels. p. 369.* Ἵνα δ' ἀπαρασκευαστότερον ἀκουσόμενοι τοῦ λελεγμένου, ὅσα εἰ μὴ μεταπείθεις τῆς Θεῖον ἐπιθείας καὶ ἡ εὐχὴ εἶναι, παντὸς εὐλογῶν τὸ ὑπεραίτιον οὐ προηγουμένως εἶναι νομίζοντος, ἀλλ' ὑπερθέμενος, τὸ μὴ προηγουμένως εἶναι συμφέρον, ἐξὸν καιρὸν καλῇ· ἀλλὰ καὶ ὅσα ἐνδέχεται λύειν, ἀποκειμένης δὲ τοῖς συμβαίνουσι, καὶ πρέπουσαν τὴν ἀπὸ προνοίας προκειμένῳ, ἡ λέγουσα φωνὴ, πλὴν οὐ τί ἐγὼ θέλω, ἀλλὰ τί σύ. *Ut autem vel simplicissimè hoc dictum accipiamus, vide, an non etiam cum summâ pietate precatio hæc ad Deum dirigatur; cùm vulgus hominum casus suos non prædestinationi tribuat, sed ferat quicquid fortè contigit, dum ita postulat temporis necessitas: hæc tamen vox non succumbentis fuit, sed probantis quicquid fiebat, & præferentis propriis affectibus id, quod divina Providentia semel statuerat.*

Pag. 151. *lin. 22.* τιμιώτατος συνετὸς Κυρίῳ ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ] Clemens, *Constitut. Apostol. l. 5. c. 7.* ex hoc dicto colligit, honorem S. Martyribus esse exhibendum. Non invidemus illis τὴν τιμὴν, *honorem*: præsertim, quô Dominus eos dignatur: de quo Psalmista loquitur. alius est honor, qui hodie flagitatur, Cultus adorationis religiosæ: quem disertè Patres negârunt, etiam Martyribus: ut supra visum. ideoque nec Templa illis extrui permisêre, August. *de Civ. Dei l. 8. c. 27. & l. 22. c. 10.* & *cont. Maximin. Arian. l. 1. c. 11. To. 6. col. 689.*

Ibid. lin. 31. ὅτι οὐκ εἶναι ἄφεσιν ἁμαρτημάτων χωρὶς βαπτίσματος λαβεῖν,] Tertullianus, *de Bapt. c. 12. p. 261: Præscribitur, nemini sine baptismo competere salutem, ex illa maximè pronunciatione Domini, qui ait, Nisi natus ex aquâ quis erit, non habet vitam.* Ambrosius, *l. de iis, qui mysteriis initiantur, c. 4. To. 4. p. 423: Credit etiam Catechumenus in crucem Domini Jesu, quâ & ipse signatur: sed, nisi baptizatus fuerit in nomine Patris & Filii & Spiritûs S. remissionem non potest accipere peccatorum, nec spiritalis gratiæ munus haurire.* Remittit tamen alibi de hoc rigore Ambrosius, *Tom. 3. de obitu Valentiniani. p. 9: Audio vos dolere, quod non acceperit Sacramenta Baptismatis. dicite mihi, quid aliud in nobis est, quàm voluntas, nisi petitio! pp. Non habet ergo gratiam, quam desideravit? Non habet, quam poposcit? Certè quia poposcit, accepit. pp. Si Martyres, qui catechumeni fuerint, suo abluuntur sanguine. & hunc sua pietas abluit & voluntas.* Augustin *To. 7. l. 4. cont. Donatist. c. 22. p. 432: Invenio non tantùm passionem pro nomine Christi, id, quod ex Baptismo deerat, posse supplere, sed etiam fidem conversionemq; cordis, si fortè ad celebrandum mysterium Baptismi in angustiis temporum succurri non potest.* His duobus fulcris inprimis nititur Bernhardus, *epist. 77. ad Hugonem de S. Victore*, quâ absolutam Baptismi necessitatem solidè & fusè impugnat. Consule Vossii *Disput. 7 de Baptismo.*

Cæteroquin, tam apud Augustinum, quâm Patres Africanos obtinuit Canon: *Firmissimè tene, & nullatenus dubites; non solum homines jam ratione utentes: verùm etiam parvulos, qui sive in uteris matrum vivere incipiunt & ibi moriuntur, sive cùm de matribus nati sine Sacramento S. Baptismatis, (quod datur in Nomine Patris & Filii & Spiritûs S.) de hoc seculo transeunt; ignis æterni supplicio puniendos*, &c. Ex *l. de fide ad Pet.*

ad Pet. Diac. c. 27. Auguſt. *Tom.* 3. *col.* 164. C. *Firmiſſimè.* 3. *de Conſ. diſt.* 4. Interim per Martyrium ſuppleri Baptiſmatis defectum, ſtatuerunt: *Eod. l. cap* 30: *Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites: exceptis illis, qui pro nomine Christi, ſuo ſanguine baptizantur, nullum hominem accepturum vitam æternam; qui non hic a malis ſuis fuerit per pœnitentiam fidemq; converſus, & per Sacramentum fidei & pœnitentiæ, id eſt, per Baptiſmum liberatus.* C. *Firmiſſimè.* 3. *c. XV. q.* 1. Gennadius paucis: *Nullum Catechumenum, quamvis in bonis operibus defunctum, vitam æternam habere credimus*, excepto martyrio, *ubi tota Baptiſmi Sacramenta complentur.* Lib. *de Dogm. eccl. cap.* 74. Confer Origen. *in Luc. cap.* 2. *homil.* 14. *med.*

Ibid. lin. 34. βαπτίσματος ὕδατι καὶ πνεύματι εἰς ἄφεσιν ἁμαρτημάτων. καὶ ὅτι βάπτισμα ἡμῖν δίδοται τὸ τοῦ μαρτυρίου.] Nota illa diſtinctio Baptiſmi, *in Bapt. fluminis, flaminis* & *ſanguinis*, hic traditur. Baptiſmus *ſanguinis*, Tertulliano *c.* 13. *de Patientiâ*, eſt *Secunda intinctio*, & *c.* 22. *de pudicitiâ*: *Aliud Baptiſma.* Tribus his Baptiſmi ſpeciebus ex Athanaſio, Damaſceno, & aliis, quinque alias ſuperaddit Cl. Suicerus, *Obſerv. SS. c.* 3. *p* 64. & 65. ſcilicet Baptiſmum *diluvii, Moſis, legalem, Christi*, & *pœnitentiæ*. Cedrenus, *in Compend. Hiſtor. p.* 206. ſcribit: Imperante Antonino Philoſopho contigiſſe, ut Judæus ægrotans, & per ſolitudinem cum Chriſtianis iter faciens, cùm per Dei nomen, ut baptizaretur, rogaret, & aquâ deeſſet, ejus loco arenâ ter in capite aſperſus fuerit, adhibitâ formulâ inſtitutionis. at, cùm Judæus mox convaluiſſet Dionyſium Alexandrinum poſtea illum aquâ denuò abluiſſe.

Pag. 192. *lin.* 17. αἱ ψυχαὶ τῶν πεπελεκισμένων ἕνεκεν τῆς μαρτυρίας Ἰησοῦ διακονοῦσι τοῖς εὐχομένοις ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.] S. Martyres defunctos, hoc loco, ſuperſtitibus *miniſtrare peccatorum remiſſionem*, putavit Origenes: alibi, Omnes omninò Patres pro nobis orare, ſtatuit. *Homil.* 16 *in Joſuam, Tom.* 1. *p.* 320: *Ego ſic arbitror: quòd omnes illi, qui dormierunt ante nos Patres, pugnent nobiscum, & adjuvent nos orationibus ſuis.* Hæc opinio, poſterioribus temporibus adeò invaluit, ut creditum ſit, eos hominum preces exaudire, ac propterea invocandos eſſe. Prudentius, *hym.* 1:

Tanta pro noſtris periclis cura ſuffragantium eſt,
Non ſinant, inane ut ullus voce murmur fuderit:
Audiunt, ſtatimq; ad aurem Regis æterni ferunt.

Et *hymno* 9.

Audit, crede, preces Martyr proſperrimus omnes.

Vid. etiam *hym.* 2. & 10. & 13. ubi plura ejus generis occurrunt. Adde Sulpic. Severum, *in fin. ep.* 2. *ad Aurel. Diaconum.* Paulinum, *in poemat. natali* 8. *p.* 591. &c. Martyribus additi ſunt poſtea omnes alii Sancti. Vid. Nicephori Conſtant. Patriarch *epiſtolam ad Leonem Papam, pag.* 774. *apud Zonaram Lut. editum.* Alia mens fuit Eucherio, *l.* 4. *in libros Regum, p.* 101: *Ibi ergo* (in loco pacis) *ſunt Spiritus defunctorum; ubi non vident, quæcunque aguntur, aut eveniunt in iſtâ vitâ hominum.* Poſt hæc multis defendit, *Mortuis nullam eſſe curam de vivis*: imprimis nixus auctoritate Prophetæ: *Abraham neſcivit nos. Eſaj. LXIII.* 16.

Pag. 194. *lin.* 50. πολυθεοαθεότητα] Uno vocabulo eleganter integram complectitur ſententiam: Quod qui multos Deos colunt, nullum reverâ colant. Ideò, *l.* 1. *cont. Celſ. p.* 5. ἄθεον πολυθεότητα, fidem multorum Deorum, *Deo carentem* appellavit. In hunc ſenſum Athenagoras, *Legat. pro Chriſt. p.* 24. ait, de Poëtis Græcorum: Τίς οὐκ ἂν τοὺς ἐπὶ τοῖς τοιούτοις μύθοις φιλοθέους, μᾶλλον δὲ ἀθέους, τῆς ἀμαθίας καταμέμψοιτο; *Quis verò non redargueret eorum inſcitiam, qui dum ſuis fabulis Deorum ſe amantes monſtrare volunt, maximè ſe nullos Deos credere produnt?* Prudentius, *l* 2. *cont. Symmachum*, de mente Atheorum:

Hac putat, eſſe Deum nullum: namq; omnia verti
Caſibus, & nullo ſub præſide ſecla rotari.
Hoc iter haud quaquam magno diſcrimine diſtat
Hiſce viis, quas vos teritis; qui Numina multa,
Et portenta, Deum ſummum, numeroſa, putatis.

Theo-

Theodoretus, *Tom.* 4. *Serm.* 3. *p.* 506: Οὐκ ἂν μόνοι γὰρ ἄθεοι Διαγόρας ὁ Μιλήσιος κ. τ. ἑ. παντάπασι φάντες μὴ εἶναι θεούς· ἀλλὰ καὶ Ὅμηρος, καὶ Ἡσίοδος, καὶ αἱ τῶν Φιλοσόφων συμμορίαι, παμπόλλους μὲν Θεῶν μυθολογήσαντες ὁρμαθοὺς, ἀνδραποδώδεις δέ τινας, καὶ παθῶν ἀνθρωπείων ἀποφήναντες δούλους. *Non itaque soli athei habendi sunt Diagoras Milesius*, &c. *Deos esse, penitus abnegantes: Sed Homerus praterea, & Hesiodus, & familia Philosophorum, qui multos Deorum ordines fabulati sunt: & horum quosdam, mancipiorum instar, humanarum perturbationum servos esse pronunciârunt.* Videantur *Apologetici adversus Gent.* Clem. Alexand. Minutii Felic. Tertullian. Arnob. &c.

Pag. 194. *l.* 4. τὰ γὰρ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν, δαιμόνια] Tertullianus, *de Spectaculis c.* 12: *In mortuorum Idolis Dæmonia consistunt.*

Pag. 198 *lin.* 30. καὶ οὐ Θεῶν ἐμπεσεῖσθαι] Locus iste pessimè dispunctus, insanabilis aliquandiu visus est: verùm attentè postea considerato scopo, constructionem animadvertimus verborum, τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ ἀνθρώπου καὶ οὐ Θεῶν ἐμπεσεῖσθαι. Vocat, οὐ Θεούς, *Non Deos*, Idola gentium Hebr. לא אלהים Esaj. c. XXXVII, 19. Conf Deut. XXXII, 17. & 1, Cor. X, 20.

Pag. 200. *lin.* 22. σὺν ἡμῖν γένηται ἐπὶ τὸν παράδεισον] Prolixitas periodi, & quæ identidem inculcat Origenes, impediunt sensum horum verborum. ut cum expedias, construe inde à verbis, ἵνα αὐτὸς σοι συμπορευθεὶς, σὺν ἡμῖν γένηται. κλ. *ut Ipse* Jesus *tecum iter faciens*, simul *nobiscum sit, usque in Paradisum DEI*, &c: nempe, Ambrosius dum crucem Christi tollit, eumque sequitur, (ex dicto Matth. X, 38. & XVI, 24.) habet eum *Ducem præeuntem*: hunc optat eidem comitem, aliisque Sanctis & sibi, usque in Paradisum. quod quàm sit necesse, ostendit à *Cherubimis*, viam illam custodientibus, &c.

Pag. 201 *lin.* 12. κατὰ τὸν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων] De Diabolo hoc dictum explicare solet Origenes: Vid. *l.* 7. *c. Cels p.* 370. & *p.* 378. & post eum Theodoretum, *hær. fab. l.* 5. *c.* 8. Bedam. *Tom.* 5. *in Luc.* 10.

Pag 206. *lin.* 20. νοοῦντες, τίς ἡ Κυρίου τράπεζα,] Vide Orig. *l.* 8. *cont. Cels. p.* 393. 394. ubi contra Idolothytorum esum, locum Pauli, 1, *Cor.* 8. pluribus urget. adde *p.* 396. 397. Τὸ μὲν εἰδωλόθυτον θύεται δαιμονίοις, καὶ οὐ χρὴ τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον κοινὸν τραπέζης δαιμονίων γίνεσθαι, τὰ δὲ πνικτὰ τοῦ αἵματος μὴ ἐκκριθέντος (ὅπερ φασὶν εἶναι τροφὴν δαιμόνων, τρεφομένων ταῖς ἀπ' αὐτοῦ ἀναθυμιάσεσιν) ἀπαγορεύει ὁ λόγος, ἵνα μὴ τραφῶμεν τροφῇ δαιμόνων, τάχα τινῶν τοιούτων πνευμάτων συντρεφομένων ἡμῖν, ἐὰν μεταλαμβάνωμεν τῶν πνικτῶν. *Idolothyta sacrificantur Dæmoniis, nec debet homo Dei particeps fieri mensæ Dæmoniorum. Suffocata autem nobis interdicitur, quia sanguis ex eis non est excretus (cujus exhalatione ajunt, pasci Dæmonas) ne vescamur cibo Dæmonum; & ne fortè simul nobiscum edant Dæmones, si suffocatum edamus.*

Ibid lin 33. ὁμολογοῦν τὸ εἶναι Χριστιανὸς ἔργοις καὶ λόγοις] Isidorus, *Orig. l.* 7. *c.* 13. *p* 1007. *Non se glorietur Christianum, qui nomen habet, & facta non habet. ubi autem nomen secutum fuerit opus, certissimè ille est Christianus.* Præponit Origenes facta verbis. Sic Athenagoras, *Leg pro Christ. p.* 14: de Ethnicis: Ἀεὶ δὲ ἐργάσασθαί τι ἐπιθυμοῦντες κακὸν, τέχνην λόγων, καὶ οὐκ ἐπίδειξιν ἔργων, τὸ πρᾶγμα πεποιημένοι. *Cùm semper aliquid operari cupiant, rem malam artificio sermonis absque operis demonstratione faciunt.* De Christianis verò: Οὐ λόγους διαμνημονεύουσιν, ἀλλὰ πράξεις ἀγαθὰς ἐπιδεικνύουσιν. *Non sermones commemorant, sed bonas operationes ostendunt.* & *p.* 41: Οὐ μελέτῃ λόγων, ἀλλ' ἐπιδείξει καὶ διδασκαλίᾳ ἔργων τὰ ἡμέτερα. *Non curâ sermonum, sed demonstratione & doctrinâ operum, nostra constant.* Talem fuisse Origenem docet Gregorius Thaumaturgus, *in Panegyrico pag.* 66: Οὐχ οὕτως οὗτος τὰ περὶ ἀρετῶν ἡμῖν διεξῄει λόγοις· ἐπὶ δὲ τὰ ἔργα μᾶλλον παρεκάλει· καὶ παρεκάλει πλεῖον τοῖς ἔργοις, ἢ εἰς ἔλεγχον. *Iste* (Origenes) *nobis doctrinam de virtutibus explicavit, non sic*, (scilicet ut gentilium Philosophi) *sed ad opera potiùs exhortatus est: & magis suis operibus exhortatus est, quàm dictis.* Quæ confirmat Eusebius, *Hist. Eccl. l.* 6. *c.* 3. *p.* 205. & Niceph. Callist. *H. Eccl. l.* 5. *c.* 4. *p.* 213.

Pag. 207. *lin.* 25. εἰ κατὰ ἄνθρωπον πείραθλῳ ἐν Γερμανίᾳ] Indigetatur his verbis locus, ubi *Ambrosius* & *Protoctetus* captivi detinebantur & torquebantur. Sed quænam sit ista *Germania*, difficile est cernere. Doctiss. Huëtius, *Origenianor. l.* 1. *c.* 3. *§.* 4 *pag.* 17.

ita differit de eâ: *Quid sit Germania illa, magna dijudicatio est. Addubitat Ortelius, an non Germania sit Germanopolis, quam in Paphlagonum mediterraneis collocat Ptolemaeus, Geogr. l 5. c. 6. Germanopolim autem eandem esse suspicatur ac Germanicopolim Plinii, in Bithyniâ ad mare sitam. Falli illum tam scio, quàm scio me vivere. Catena Vetus Graeca in Evangelia laudat Severum Antiochenum, in opere ad Thomam Germaniae Episcopum. Hinc aliquis conjecerit, eam esse Germaniciam, quae Euphratesiae urbi est Archiepiscopalis, Antiochenae subdita Ecclesiae. At Germania Metropolis est, Constantinopolitanae Ecclesiae subjecta, ordine 68. juxta dispositionem Leonis Philosophi; quae Juris Graeco-Romani collectioni Leunclavianae inserta est, & ad calcem libri de Officiis Constantinopoleos Georgii Codini est attexta. In alterâ verò Palaeologi dispositione, quae priorem hanc excipit in eodem Codini libro, sic habetur:* ὁ Γερμίε κ̀ αὐτὰ ξζ ὄντα οθ. γεγόνασιν. *Hinc apparet legendum* Γερμίων, *atque idem esse* Germiam *ac* Germaniam. *Germiam autem in Galatiâ secundâ seu salutari constituunt Noticiae veteres, & inter Archiepiscopatus* αὐτοκεφάλους *referunt. Sed his repugnat eadem Leonis dispositio: nam, postquam metropoles & in iis Germaniam recensuit, subjungit Archiepiscopatus, & inter eos Germiis secundum locum assignat. Quid igitur statuam non habeo: suum unicuique relinquo judicium; satius ducens silere in re incertâ, quàm vanas & futiles conjecturas proponere. Quod si integra superesset illa Leonis* Διατύπωσις, *nec extremâ sui parte fuisset mutilata, in quâ unicuique metropoli attributae diaeceses recensebantur; Germaniae situm facilè cognosceremus.* Hactenus Vir eruditissimus. Et ego conatus sum aliquid impendere hujus rei dilucidationi, sed nihil certius reperire potui. Τάξις seu dispositio Patriarchalis, quâ Metropolitanis & Episcopis *Ordo sedendi* assignatur, Corpori Canonum Graecae Ecclesiae, Commentario duplici Zonarae & Balsamonis illustrato, ad calcem adjecta, & ab Enimundo Bonefidio, *libro 2. juris orientalis* inserta; inter Metropoles numero LXVII. ponit τὴν Γερμανίαν, *Germaniam:* at inter Archiepiscopatus sedem quartam assignat τοῖς Γερμίοις, & vigesimam octavam τῇ Γίρμῃ. Quae confirmant observationem Cl. Huëtii è Codino & Leonis Διατάξει allatam. Antiquissima illa dispositio, à Viro admodum reverendo & Cl. Guilelmo Beveregio, *in Notis eruditiss. ad Pandectas Canonicas Graecorum maximâ curâ & nitore summo Oxoniae editas*, publici primùm juris facta; quâ omnes Metropoles & Episcopatus, quinque Patriarchis Romano, Constantinopolitano, Antiocheno, Alexandrino, & Hierosolymitano subjecti accuratè recensentur; *Germaniam* omninò praeterit: ut, multis postea annis demùm inter Metropoles cooptatam fuisse, necesse sit. Rursus in *Codice Canonum Ecclesiae Africanae* inter subscriptiones Episcoporum numero VIII. est & haec: Κανδίδος Γερμανίας τοῖς πραχθεῖσι ὑπογεγραμμένοις ὑπέγραψα, *Candidus Germaniae his gestis subscripsi.* Licet'ne hinc concludere; etiam Germaniam quandam in Africâ fuisse? Audiamus, quid Vir Amplissimus, mihique multis nominibus honorandus, HENRICUS JUSTELLUS, *in pulcerrimo atque utilissimo opere Bibliotheca Canonica, Tom. 1. p. 412.* ad haec observet: *Candidus Germaniae, Candidus Episcopus Abitinensis Germanicianorum Ecclesiae.* Sunt autem *Abitinenses* Africae populus, cujus aliquoties mentionem facit Augustinus, *Tom. 7. sub finem lib. 3. advers. Parmenianum.*

In iisdem *Can. Eccl. Afric. p. 384. 385.* alibique fit mentio τῆς νέας Γερμανίας, *Nova Germania.* unde proclive foret conjicere, Duas fuisse Germanias in Africâ: alteram, simpliciter sic dictam: alteram, quòd recens condita esset, novam appellatam. Herodotus, *l. 1. p. 60:* Persiae populos enarrans sic loquitur: Ἄλλοι δέ Πέρσαι εἰσὶν οἵδε Πανθιαλαῖοι, Δηρουσιαῖοι, Γερμάνιοι. *Alii Persae hi sunt Panthelas, Derusias, Germanii.* Eusebius, *in Chronico p. 11.* inter populos Orientales, à Semo progenitos, refert Γερμανοὺς, *Germanos:* & post eum idem faciunt Epiphanius, *in Ancorato*, & Georg. Syncellus, *in Chronographiâ, pag. 47.* Cornarius Interpres Epiphanii, *Carmanos* vertit. Itaque sunt incolae *Carmaniae*, τῆς Καρμανίας, regionis inter Persidem & Indiam sitae: quam Ptolemaeus, *l 6. c. 8 Geograph.* describit. Hanc *Carmaniam* observat Miraeus, *in Topographiâ Ecclesiasticâ* etiam *Germa-*

niam

niam vocari. & *Salmasius* seculi ornamentum, apud Solinum, Plinium, & Marcianum Capellam, in veterrimis exemplaribus MS. *Germaniam*, pro *Carmaniâ*; item, *Germanicum*, pro *Carmanico*, posita reperit. Vid. *Plinian. exercit in Solinum, pag.* 240. Nil addam de *Germaniâ Europeâ*, de quâ Origenes hic neutiquam agit. Interim, quam *Germaniam* inter plures illas intelligat Origenes, mihi judicare non præsumo. Lector eruditus eligat, quam rerum gestarum circumstantiis cognoverit convenientissimam.

Pag. 209. *lin.* 36. φησί τις ὁ Παῦλος.] Euseb. *lib.* 6. *Hist. Eccles. c.* 25. ex Origenis *Homiliis in epist. ad Hebræos* hæc refert: ὅτι ὁ χαρακτὴρ τῆς λέξεως τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιγεγραμμένης ἐπιστολῆς, οὐκ ἔχει τὸ ἐν λόγῳ ἰδιωτικὸν τοῦ Ἀποστόλου. *Stylus epistolæ, quæ inscribitur ad Hebræos, caret illâ sermonis simplicitate, quæ propria est Apostoli.* pp. Ἐγὼ δὲ ἀποφαινόμενος εἴποιμ' ἄν, ὅτι τὰ μὲν νοήματα τοῦ Ἀποστόλου ἐστίν· ἡ δὲ φράσις καὶ ἡ σύνθεσις ἀπομνημονεύσαντός τινος τὰ ἀποστολικά, καὶ ὥσπερεὶ σχολιογραφήσαντός τινος τὰ εἰρημένα ὑπὸ τοῦ διδασκάλου. *Ego verò ita censeo, sententias quidem Apostoli esse; dictionem autem & compositionem verborum esse alterius cujusdam, qui dicta Apostoli commemorare, & quasi Scholiis sive interpretationibus ascriptis dilucidare voluerit ea, quæ a Magistro audiverat.* In quibus dubitáter videtur loqui de Auctore epistolæ ad Hebræos, num Paulus is sit, vel alius ejus Discipulus? attamen, quod in allegatis ex Eusebio non negat Origenes, evidenter asserit in contextu nostro, & *in epist. ad Africanum seq. pag.* 232: Ἀλλὰ εἰκός τινα θλιβόμενον ἀπὸ τῆς εἰς ταύτην ἀποδείξεως, συγχρήσασθαι τῷ βουλήματι τῶν ἀθετούντων τὴν ἐπιστολήν, ὡς οὐ Παύλῳ γεγραμμένην, πρὸς ὃν ἄλλων λόγων κατ' ἰδίαν χρήζομεν εἰς ἀπόδειξιν τοῦ εἶναι Παύλου τὴν ἐπιστολήν. *Sed si quis pressius demonstratione super his, uti conetur consilio eorum, qui nihili faciunt eam epistolam, ac si à Paulo non fuisset scripta; adversus eum aliis rationibus indigemus, ad demonstrandum, hanc esse Pauli epistolam.* Vid. *suprà in Dial. cont. Marcion p.* 114. *Lib.* 3. *cont. Cels. p.* 143. & *in proœm. l.* 1. *de Princip. To.* 1. *p* 665. & *e. q. p.* 678. & *l.* 7. *cont. Cels. p.* 351. *Philocal. c.* 1. *p.* 10. & 17. item, *c.* 21. *p* 55. ubi loca, ex antedictâ epistolâ producta, Paulo Apostolo tribuuntur. Quæ quidem satis superque confirmant observationem Præclarissimi Theologi, *Frid. Spanhemii*, Fil. Origenem inter eos, qui Pauli esse velint, recensentis: *Part. prim. c.* 6 suarum *de Authore epist. ad Hebr. Exercitationum.*

Pag. 210. *lin.* 32. ἐν τῷ παχεῖ τούτῳ καὶ περιγείῳ ἀέρι,] *aerem crassum*, tenebricosum & terræ vicinum, *sedem Dæmonum* propriam esse; post eorum è sedibus æthereis deturbationem: putavit Origenes. Sunt qui eum sequuntur: Arnobius, *l.* 1. *c. gentes, p.* 12: *Puerile, pusillum est & exile, vix & illis conveniens; quos jam dudum experientia Doctorum Dæmonas appellat & heroas; non nôsse cœlestia, & in hac rerum materiâ crassiore, conditionis suæ exortes, versari.* Augustinus: *Lib. VIII. de Civ. Dei cap.* 22. *Dæmones in hoc quidem aëre habitant: quia de cœli superioris sublimitate dejecti, meritò irregressibilis transgressionis, in hoc sibi congruo velut carcere, prædamnati sunt.* Prudentius, *l.* 1. *cont. Symmachum:*

- - prohibendo vagas, ne pristinus error
Crederet: esse Deûm nigrante sub aere formas.

Isidorus, *Originum l.* 8. *c.* 11. *p.* 1024: *Dæmones lapsi in aeream qualitatem conversi sunt: nec aeris illius puriora spacia, sed ista caliginosa, tenere perpessi sunt; qui eis quasi carcer est, usque ad tempus judicij.* Beda, *Tom.* 2. *l. de nat. rerum, p.* 30: *Aër est, omne quod inani simile vitalem hunc spiritum fundit, infrà Lunam, volatûs avium nubiumq́; & tempestatum capax: ubi etiam potestates aëreæ, supernâ sede deturbatæ, cum tormento diem judicii, duriùs tunc damnandæ, præstolantur: ex quo hominibus apparentes aërea sibi corpora meritis similia sumunt. nam supra Lunam, quæ aeris ætheriiq́; confinio curris, omnia pura ac diurnæ lucis sunt plena: cujus vicinia tangere fertur Olympus.* Prosper de vita contempl. *l.* 3. *c.* 2. *p.* 254: *Diabolus, sciens se per superbiam de cœlestibus corruisse, & in hunc caliginosi aëris carcerem trusum, homini vitium persuasit.*

Ibid. lin. 33. δεόμενοι τροφῆς, τῆς διὰ τῶν ἀναθυμιάσεων, ἐπιτηροῦσιν ὅπου κνίσσα ἀεὶ καὶ αἵματα καὶ λιβανωτοί.] *Dæmones indigere cibo*, attrahere *nidores, satiari sanguine*, delectari

 suffitu:

suffitu : constans est Origenis opinio. imò pp. affirmat, hæc eis nutrimenta tam necessaria esse, ut absque iis non possent in terrâ permanere, aut detineri. Hinc λιχνείαν τ̃ φιλοσωμάτων δαιμόνων, *liguritionem carnalium Dæmonum*, objicit Celso, *l.* 3. *p.* 128. indeque oriri, ait, persecutiones, instinctu eorum. Ἑώρων γὰρ, τὰς λοιβὰς καὶ τὰς κνίσσας, ἐφ' αἷς λίχνως ἥδοντο, καθαιρουμένας ἐκ τοῦ κρατεῖν τὰ Ἰησοῦ μαθήματα. *Quia videbant, invalescente doctrinâ Jesu, tolli nidores graděq; sibi libaminum cupedias.* Vid *eod. lib pag.* 133. *Lib.* 4. *p.* 182. *L.* 7. *p.* 334. & *seq. pag* 355. & *p.* 370. & *p.* 374. *Lib.* 8. *p.* 417. & 418. Mirum verò est, tot Patribus, priorum maximè seculorum, hanc placuisse sententiam. Tenet eam Tertullianus, *Apol. adv. gentes. c.* 22. *pag.* 23 : *Errorum iste potissimus, quò Deos istos captos & circumscriptis hominum mentibus commendat, ut & sibi pabula propria nidoris & sanguinis procuret, simulacris imaginibus oblata.* Et *c.* 23. *p.* 24: *Aris inhalantes Numen de nidore concipiunt.* Et pp. *Renuant se immundos spiritus esse, quod vel ex pabulis eorum, sanguine & fumo, & putidis rogis pecorum, & impuratissimis linguis ipsorum vatum, intelligi debuit.* Hinc *l. de idolol. c.* 7. *Spiritum vilissimi nidoris* Dæmonem appellat, Vid. ejusd. *lib ad Scapulam c.* 2. Athenagoras, *in legat. pro Christianis, pag.* 33: Οἱ μὲν περὶ τὰ εἴδωλα αὐτοὺς ἕλκοντες, οἱ δαίμονές εἰσιν οἱ προειρημένοι οἱ προστετηκότες τῷ ἀπὸ τ̃ ἱερείων αἵματι, καὶ ταῦτα περιλιχμώμενοι. & *p.* 34: Οἱ περὶ τὴν ὕλην δαίμονες, λίχνοι περὶ τὰς κνίσσας, καὶ τὸ τ̃ ἱερείων αἷμα ὄντες. *Qui circa idola commorantur, Dæmones sunt prædicti, inhærentes sanguini sacrificiorum, & ea undique lambentes.* Et pp. *Dæmones illi materiales, liguritores nidorum & sanguinis sacrificiorum* Gregor. Nazianz. *Orat* 4. *adv. Julian. p.* 127: Οὐκέτι γὰρ λίχνοι καὶ ἀπατηλοὶ δαίμονες δυναστεύουσιν. *Non jam gulæ dediti, & fraudulenti Dæmones rerum potiuntur.* Et *Orat* 18. *p.* 279: de Dæmone, cujus ministerio ad corrumpendam Justinam Cyprianus utebatur : Ὁ μισθὸς τῆς προαγωγίας, θυσίαι τε καὶ σπονδαί, καὶ ἡ δι' αἱμάτων καὶ κνίσσης οἰκείωσις. τοιούτους γὰρ ἴσμεν μισθοὺς εἶναι τοῖς τὰ τοιαῦτα χαριζομένοις. *Hujus lenocinij merces victima & libamina erant, affinitasq; ea, quæ per sanguinem & sacrificiorum nidorem cum eo contrahitur. Talem enim iis mercedem impendi oportebat, qui hujusmodi beneficia contulissent* Arnobius, *l.* 3. *c. gentes, p.* 114: *Nisi enim thura & salsas accipiant fruges, benefacere Dii nequeunt : & nisi pecorum sanguine delibutas suas conspexerint arulas, suos deserunt atque abjiciunt præsidatus.* Idem, *l.* 5. *p.* 156: *Et quænam, quæso, illa divina res fuit, quæ ab impetu rerum tanto Jovem compulit avocari, & mortalium sese denunciationibus sistere? mola salsa, thus, sanguis, verbenarum suffitio, & nominum terribilium fremores?* Ibid. *pag.* 169: *Liberâ Titanibus membratim sectus, atque in ollulas conjectus ut coqueretur, Jupiter suavitate nidoris illectus, invocatus advolavit ad prandium.* Sed *l.* 7. *p.* 212. ita hac de re disserit, ut dubius esse videatur : *Nunquid fortè Dii cælestes aluntur his sacris, & ad eorum compaginem retinendam nonnullius opus est suffectione materiæ?* paulò pòst, ubi negavit, pergit: *Quicquid enim causis & rebus fulcitur extraneis, necesse est esse mortale, & habere ad periculum vitam pronam, ubi aliquid cœperit deesse, quo vivitur. Tum quod ex his rebus, quæ admoventur altaribus, nihil videmus accedere, atq; ad Numinum substantias pervenire :* pp. *à canibus abliguritur sanguis : nisi fortè hostiarum Deus animas devorat, aut ex aris ardentibus nidorem consectatur & fumos, pasciturq; de cnissis, quas evomunt ardentia viscera, adhuc suda de sanguine, & prioribus humecta de succis. Sed si Deus, ut dicitur, nullius est corporis, omniq; est incontiguus tactu; qui fieri potis est, ut corporalibus rebus nutriatur incorporeum; quod mortale est, ut immortale sustineat?* Rursus *eod. lib. p.* 233. ita disserit: *Habent enim Dii nares, quibus ducant aereos Spiritus? accipiunt auras & remittunt, ut penetrare illos possint nidorum differentium qualitates? quod si damus, ut fiat, mortalitatis eos adjungimus legi, & excludimus divinitatis à finibus.* Quibus tamen verbis non à Dæmonibus, sed à Deo, actiones has corporales removet. Minucius Felix, *p.* 30: *Morbos fingunt, terrent mentes, membra distorquent, ut ad cultum sui cogant; ut nidore altarium vel hostiis pecudum saginati, remissis, quæ constrinxerant, curâsse videantur.*

tur. Prudentius, *hymno* 1.

Cerne quàm palam feroces hic domantur Dæmones,
Qui lupino capta ritu devorant præcordia.

& *l.* 1. *adv Symmachum p.*223:

- - Horrificos quos prodigialia cogunt
Credere monstra Deos; quos sanguinolentus edendi
Mos juvat, ut pinguis luco lanietur in alto
Victima, visceribus multa inter vina vorandis.

Omitto Justini Martyris, *ex apol.*1. & Firm. Materni, *de err. Profan. relig. c.*14. testimonia, quæ Doctissimus Huetius, *in Origenianis* produxit. Unicum, quod mireris, superaddo Hieronymi *Tom.* 3. *in epist. ad Damasum, p.*128: *Porcus animal immundum*, &c. *Talis est*, inquit, *Dæmonum multitudo, quæ per Idola manufacta cruore pecudum & victimis pascitur; & novissimè saginatiore quâdam hostiâ, ipsius hominis morte, saturatur.* A' Paganis illam opinionem eos hausisse, non est dubium. Celsus enim apud Origenem ipse hoc fatetur, *l.* 8. *pag.* 417. & Origenes idem ex Homero eruit, quem dicit *Il. α. statim ab init.* introducere Chrysen, ἕνεκεν ὀλίγων στεφάνων καὶ μηρίων ταυρείων καὶ αἰγῶν τυγχάνοντα, ἃ ἤτησε καθ' ἱκετείαν διὰ τὴν θυγατέρα, *paucis coronis, & taurorum caprorumq; femoribus emercantem, quicquid Græcis propter filiam imprecatus est.* Sic animas Heroum, ac imprimis Tiresiæ vatis, sanguinem appetentes & bibentes, fusè describit idem Homerus, *Od.* λ. *v.* 37. *& seqq.* Sed unde Homero error inhæsit? Nescio an audacior sit conjectura, quàm ut veniam mereatur; si dicamus: ex malè intellectis S. Scripturæ verbis, & uti ex illis apparet, vetustissimo loquendi more, pravè detorto, eum exortum fuisse. Scriptum est enim Genes. 8. v. 21. וירח יהוה את־ריח הניחח LXX. vertunt: καὶ ὠσφράνθη Κύριος ὁ Θεὸς ὀσμὴν εὐωδίας· *odoratusq; est Jehovah odorem suavitatis.* Hinc certè hominibus pravæ mentis pronum erat colligere; Deum sibi expetere nidores & sacrificia: imò verò, inde quosdam hoc collegisse, patet ex variis Scripturæ locis. inprimis è *Psalmo XLIX.* (juxta LXX. at hebr. L.) v. 9. 10. 11. 12. 13. ubi significanter ait: *Si esuriero, non dicam tibi: Et nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?* Hanc opinionem, quæ non raro etiam Judæorum animos occupârat, severissimè Deus per Prophetas suos refutavit: ac sæpesæpius omnem Sacrificiorum pompam longissimè à se removit, 1. Sam. XV, 22. Esaj. I, 11-13. & LXVI, 3. Amos. V, 21. 22. &c.

Pag. 211. *lin.* 25. καταλλήλων τροφῶν τοῖς σώμασιν αὐτῶν] En hypothesin, quâ fretus asserit Origenes, Dæmones nutriri: nimirum, quia corpora habent, & corporei sunt. Et certè oportet, ut omnes hi SS. Viri, quorum dicta modò allata sunt, in hac fuerint sententiâ. Verissima enim est Epiphanii assertio, *hær.* 26. *pag.* 46: Πῶς δύναται δαίμων, πνεῦμα ὂν ἀκάθαρτον καὶ ἀσώματον, σωμάτων μεταλαμβάνειν; εἰ δὲ καὶ ἀπὸ σωμάτων μεταλαμβάνει καὶ κυΐσκει, οὐκέτι ἐστὶ πνεῦμα, ἀλλὰ σῶμα· σῶμα δὲ ὄν, πῶς ἐστιν ἀόρατον καὶ πνεῦμα; *Qui potest Dæmon, spiritus ille impurus & incorporeus, corporum particeps fieri? quod si tamen à corporibus aliquid assumat & concipiat; non erit spiritus, sed corpus. Si verò sit corpus, quomodo invisibilis erit & spiritus?* Quicquid sit, Corpora passim tribui Dæmonibus ab Origene, observavit Doctiss. Huetius. *L.* 3. *cont. Cels. p.*132: Dæmonas vocat Origenes μοχθηρούς, καὶ τόπους ἐπὶ γῆς [illegible] εἰληφότας, ἐπεὶ τοῦ καθαρωτέρου οὐ δύνανται ἐφάψασθαι χώρου καὶ θειοτέρου, ἔνθα μὴ φθάνουσιν αἱ ἀπὸ τῆς γῆς καὶ τῶν ἐν αὐτῇ μυρίων κακῶν παχύτητες. *impuros, incubantes terræ locis variis, ut quemq; occupaverunt; quoniam ad puriorem illam & diviniorem regionem non valent pertingere, quò nunquam deveniunt terrenæ, vitiisq; terrestribus inquinatæ crassitudines.* Idem, *l.* 1. *de princip. pag.*666: *Non est tale corpus, quale habent Dæmones, quod est naturaliter subtile & velut aura tenue: & propter hoc vel imputatur à multis, vel dicitur incorporeum.* Tertullianus ante Origenem asseruit, *lib.*2. *contra Marcionem, p.*459: *Angelos omnes constare ex spiritu materiali.* materiale tamen seu *corpus Dæmonum* statuit *subtile*: *Apolog. adv gentes c.*22. *p.*23: *Suppetit illis* (de Dæmonibus loquitur) *ad utramque substantiam hominis adeundam subtilitas & tenuitas sua.* Minucius Felix, *in Octavio, p* 29: *Spiritus sunt insynceri*, ait,

vagi, à cœlesti vigore terrenis labibus & cupiditatibus degravati: isti igitur Spiritus, postea quam simplicitatem substantiæ suæ, onusti & immersi vitiis, perdiderunt; ad solatium calamitatis suæ non desinunt perditi jam perdere. pp. ex Platone asserit: *Eorum Substantiam inter corpus & spiritum mediam, terreni ponderis & cœlestis levitatis admixtione concretam.* Macarius, *hom.* 4. *p.* 21: Ἕκαστον κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν σῶμά ἐστιν ὁ ἄγγελος, ἡ ψυχή, ὁ δαίμων· ὅτι καὶ λεπτά ἐστι, ὅμως ἐν ὑποστάσει καὶ χαρακτῆρι καὶ εἰκόνι κατὰ τὴν λεπτότητα τῆς φύσεως αὐτῶν, σώματά τυγχάνει λεπτά, ὥσπερ ἐν ὑποστάσει τοῦτο τὸ σῶμα παχύ ἐστιν. *Unumquodque horum pro suâ naturâ corpus est, sive sit Angelus, sive Anima, sive Dæmon. Licèt enim hæc corpora tenuia sint, nihilominus in substantiâ, charactere & repræsentatione, pro subtilitate naturæ suæ corpora sunt subtilia: quemadmodum corpus istud, secundùm suam substantiam, crassum est.* Augustinus, non abhorruisse ab eâ sententiâ (quam Platonicorum fuisse, probat ex Apuleji *lib. de Socr. Dæmon.*) videtur, Consul. *Lib.* 8. *de Civ. Dei. cap.* 14. & 15. & *lib.* 21. *cap.* 10. *fin.* ac inprimis Lud. Vivis *Comment. in l.* 15. *cap.* 23. ubi *Platonicos omnes, deinde Origenem, Lactantium, Basilium & consensum ferè suo tempore scribentium,* hactenus secutus dicitur. Isidorus, *lib.* 8. *Originum c.* 11. *Dæmones corporum aëreorum naturâ vigent: ante transgressionem quidem cœlestia corpora gerebant: lapsi verò in aëream qualitatem conversi sunt.* Beda loco s. d. non quidem ex corpore constare; sed, corpora sibi aërea Dæmones assumere, statuit: sed *Tom.* 4. *l.* 3. *in Job. c.* 10. *p.* 861: per *Corpus Diaboli* intelligit *omnes consortes ejus & spiritus immundos; quos tantâ consensione & conspiratione, dicit Deus, illi adjunctos, ut indissolubili connexione eidem sint copulati.* Hoc unum miror: qui S. Hieronymus, inter Origenis errores, *in epistolâ ad Avitum, Tom.* 2. *p.* 150. enarratos, hunc quoque retulerit; *Quod rationales creaturæ per negligentiam ad terrena corpora sint delapsæ:* cùm suprà audiverimus ipsum Hieronymum quoque asserentem: *pasci Dæmones & saginari cruore.* Id, quod fieri non potest, si corpora eis demantur. Non dubito, si Ruffinus hunc locum observâsset, quin cum Hieronymo regessisset.

Ibid. lin. 32. σέβειν τὸν πρῶτον Θεὸν] Sic Deum verum appellat Origenes, aliique πρῶτον Θεὸν, τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν, τὸν μέγαν Θεόν. Arnobius, *l.* 2. *c. gentes*, vocat *Deum primum*, *Deum superiorem. L.* 3. *c. gentes* sic loquitur: *Ad cultum divinitatis obeundum satis est nobis* Deus primus; *Deus inquam primus, Pater rerum ac Dominus, Constitutor moderatorq; cunctorum.* Hoc memoratu dignum censeo, quòd Simon Magus execrabilis ille Hæreticorum Pater, non contentus simplici nomine Dei, ὡς πρῶτος Θεὸς, ut *Deus primus* adorari voluerit: teste Euseb. *l.* 2. *Hist. Eccl. c.* 13. ex Justini *apologetico* id probante. *Primus* idem est quod *Princeps*, seu *superior* etiam apud alios auctores. Virgil. *l.* 1. *Æneid.*

- - Veterisq; memor Saturnia belli
Prima quod ad Trojam pro charis gesserat Argis.

Ad quæ Servius *in Comment. Prima, princeps accipiendum est.* Qui verò paganis summus fuerit Deus, idem Servius, *Comment. in Æneid. p.* 527. sic tradit: *Sciendum pro qualitate rerum vel personarum, summum Deum dici, vel Patrem. nam unusquunque eum putat esse summum Deum, quem colit: ut, Summe Deûm, sancti custos Soractis Apollo!*

Ibid. lin. 32. 33. μηδὲν διαφέρειν, εἰ λέγοιεν, σέβειν τὸν πρῶτον Θεὸν, ἢ τὸν δεῖνα, ἢ ζῆνα.] Ethnicorum hic error erat, ut Deum *Jovis* nomine insignirent, vel potiùs dedecorarent. Hinc Celso ὁ μέγας Θεὸς ὁ ὕψιστος, Ζεὺς, Ἀδωναῖος, Σαβαὼθ, Ἀμμοὺν, παπαῖος nil differt, *l.* 5. *cont. Cels. pag.* 259. & Arnobius, *l.* 7. *cont. gentes, p.* 245: *Jovem, quem Deum Principem dicitis, & rerum quæcunque sunt Conditorem.* Et Aristeas, *l. de Vers. LXX. p.* 6. Τὸν πάντων ἐπόπτην καὶ κτίστην Θεὸν οὗτοι (οἱ Ἰουδαῖοι) σέβονται ὃν καὶ πάντες, ἡμεῖς δὲ μάλιστα, προσονομάζοντες ἑτέρως Ζῆνα. *Illi,* Judæi, *eundem Deum omnium inspectorem & Creatorem colunt, quem etiam alii omnes homines, & nos in primis, sed nominantes aliter vocamus JOVEM.* Ast Origenes, prout ubique singularem Zelum pro vindicando Dei honore demonstravit, sibi similis hic esse non desiit; acriter contendens, Deum summum nunquam *Jovis* nomine, aut alterius è Diis gentium esse appellandum; imò citiùs moriendum, & martyrium subeundum esse. Hoc passim inculcat,

inculcat, repetit, urget, veluti rem maximi momenti. *L. 4. cont. Cels. p. 196:* Διὰ ταῦτα δὴ ἡμεῖς καὶ διὰ τοὺς τοιούτους μύθους, καὶ ἄλλους μυρίους, οὐδὲ μέχρις ὀνόματος θέλομεν Δία καλεῖν τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεόν· οὐδ' Ἀπόλλωνα τὸν ἥλιον, οὐδ' Ἄρτεμιν τὴν σελήνην, ἀλλὰ καθαρὰν εὐσέβειαν εἰς τὸν δημιουργὸν ἀσκοῦντες, καὶ τὰ καλὰ αὐτοῦ δημιουργήματα εὐφημοῦντες, οὐδὲ μέχρις ὀνόματος χραίνομεν τὰ θεῖα. *Quapropter nos his & similibus fabulis offensi, nullo modo ferimus, Deum maximum vocari JOVIS nomine, nec Solem Apollinis, nec Lunam Dianæ vocabulo: sed puram erga Deum pietatem exercendo, & pulcerrima ejus opificia laudando, nec nominetenus res divinas contaminamus. Lib. 1. cont. Cels pag. 20:* Πῶς οὖν μᾶλλον τῆς ἀληθείας ἀποδεξόμεθα Χριστιανούς, μηδὲν τῶν ἐν ταῖς μυθοποιΐαις παραλαμβανομένων ὀνομάτων προσάπτοντας τῷ τοῦ παντὸς δημιουργῷ; *Quantò magis probanda est Christianorum pietas, qui rem indignam censent, vocabulum aliquod Poëtarum fabulis celebratum accommodare Conditori rerum omnium?* & paulò antè: Ἀπολογησόμεθα διὰ τῶν τοιούτων καὶ περὶ τοῦ μέχρι θανάτου ἀγωνίζεσθαι Χριστιανούς, ἵνα μὴ τὸν Δία Θεὸν ἀναγορεύσωσι, μηδ' ἄλλῃ διαλέκτῳ αὐτὸν ὀνομάσωσιν. *Quâ ratione defendimus Christianos, usque ad mortem obstinatos in certaminibus, ne JOVIS nomen Deo tribuant, aut Deum alienâ linguâ nominent.*

Rationes ejus rei affert præcipuè tres: *Prima* est, quia Dæmonum hæc sint nomina, adeoque ipsi Deo neutiquam imponenda; & fraus Diaboli eò collimet, ut sub Dei nomine adoretur. hinc pp. in textu dicit: Οὐ θαυμαστὸν δὲ εἰ τὰ δαιμόνια τὰς ἰδίας ὀνομασίας ἀναφέρει ἐπὶ τὸν πρῶτον Θεόν, ἵνα ὡς πρῶτος προσκυνῆται Θεός. *Nil mirum est, Dæmones sua nomina Deo summo imponere, ut velut Deus primus adorentur.* & *l. 5. cont. Cels. pag. 262:* Διὰ τοιαῦτα πᾶσαν αἰκίαν ὑπομένειν μᾶλλον αἱρούμεθα, ἢ τὸν Δία ὁμολογῆσαι Θεόν· οὐ γὰρ τὸν αὐτὸν εἶναι ὑπολαμβανόμενον Δία καὶ Σαβαώθ· ἀλλ' οὐδ' ὅλως θεῖόν τε τὸν Δία· δαίμονα δέ τινα χαίροντα οὕτως ὀνομαζόμενον, οὐ φίλον ἀνθρώποις, οὐδὲ τῷ ἀληθινῷ Θεῷ. *Quapropter quosvis cruciatus perferimus potius, quam JOVEM fateamur esse Deum: nec enim eum temerè credimus Jovem & Sabaoth: imò ne Deum quidem Jovem, sed Dæmona quendam, qui delectetur hoc nomine, infensum hominibus, & inimicum vero Deo.* Cum Origene facit Cyrillus Alexandr. *l. 7. contra Julianum p. 236:* qui huic, Jovem, Martem, Musas, Æsculapium, aliosque Deos nominanti, respondet: Εὐχερεῖς ἄρα ζωγράφοι καὶ ἀντεχνίσαντο λιθουργοὶ Θεοὺς ὄντας ἀποφῆναι αὐτοὺς οὐκ ὄντας Θεούς, μᾶλλον δὲ τοὺς ἀκαθάρτους δαίμονας, ἤγουν ἀνθρώπους κατεφθαρμένους. *Pictores itaque manu prompti & artifices statuarii Deos declarent, qui neutiquam Dii sunt, sed potiùs impuri Dæmones, aut homines perditi.* Walafridus Strabo, *de reb. Eccles. c. 1. p. 391: Paganos fecisse templa Diis suis, vel potiùs Dæmonibus, seductoribus suis; non solùm ex ipsorum libris, sed etiam ex divina Scriptura testimoniis, agnoscimus.*

Secundò, urget Adamantius vim Nominum & vocum, quæ φύσει, *naturâ*, non θέσει, *ex instituto* hominum, significent; & illa, quæ Deo à Mose & sanctis hominibus attributa sunt, procul dubio singularem ἐνέργειαν, & *efficaciam* in se habere. Sicque periculum oriri, ne ὀνόματα τὰ μὲν κατὰ τῶν ἐλαττόνων ἐπὶ τὰ κρείττονα, τὰ δὲ κατὰ τῶν κρειττόνων ἐπὶ τὰ ἥττονα· *nomina deteriora potioribus, & potiora deterioribus* accommodentur: *l. 1. cont. Cels. p. 19.* Videantur *Protreptici* verba. Probat autem Nomina φύσει significare, ex efficaciâ eorum in exorcismis: in quibus Jesu Nomen, μυρίους ἤδη ἐναργῶς ὁρᾶται δαίμονας ἐξελάσαν ψυχῶν καὶ σωμάτων, *innumeros Dæmones conspicatur ejecisse ex arreptorum corporibus & animâ.* Sic in Incantationibus non licet Nomina permutare, si debeant esse efficaces. Vide fusiùs hac de re disserentem Orig. *l. 1. cont. Cels. p. 19. 20.* & *l. 5. p. 261. & 262.* nec non *in Philocal. c. 17.* ubi eadem repetuntur. Hausit verò Origenes hanc opinionem à Platone, *in Cratylo* eam multis astruente; rejecto Aristotele, qui contrarium sensit.

Denique, intuitu turpissimorum facinorum & obscœnarum fabularum, à Poëtis & Philosophis Diis suis afflictarum, neutiquam ferendum esse existimavit, ut sanctissimo Deo horum Nomina dentur. *L. 4. cont. Cels p. 196:* Τί με δεῖ καταλέγειν τὰς περὶ Θεῶν ἀτόπους ἱστορίας, αἰσχύνης αὐτόθεν ἀξίας καὶ ἀλληγορουμένας; & pp. Διὰ ταῦτα δὴ ἡμεῖς καὶ διὰ τοὺς τοιούτους μύθους καὶ ἄλλους μυρίους, οὐδὲ μέχρις ὀνόματος

μετὰ φίλοιμι Δία καλῶν τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεόν. *Quid me opus est enumerare absurdas de Diis historias Graecorum, pudendas primùm etiam cùm allegoricè exponuntur? Quapropter nos, his & similibus fabulis offensi, nullo modo ferimus, Deum maximum vocari Jovis nomine.* Quid distet inter *Jovem* atque *Deum*, si pluribus nôsse cupis, adi Arnobium, *l. 2. contra gentes, p.* 19. Caeterùm omittendum non est, permittere Origenem, ut Nomine appellativô, quô unaquaeque Natio Deum indigetare solet, utamur, *L. 5. cont. Celsum p.* 263. Τὸ προσηγορικὸν τὸν Θεὸν πάσῃ διαλέκτῳ, ᾗ ἕκαστος σύντροφος, ὀνομάζων, οὐχ ἁμαρτήσεται. *Qui nomine appellativo Deum in omni linguâ, in quâ quis enutritus est, nominat, non peccabit.* Ratio forsan haec dari potest: quòd primi auctores Nominum, (sive Protoplastos intelligamus, sive homines, qui tempore confusionis linguarum vixêre) veri Dei cognitionem habuerint; adeoque appositum ei nomen tribuerint: cùm Nomina Deorum propria, diu post illa tempora, ab Idololatris sint excogitata: sicut Arnobius, *in libris cont gentes* fusè probat. Sed ut veterum circa nominis divini usurpationem religio magis appareat, addam Hieronymi testimonium, *Tom. 3. epist. ad Damasum, p.* 129: *Absit,* inquit, *ut de ore Christiano sonet* Jupiter omnipotens, & Me Hercule, & Me Castor, & *caetera magis portenta quam Numina.* Cogita, mi Lector, quantùm à castâ Veterum pietate abeant, qui talia dicteria etiam in Scholis hodie, tanquam Latinitatis flores, pueris vel inculcant, vel indulgent!

Pag. 212. *lin.* 19. ὁ θεράπων] κατ' ἐξοχὴν, *eminenter,* tribuitur hic titulus Mosi. Locum parallelum ubi simpliciter sic nominetur unicum observavi, *in excerptis è* 3. *Tom. in Genes. Philocal. c.* 14. *p.* 44: Κινήσεις τινὰς, μήποτε τὸ πρᾶγμα, καὶ παρὰ τῷ θεράποντι νενόηται, ὥστε ἔχει. *Id nos movit, an non & apud Famulum res haec ita se habere intelligatur?* Alibi nomen usurpat cum additione: ut *l.* 7. *cont. Cels. p.* 359: Θεράπων Θεοῦ, *Dei famulus. L.* 2. *cont. Cels. p.* 9: Προφήτης Θεοῦ καὶ θεράπων αὐτοῦ. *Propheta Dei & famulus ejus. L.* 5. *cont. Cels. p.* 250: Προφήτης Θεοῦ καὶ γνήσιος θεράπων αὐτοῦ, *Propheta Dei & verus ejus famulus.* Tertullianus simpliciter Mosen hoc nomine insignit, *l.* 2. *cont. Marcion. pag.* 474: *Ad hoc enim famulo dixit:* Sine me & disperdam illos. Apollinarius, *in Psal. CV,* 26: Τοῖς δὲ Θεὸς θεράποντα πολύφρονα Μωσέα πέμψας, *Illis verò Deus famulum prudentem Mosen misit* Epiphanio, *haer.* 48. *p.* 176. & Chrysost *Tom. 5. ab init. serm.* 129: Ὁ τοῦ Θεοῦ θεράπων, *Ille Dei famulus:* Cassiodoro, *div. lect. c.* 28. *p.* 917: *Fidelissimus Dei famulus* vocatur. Imitati sunt omnes hi S. Apostolum, *Heb.* 3. v. 5. sic loquentem: Μωϋσῆς μὲν πιστὸς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ὡς θεράπων, εἰς μαρτύριον τῶν λαληθησομένων, *Moses quidem fidelis erat in totâ Domo* (inde ὁ Οἰκέτης Κυρίου, dictus *Deut. ult. vers.* 5.) *ejus, tanquam FAMULUS, in testimonium eorum, quae dicenda erant.* Aliàs vulgatum ejus ἐπίθετον (qualia Graeci omnibus sanctis addere solent: vid. Epiph. *haer.* 78. *p.* 437.) est, ὁ Θεόπτης, *qui Deum vidit:* apud Philonem, *de Nom. mutat, p.* 809. Concil. Nicaen. II. *can.* 1. &c. Unde Balsamon, *in epist. ad Antiochenos de jejuniis* formavit illud: ὁ θεοπτικώτατος Μωϋσῆς, *Moses qui Deum maximè vidit, ex Deuteron. ult. v.* 10.

Ibid. lin. 22. Σαβαὼθ, Ἀδωναὶ, Σαδδαὶ, καὶ πάλιν, Θεὸς Ἀβραὰμ, Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ Θεὸς Ἰακώβ] De his Nominibus, eorumque vi, multa refert Origenes, *l.* 5 *cont. Cels. pag.* 262. Addam nonnulla: Ἐὰν μὲν ὁ ἐπᾴδων, ἢ ὁ ἐξορκῶν ὀνομάζῃ Θεὸν Ἀβραὰμ, καὶ Θεὸν Ἰσαὰκ, καὶ Θεὸν Ἰακὼβ, τάδε μὲν ἄν ποιήσαι ἄν, ἤτοι διὰ τὴν τούτων φύσιν, ἢ καὶ δύναμιν αὐτῶν, καὶ δαιμόνων νικωμένων καὶ ὑποταττομένων τῷ λέγοντι ταῦτα· ἐὰν δὲ λέγῃ, ὁ Θεὸς πατρὸς ἐκλεκτοῦ τῆς ἠχοῦς, καὶ ὁ Θεὸς τοῦ γέλωτος, καὶ ὁ Θεὸς τοῦ πτερνιστοῦ· οὕτως οὐδὲν ποιεῖ τὸ ὀνομαζόμενον, ὡς οὐδ' ἄλλο τι τῶν μηδεμίαν δύναμιν ἐχόντων. *Si quis voces vel adjuret per Deum Abraham, Deum Isaac, Deum Jacob; efficiet aliquid, aut per naturam, aut per virtutem eorum Nominum, cedentibus Daemonibus & victoris jussa facientibus: Idem adjurator si dicat; per Deum Patris electi sonantis, per Deum risûs, per Deum supplantatoris; tantundem efficiet, quantum si adhibeat quaecunque Nomen inertissimum.* Ubi observandum esse puto, praeter alia, interpretationem nominis Abraham, quod transfert πατρὸς ἐκλεκτὸς τῆς ἠχοῦς. Hieronymus, *Tom.* 3. *quaest. in Genes. pag.* 210. Idem nomen enarrans; *dicebatur,* inquit, *primùm*

primum אברם *Abram, quod interpretatur* Pater excelsus, *& postea vocatus est* אברהם *Abraham, quod transfertur* Pater multarum. *nam quod sequitur* gentium, *non habetur in nomine.* unde igitur sua hauserit Origenes inquirendum est. Clemens Alex. Strom. *l.5. p* 400: Αἰγυπτου Ἀβραὰμ, ἀντὶ φυσιολόγου, σοφὸς καὶ φιλόθεος γενόμενος. Ἑρμηνεύεται μὲν γὰρ πατὴρ ἐκλεκτὸς, ἤχους· ἦχος μὲν γὰρ ὁ γεγωνὼς λόγος. *Abraam nominatur, qui pro Naturæ indagatore sapiens Deique amans factus est. Exponitur enim* Pater electus, sonitûs. *Verbum enim ad eum factum sonat.* Ergo à Clemente Præceptore hausit id Origenes, uterque autem, uti & alia, à Philone Judæo. ità enim is, *lib. de Gigantib. p.*228: Καλεῖται πατὴρ ἐκλεκτὸς ἤχους ἑρμηνευθεὶς Ἀβραὰμ, ὁ τοῦ σπουδαίου λογισμός· ἐξειλεγμένος τε γὰρ καὶ κεκαθαρμένος, καὶ πατὴρ φωνῆς, ᾗ συνηχοῦμεν. *Interpretatur Abraham,* Pater electus soni, *i. e. intellectus probi viri. Est enim electus, & purgatus, &* pater vocis, *quâ consonamus.* Quantum conjecturâ valeo assequi, conflatum nomen ex tribus his vocibus putavit Origenes: אב, *Pater,* בר, *mundus, purus*: à R. ברר *purgavit, elegit,* & המה, *strepuit, fremuit.* Beda, *in Nominibus Hebr.* vult: *Abraam* idem esse, quod *Pater videns Populum, vel Pater videns multitudinem, seu Pater multitudinis, aut Pater multarum, subintelligitur gentium; non est enim in nomine.* Postremum ex Hieronymo desumsit. Primum ad has refertur voces Hebræas אב ראה עם, *Pater videns populum.* Secundum ab istis deducitur אב ראה המון, *Pater videns multitudinem.* Quinam verò horum rem acu tetigerit, Hebraicarum literarum periti, facilè judicabunt.

*Pag.*213. *lin.*7. νοητὸς γὰρ ἐκεῖ τε καὶ ἀόρατος, καὶ ὡς ὁ ἐπικρατῶν ἀποδείκνυσι λόγος, ἀσώματος.] Essentiam Dei, & Animæ rationalis, *invisibilem & incorpoream*, hoc loco statuit Origenes. Multis, quid hic sentiret Adamantius, tradit Huëtius, *in Origenianis elaboratissimis.* itaque paucis agam. Orig. *l.6 cont. Celf. p.*323: Ὁ Θεὸς καθ' ἡμᾶς, τῷ μὲν μὴ εἶναι σῶμα, ἀόρατός ἐστι. *Deus, juxta nostram sententiam, cùm sit incorporeus, est invisibilis.* Id. *l.7. cont. Celf. pag.* 349: Celso malitiosè Origeni imputanti, ac si Deum corporeum statueret, respondet: ὁ Κέλσος τὰ μὴ λεγόμενα ὑφ' ἡμῶν λαβὼν, ὡς λεγόμενα ὑφ' ἡμῶν. *Celsus opponit nobis, velut à nobis dicta, quæ nunquam a nobis dicta fuere.* & mox è Scripturis contrarium probat. Vid. *l* 1. *de principiis c.* 1. Et *l.8. cont Celf. p.*410: Ψυχὴν παντὸς σώματος καὶ μάλιστα τὴν λογικὴν, φαμὲν εἶναι πρᾶγμα τιμιώτερον· καὶ τὸ κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος ψυχὴ μὲν χωρεῖ, οὐδαμῶς δὲ τὸ σῶμα· οὐδὲ γὰρ καθ' ἡμᾶς σῶμα ὁ Θεὸς, ἵνα μὴ περιπέσωμεν, οἷς περιπίπτουσιν ἀτόποις, οἱ τὰ Ζήνωνος καὶ Χρυσίππου φιλοσοφοῦντες. *Profitemur, animam præcipue rationalem, potiorem esse quovis corpore: quandoquidem imaginem Conditoris capit, non corpus, sed anima. Nec enim Deum esse corporeum opinamur: ne devolvamur in eas absurditates, in quas inciderunt quidam Zenonis & Chrysippi sectatores Philosophi.* Rectè ista quidem: sed nondum percipio, quale corpus animabus alibi tribuat. *Lib.* 2. *cont. Celf. p.* 97: τὰ μὲν οὖν γινόμενα περὶ ψυχῆς τεθνηκότων φαντάσματα, ἀπό τινος ὑποκειμένου γίνεται· τοῦ κατὰ τὴν ὑφεστηκυῖαν ἐν τῷ καλουμένῳ αὐγοειδεῖ σώματι ψυχήν. *Spectra ista larvarum non de nihilo apparent, sed quia defunctorum quoque animæ suum quoddam corpus habent, quod Græcis vocatur* αὐγοειδές. uti quidem Gelenius vertit, Spencero adprobante: sed vereor, ne scribendum & legendum fuerit, οὐ κατὰ τὴν ὑφεστηκυῖαν ψυχήν. i. *Spectra quidem illa, quæ fiunt de mortuorum animabus, ex aliquo subjecto fiunt; non autem in ipsâ animâ subsistente in corpore, quod vocatur splendidum.* & pp. Ταῦτα δ' ἐλέγετο ὑπὸ τοῦ Θωμᾶ, κρίνοντος, ὅτι δύναται ὀφθαλμοῖς αἰσθητοῖς φαίνεσθαι ψυχῆς σῶμα πάντα τῷ προτέρῳ εἴδει ἐοικώς. *Hæc* (nisi misero manum meam in notas clavorum, & palpavero latus ejus, non credam) *dicebat Thomas, quòd arbitraretur; fieri posse, ut oculis se offerret corpus animæ per omnia prioris speciei.* Utrum corpus assumtitium, & apparens, an verò substantiale verumque intelligat, judicet eruditus Lector. Cæterùm multi veterum, Deo ipsi Corpus tribuere, non sunt veriti. Tertullianus, *adv. Praxeam c.*7. *p.* 639: *Quis negabit, Deum Corpus esse, etsi Deus Spiritus est? Spiritus enim, corpus sui generis in suâ effigie. Sed & invisibilia illa, quæcunque sunt, habent apud Deum & suum corpus & suam formam, per quæ soli Deo visibilia sunt.* Et *l.* 2. *adv. Marcionem, p.*466: *Quanta erit diversitas divini corpo-*

ris & humani, sub eisdem nominibus membrorum; tanta erit & animi divini & humani differentia, sub eisdem licèt vocabulis sensuum. Phæbadius, *contra Arrianos p.* 21: *Corpus enim Spiritus, sed corpus sui generis. Nam & invisibilis & incomprehensibilis Spiritus. Nunquid tamen inane & vacua res Deus? Deus enim Spiritus est.*

Macarius, quamvis Angelis, Dæmonibus & animabus, corpus tribuat, *hom.* 4. *p.* 21: Deo tamen id ascribere non audet: sed contentus est dicere, *Deum corpus assumsisse in incarnatione Christi.* Arnobius, *l.* 2. *adv. gentes, p.* 58. & 59. contendit, *Animam nec immortalem nec incorpoream esse.* Aristoteles *Quintum Corpus* (nempe, supra quatuor Elementa) dixit esse: Augustino teste, *de Civ. Dei, l.* 21. *cap.* 11. *med.* ex Cicer. *lib.* 1. *Tuscul qq.*

Pag. 214 *lin.* 17. κ) διὰ τῦτο πεσῦται ἡ οἰκία· ὅτι] Lego, διὰ τῦτο ὐκ πεσεῦται ἡ οἰκ. Ipsius Domini verbis, Matth. VII, 55: οὐκ ἔπεσε, *Non cecidit: erat enim fundata super petram:* & re præsenti, hoc postulantibus.

Pag. 218. *lin.* 3. τάχα τῷ τιμίῳ αἵματι τῶν μαρτύρων ἀγορασθησόμεθα ἡμεῖς] Origenes suum τάχα, *fortè*, præponit asserrioni valdè dubiæ, quamque nondum concessam noverat. An apud vulgus Christianorum hæc opinio pervagata fuerit, *Redimi aliquos sanguine martyrum*: dicere non habeo. Sanè Patres ei se acriter opposuére. Tertullianus, *l. de pudicitiâ, c.*22. *pag.*744: *Sufficiat Martyri propria delicta purgâsse. Ingrati vel superbi est, in alios quoque spargere, quod pro magno fuerit consecutus. Quis alienam mortem suâ solvit, nisi solus Dei Filius?* Beda, *To.*5. *in c.*15. *Job. pag.*752: *Postremò, etsi fratres pro fratribus moriamur, tamen in peccatorum fraternorum remissionem nullius sanguis martyris funditur, quod fecit ille pro nobis: neque in hoc, quid imitaremur, sed quid gratularemur, contulit nobis.*

Ibid. lin. 7. τὸν ἐν μαρτυρίῳ ἐπάλιν ὕψωσε] Locum Joh. 12. 32. de crucifixione Christi interpretatur Cyrillus Alex. *in Catenâ in hoc caput:* ἀντὶ τῦ σαυρωθῆναι, τὸ ὑψωθῆναι φησι, *pro crucifigi, dicit exaltari.* & Theophyl. *ad eundem locum,* ἐὰν ὑψωθῶ ἐπὶ τῦ σαυρῦ, *si exaltatus fuero in cruce.*

Ibid. lin. 12. ὁ μαρτυρῶν τῷ ἑαυτῦ θανάτῳ δοξάζει] Videtur Origenes illos tantùm Martyrum nomine censuisse, qui morte suâ veritatem obsignant: sed id non perpetuum esse apud Veteres, observavit Cl. Svicerus. Illi enim Martyres appellant 1. Eos, qui atrocia subiére supplicia, è quibus tamen miraculosè sunt servari: ut tres Juvenes in fornace Babylonicâ, dicti οἱ ἐν Βαβυλῶνι γενόμενοι μάρτυρες, *Martyres in Babylône facti*: ab Athanas. *Orat.* 3. *cont. Arianos.* & in genere à Gregor. Nazianz. *Orat.* 20. *pag.*319. tales appellantur ζῶντες Μάρτυρες, *Martyres vivi.* Vid. Chrysost. *in Psalm.* 96. 2. Martyres, qui fratres, & ægrotos visitabant, in morbis contagiosis præsertim. Consul. Dionys. Alexandrin. apud Euseb. *Hist. Eccl. lib.*7. *c.*22. 3. qui Martyres in carcere visitabant. Vid. Constitut. Apostol. *l.* 5. *c.* 1. *p.* 912. 4. qui fidem veram confitentur, & operibus bonis ac vitæ innocentiâ eam elucere faciunt. apud Clem. Alexandr. *Strom. l.* 4. *p.*350. & Chrysostom. *hom.* 11. *in epist. ad Hebr. Tom.*4. *p.*493. 5. Qui bonorum temporalium privationem patienter ferunt: apud Chrysost. *hom. in* 2. *ad Cor. p.*546. Deniq; 6. qui mori, quàm magicis artibus ad recuperandam sanitatem uti, malunt. Vid. Chrysostomum, *hom.* 5. *contr. Judæos. To.*6. *pag.* 363.

Ibid. lin. 15. τοῦτο ἦλθε σημαίνων ποίῳ θανάτῳ δοξάσῃ τὸν Θεόν.] Origenem Scripturæ S. callentissimum fuisse, omnibus constat. Interim sæpius (memoriâ fortè lapsum) combinâsse diversa dicta, eaque retulisse, ac si uno eodemque loco scripta extarent, observârunt Cl. Huetius & Hallosius. Hoc, nisi fallor, confirmant & præsentia verba. Nam *Joh.* 12. *v.* 33. scriptum est: Τῦτο δὲ ἔλεγε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ ἤμελλεν ἀποθνήσκειν. *Hoc verò dixit, ut significaret, quâ morte moriturus esset.* Nihil in his de *glorificatione.* Sed c. 21. v. 19. in re simili, dicit Christus de morte Petri: Τῦτο δὲ εἶπε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ δοξάσῃ τὸν Θεόν. *Hoc verò dixit, significans, quâ morte Deum glorificaturus esset.* Quapropter, si talia in Patrum scriptis occurrant, non statim existimandum est, *Nostra exemplaria esse corrupta*: vel, *Patres aliter legisse*: quia sæpenumero, non inspecto Codice, memoriter verba recitârunt.

FINIS NOTAR. IN ORIG. EXHORT. AD MARTIRIUM.

NOTÆ

NOTÆ
IN EPISTOLAM AFRICANI
AD ORIGENEM.

Pag. 220. *lin.* 2. Ἀφρικανοῦ]

Hieronymus, *in Catal. p.* 289. & post eum alii, Beda, Freculfus, &c. hunc auctorem vocant *Julium Africanum*. Suidæ, Ἀφρικανὸς ὁ σέξτος χρηματίσας, φιλόσοφος λίβυς, *Africanus, dictus Sextus*, erat *Philosophus Afer*. Sed falli Suidam, statuunt eruditi; ut mox patebit Unde origo ei fuerit, difficile est colligere. Si unus idemque sint *Julius* & *Sextus Africanus*, *Libycus*, oportet sedem in Palæstinâ fixerit: sin verò diversi fuerunt; alter Emmauntem patriam habuit, alter Libyam. Africanus noster Alexandriæ studiis operam dedit, Doctore usus Heraclâ: Eusebius, *Hist. Eccles. L.* 6. *c.* 31. de Chronicis Africani: Ἐν οἷς φησιν ἑαυτὸν πορείαν στείλασθαι ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, διὰ πολλὴν τοῦ Ἡρακλᾶ φήμην· ὃν ἐπὶ λόγοις φιλοσόφοις, καὶ τοῖς ἄλλοις Ἑλλήνων μαθήμασιν, εὖ μάλα διατρίψαντα, τὴν ἐπισκοπὴν τῆς αὐτόθι Ἐκκλησίας ἐγχειρισθῆναι ἐδηλώσαμεν. *In quibus, se Alexandriam profectum, testatur: ob maximam omnium famam atque existimationem de Heraclâ: quem, in Philosophiâ aliisq; Græcorum disciplinis excellentem, ad Episcopatum Alexandrinæ Ecclesiæ erectum fuisse, suprà docuimus.* Eadem repetit Beda, *de VI ætat. p.* 186: *Julius Africanus inter Scriptores Ecclesiasticos nobilis habetur. Qui in Chronicis, quæ conscripsit, refert, se Alexandriam properare, Heracliæ opinione celeberrimi provocatum; quem, & in divinis, & in Philosophicis studiis, atq; omni græcorum doctrinâ instructissimum, fama loqueretur.* Ado Viennens *Chron. æt VI. p.* 128: eadem refert, tantummodo in nomine Magistri variat, quem rectè *Heraclam* vocat. Longiùs abit Urspergensis, *in Chron. p.* 72: *Aradam* quendam memorans, quanquam crediderim, perperàm sic lectum, pro *Eraclam*: qui trivialis lapsus, *d* ex *cl* formato. Certum enim est, fuisse Heraclam Origenis Collegam; qui etiam post Demetrium sedem patriarchalem obtinuit An. Ch. 231. sub Philippo Imperatore. Vid. Hieron. *Catal. in Orig.* & Euseb. *Chron. p.* 70. cujus studia in Græcorum literis, & habitum Philosophicum, celebrat Origenes, *in epistolâ*, apud Euseb. *Hist. Eccl. l.* 6. *c.* 19. Unde pronum est colligere, Africanum ætate inferiorem Origene fuisse; nisi obstaret, quod ab initio epistolæ, υἱὸν, i. e. *filium*, salutet Adamantium, veluti senior juniorem.

Literis itaque imbutus Africanus, aliquot insignis ingenii monumenta dedit. *Primum* & præcipuum, ab Historicis toties decantatum, est *Chronicon*: uti Bedæ: ἱστορικὸν, uti Photio, *Cod.* 34: χρονογραφία, ut Euseb. *Hist. Eccl. l.* 6. *c.* 31. seu *Volumina V. de temporibus*, uti Hieron. *in Catal. p.* 389. nominare placuit. Eusebius hoc elogio librū cum commendat: Τοῦ αὐτοῦ Ἀφρικανοῦ καὶ ἄλλα τὸν ἀριθμὸν πέντε χρονογραφιῶν ἦλθεν εἰς ἡμᾶς, ἐπ' ἀκριβὲς πεποιημένα σπουδάσματα. *Ejusdem Africani, Quinque de Chronographiâ libri, accuratissimè compositi, ad nos etiam pervenêrunt.* Photius, *l. d.* ista de hoc opere refert: Ἔστι σύντομος μὲν, ἀλλὰ μηδὲν τῶν ἀναγκαίων ἱστορεῖσθαι παραλιμπάνων. ἄρχεται δὲ ἀπὸ τῆς Μωσαϊκῆς κοσμογονίας, καὶ κάτεισιν ἕως τῆς Χριστοῦ παρουσίας. ἐπιτροχάδην δὲ διαλαμβάνει καὶ τὰ ἀπὸ Χριστοῦ μέχρι τῆς Μακρίνου τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως βασιλείας. ὅτε αὐτῷ ὥς φησιν ἤδη ἡ συγγραφὴ συνετελεῖτο, ἐτῶν ὄντων, ͵ε ψ κ γ. τεύχη δὲ τὸ βιβλίον πέντε. *Concisus quidem est, nihil verò relinquit eorum, quæ memoratu digna sunt: incipit ab origine Mundi Mosaicâ, & pervenit ad Christi incarnationem. Cursoriè verò comprehendit, quæ inde à Christo usque ad Macrini Romanorum Imperatoris Imperium gesta sunt. Quo etiam tempore, uti fatetur ipse, scriptum absolvit, annorum* 5723. *seriem exhibens, & Quinque libris constans.* Ad quem locum Scaliger ὁ πάνυ, *in Animadv. Euseb. pag.* 212: *Hic hallucinatur. Nam annus ab Adam,* ͵ε ψ κ γ. *definit, non in anno Impe-*

Imperij Macriniani, sed in tertio Heliogabali. Hinc patet, Africanum hunc ad Heraclam profectum esse, ætate jam provectum, ut cum ipso de communibus studiis conferret. Beda, *Tom.* 3. *l. de Luminaribus Ecclesiæ p.* 664. Historicum Africani opus sic commendat: *Julius Africanus, cujus vestigium omnes australes orientales, diligenter unanimiterque in Danielis hebdomadibus investigant, universa temporum spatia cum omni peritiâ rigidoque sermone construxit; & nulla omnium, quæ scripta sunt per eum, in toto orbe unquam data est contradictio.*

Præterea commemorantur *duæ* ejus *Epistolæ.* altera, ad Origenem scripta super historiâ Susannæ: de quâ plura Veterum testimonia in præfatione collegimus: altera, ad Aristidem exarata: de quâ Euseb. *l.* 6. *c.* 31: Ἑτέρα δὲ τοῦ αὐτοῦ Ἀφρικανοῦ φέρεται ἐπιστολὴ πρὸς Ἀριστείδην, περὶ τῆς νομιζομένης διαφωνίας τῶν παρὰ Ματθαίῳ τε καὶ Λουκᾷ τοῦ Χριστοῦ γενεαλογιῶν. ἐν ᾗ σαφέστατα τὴν συμφωνίαν τῶν εὐαγγελιστῶν παρίστησιν, ἐξ ἱστορίας εἰς αὐτὸν κατελθούσης. *Altera quoque ejusdem Africani extat epistola ad Aristidem, de dissensione quæ videtur esse inter Matthæum & Lucam in stirpe Christi referendâ: In quâ Evangelistarum consensum apertissimè demonstrat ex narratione quadam, quam à majoribus acceperat.* Eadem commemorat Hieronym. *in Catal. p.* 289. Photius, *cod.* 34. Freculfus, *Chronic. Tom.* 2. *l.* 3. *c.* 8. *p.* 514. Niceph. Callist. *l.* 5. *Hist Eccl. c.* 21.

Tandem, librum *Cestorum* ei ascribit Euseb. *l. d.* Ἐν τούτῳ καὶ Ἀφρικανὸς, ὁ τῶν ἐπιγεγραμμένων κεστῶν συγγραφεὺς, ἐγνωρίζετο. *Claruit iisdem temporibus Africanus, qui libros* κεστῶν *titulo inscriptos composuit.* Et *in Chronicis pag.* 70: Ἀφρικανὸς τὴν ἐννεάβιβλον τῶν κεστῶν ἐπιγεγραμμένην πραγματείαν, ἰατρικῶν, καὶ φυσικῶν, καὶ γεωργικῶν, καὶ χυμικῶν περιέχουσαν δυνάμεις, Ἀλεξάνδρῳ τούτῳ προσφωνεῖ. *Aphricanus libros novem, Cestorum dictos, quibus rerum medicarum, physicarum, agriculturæ, & chymicarum virtutes continebantur, Alexandro Mammææ dedicat.* Studio Eusebius omnes circumstantias coacervasse videtur; ut legationis, ab Africano susceptæ & feliciter expeditæ, rationem redderet; vel quòd Africanus Imperatori Operis Inscriptione gratias ageret pro beneficio accepto; vel quòd ejus gratiam ambiret obtinendæ petitionis. Photius, *cod.* 34. *de Africano*: οὗτός ἐστιν, ὁ καὶ τοὺς λεγομένους κεστοὺς ἐν λόγοις συντάξας ιδ΄. *hic est, qui Cestos ita dictos sermonibus XIV. composuit.* Suidas: Ἀφρικανὸς ὁ Σέξτος χρηματίσας, φιλόσοφος Λίβυς, ὁ τοὺς Κεστοὺς γεγραφώς· ἐν βιβλίοις κδ΄. εἰσὶ δὲ οἱονεὶ φυσικά, ἔχοντα ἐκ λόγων τε καὶ ἐπαοιδῶν, καὶ γραπτῶν τινων χαρακτήρων ἰάσεις τε καὶ ἀλλοίων ἐνεργειῶν. *Africanus, dictus Sextus, Philosophus Afer: qui Cestos descripsit libris* 24. *Sunt autem veluti quadam physica, quæ continent remedia ex sermonibus, & incantamentis, & quibusdam scriptis characteribus, aliisque rebus efficacibus.* Eusebium etiam in ante-allatis imitatur Niceph. Callist. *L.* 5. *c.* 21 & Syncellus, *in Chronogr p.* 353. Ruffinus, Eusebii interpres, vel quia hac de re dubitavit, vel quia scriptum Africano indignum judicavit, id omninò omisit, substituitque: *Per idem tempus erat etiam Africanus, vir in scripturis Ecclesiasticus nobilis.* Hieronymus, *in Catalogo & in Chron. Euseb. Lat verso;* atque Freculfus, *in Chron.* ejus scripta & res gestas enarrantes, de libris Κεστῶν nihil commemorant, unde Illustris Scaliger, *Animadvers. ad Euseb. Chron.* & Celeberrimus Valesius, *in Notis ad Eus. Hist. Eccles.* colligunt; Duos fuisse Africanos, alterum *Julium* dictum, Historicum; alterum, *Sextum* Philosophum Afrum, τῶν Κεστῶν auctorem. Observat etiam Doctiss. Valesius, absurdum esse, cùm de Scriptore Ecclesiastico agatur, quòd ab Eusebio, *in Hist. Eccl.* primò librorum medicinalium fiat mentio: ac subolfecit hoc fortasse ipse Eusebius: itaque *in Chronico p.* 70. præmisit Historias libro τῶν Κεστῶν.

Confirmat, opinor, magnorum Virorum observationem *Epitome temporum*, Chronico Eusebii adjecta. illa enim sub Pertinace ponit Africanum Chronographum, *pag.* 396. sub Gordiano verò *p.* 398. collocat Africanum, τῶν Κεστῶν auctorem; quem vult legationem pro Emaunte suscepisse. In quo tamen hallucinatur: cùm omnes Africano historico illam tribuant. Euseb. *in Chronic. pag.* 70: Ἐμμαοῦς ἡ ἐν Παλαιστίνῃ κώμη, περὶ ἧς φέρεται ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐαγγελίοις, Νικόπολις ἐκλήθη, ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ αὐτοκράτορος, Ἀφρικανοῦ πρεσβεύσαμένου τοῦ τὰς ἱστορίας ἐν πενταβίβλῳ συγγραψαμένου. *Emmaus, oppidum Pala-*

Palæstinæ, cujus mentio fit in SS. Evangeliis, honorificum nomen Nicopolis ab Alexandro Imperatore obtinuit, Africano legationem obeunte, qui Libris Quinque historiam scripsit. Idem habet Syncellus, *in Chronograph. p.* 359. Sed *in Chron. Can.* Idem Euseb *p.*204. hoc factum refert ad 3. annum Aurelii Antonini Elagabali successoris Macrini: astipulantibus Hieron. *in Catal p.*289. Freculfo, *in Chron.* Adone *in Chron. æt. 6. p.*127. Bedâ, *de sex æt. p.* 185. & Abulpharajo, *Hist. Dyn.* 7. *p.* 79. scribente: *Eo* (Heliogabalo) *imperante condita est urbs Nicopolis, ea, quæ in libris sacris Emmaus dicitur: ei extruendæ præfuit Africanus Chronologus.* Hanc differentiam ità conciliat ὁ χρονογράφος Scaliger *in Animadv. Euseb p.*212: *Quia quarto anno Elagabali Africanus Chronicon suum terminavit, hoc habens in animo Eusebius confudit tempus terminati Chronici cum tempore Coloniæ deductæ, quia Africanus ejus deducendæ ergò ad Imperatorem Alexandrum legatus fuit. Sanè hoc anno legationis suâ Julius Africanus, accuratissimus temporum Observator, terminavit Opus suum, Grato & Seleuco Consulibus.* Liceat nobis aliam addere conjecturam: Quid si Africanus duabus vicibus legationem suscepisset, primò ad Elagabalum pro obtinendâ urbis exstructione: deinde ad Alexandrum, ut pro accepto beneficio libri oblatione gratias ageret, & alia beneficia peteret? Sic certè Eusebius secum & cum aliis facilè conciliaretur. Quare autem Urbs ædificata dicta sit *Nicopolis*, sic scribit Sozomenus, *L.* 5. *c.* 21: Ταύτην ἐπὶ κώμην οὖσαν ἡ θεία τῶν εὐαγγελίων βίβλος, καὶ Ἐμμαοὺς προσαγορεύει· Ῥωμαῖοι δὲ μετὰ τὴν ἅλωσιν Ἱεροσολύμων, καὶ τὴν κατὰ τῶν Ἰουδαίων νίκην, Νικόπολιν ἀνηγόρευσαν. Quæ sic transfert Cassiodorus, *Hist. trip. l.*6. *c.*42: *Hanc cùm adhuc vicus esset, Emaus sacer Evangeliorum liber appellat. Quam Romani post vastationem Hierosolymorum Judaicamq; victoriam, Nicopolim, ex eventu utiq; victoriæ, vocaverunt.* Vid. Niceph Callist. *Hist. Eccl. l.* 10. *c.* 31. Ad hæc Scaliger: *Videntur vera esse, quæ de hac urbe scribit Sozomenus; sed eam aut dirutam aut exhaustam, sub Heliogabalo colonis inductis & mœnibus instauratis exornatam fuisse, necesse est.*

Trithemius, *de Script. Eccles. pag.* 198. *de Africano*, (quem *virum undecunque doctissimum, Philosophum, Historiographum & Theologum insignem, ac divinarum Scripturarum & librorum ardentissimum amatorem* appellat) scribit: *suo eum sumtibus apud Cæsaream Palæstinæ insignem Bibliothecam condidisse, in quâ multa volumina, tam secularium quam divinarum scripturarum congregârit*: & præter jam dictos libros edidisse *De S. Trinitate, lib* 1. *De circumcisione, lib.* 1. *De Attalo, lib.* 1. *De Paschâ, lib.* 1. *De Sabbato, lib.* 1. Unde hæc hauserit, nescio: at vereor, ne Pamphilum cum Africano confundat: hic enim Cæsareæ celeberrimam extruxit Bibliothecam. Diu vixisse Africanum, patet. Jam enim sub Pertinace illum floruisse, scribunt Cedrenus, *in Hist. p.* 207. atque *Epit. temporum, pag.* 396. Maximini ætate eum celebrem fuisse, tradit Zonaras, *annalium Tom.* 2. *p.* 228. & usque ad Philippi tempora eum superfuisse, ex Eusebii *Hist. Eccl. l.* 6. *c.* 31. colligitur. Quibus non convenit cum *Epitome temporum*; quæ, anno XI Antonini Pii obiisse, vult, Africanum: nisi forsan Sextum Philosophum intelligat. Fateor tamen, cùm eidem Viro à Suidâ, Eusebio, Callisto, & Photio eædem res gestæ tribuantur; mâlle me cum Doctiss. Lambecio, *Tom.* 5. *Biblioth. Cæsar. Vindobon.* Credere: Sextum Julium Africanum fuisse unicum illum & celebrem Scriptorem, quàm duos. Quanquam præter hunc, alium nobis commemorat *Julium Africanum, Oratorem longè præstantissimum*, Fabius Quintilianus, *Instit. Orator. l.*10. *c.*1. *p.*182.

Ibid. lin. 3. περὶ τῆς κατὰ Σωσάνναν ἱστορίας.] Halloisius *in Origene defenso, l.* 3. *c.*18: *Cùm de Susanna ageretur historiâ, quam Julius Africanus indignam S. Scripturæ nomine judicaret, ad Origenem literas dedit; quibus illi persuadere multis argumentis conatus est; Non veram illam esse historiam, sed lepidam fabellam, Prophetiæ Danielis assutam. Cui contrà Origenes pro firmissimo munimento veritatis opposuit Ecclesiæ traditionem, quâ Ecclesia ab Apostolorum temporibus ad illam usque ætatem pro verâ & Canonicâ Scripturâ eam habuerit, habeatq; Quin & pervicit, ut etiamnum pro tali, sicut reverâ est, ab omnibus Catholicis Doctoribus*

ribus sine controversiâ habeatur; tametsi unus aliquando in Africani sententiam inclinârit Hieronymus. Hæc ille, valde liberaliter. Sed Apostoli dicto, πάντα δοκιμάζετε, *omnia probate*, obtemperaturi; quid de historiâ Susannæ Ecclesia senserit, indagabimus. Difficile, fateor, est argumentum: quia, sicut pauci SS. Patrum linguæ Hebrææ erant periti, pauci etiam hoc argumentum solidè tractare poterant. Ab Origene proin, & Hieronymo præcipua expectabimus: reliquos, ut Ecclesiæ ἀρχαίοις, qui ejus traditiones optimè perspectas habebant, suo quoque loco addituri. Quantùm ergo ad Origenem, illum historiæ Susannæ auctoritatem asseruisse, conceditur: sed eatenus, ut è *fabellarum Philistionis* ordine hanc eriperet, & veram, genuinamque historiam esse probaret; neutiquam verò, ut pro Scripturâ ἐν διαθήκῃ ἢ ἐνδιαθέτῳ, *Testamento veteri insertâ & in Canonem receptâ*, haberet. Hoc, volente Deo, ex totâ ejus epistolâ demonstrabitur. *Hieronymus* non tantùm in Africani sententiam inclinavit, sed fortissimis argumentis eam propugnavit. Constanter is docet, & provocat ad totius Ecclesiæ testimonium; Theodotionem hæreticum, post Christi tempora exortum, primum editorem hujus historiæ fuisse: qui ergo potuit, inde ab Apostolorum temporibus traditio de eâ haberi? Nullam autem *Traditionem* talem fuisse, apertè probant, Africanus Vir scripturarum, & Christianorũ dogmatum, omnium testimonio, peritissimus: qui, pro suâ pietate in Ecclesiam, nunquam ausus esset tam sordidè de Scripturâ loqui, ut eum putidissimis infamis Mimi fabulis eam conferret. Idem docent *Origenes, Eusebius, Apollinarius, aliiq; Ecclesiastici Viri, & Doctores Graciæ; qui fatentur, has visiones non haberi apud Hebraos, nec se debere respondere Porphyrio pro his, quæ NULLAM SCRIPTURAE SACRAE AUCTORITATEM prabeant*: Teste omni exceptione majori, Hieronymo, *Proœm. in Daniel. Tom. 5. p. 567.* Nunquid hi ignorâssent *traditionem Ecclesiæ*? Mirum est: Epiphanium, aliàs nimis credulum, *in Vitis Prophetarum*, atque inter eos, Danielis; nil de Susannæ liberatione commemorâsse: cùm reliqua ejus gesta satis accuratè descripserit, & hoc ipsum imprimis memoriâ dignum sit. Mirum: Dorotheum *in Synopsi*, ubi vitam Danielis *p. 671.* pluribus describit, nihil ejusmodi de eo tradidisse. Mirum: quòd cùm Hieronymus toties Narrationem istam *fabulam* nominârit; nulla Ecclesia, nullus Ecclesiæ Episcopus, nec Damasus Pontifex, nec S. Augustinus, pro tuendâ Ecclesiæ auctoritate illum corripuerit, reprehenderit, castigârit. Ruffini enim auctoritas quanti facienda sit, suo apparebit loco. Hanc traditionem ignoravit Auctor *libri de mirabilibus Scriptura, inter opera Augustini Tom. 3. lib. 2. c. 32.* ubi quicquid præclarè à Daniele gestum est, è Scripturis enarratur: sed ubi ad *Additiones* illas *Danielis* venit, de Susannâ ὅτε κτλ. reliqua verò apertè rejicit: *De lacu verò iterum, & Abacuk translato, in Belis & Draconis fabulâ, idcircò in hoc ordine non ponitur. quòd in auctoritate divina Scriptura non habentur.*

Ignoravit hanc traditionem Theodoretus, qui universum Danielem Commentariis illustravit: sed, de *Susannâ, Bele* & *Dracone* altum tenet silentium. quod neutiquam fecisset, si parem cum cæteris Danielis verbis auctoritatem obtinere credidisset. Latuit hæc Nicephorum Patriarcham Constantinopolitanum: qui in *Chronographiâ* Libros sacros enarrans, inter ἀντιλεγομένας τῆς παλαιᾶς διαθήκης γραφὰς, *inter apocryphas V. T. Scripturas* (pressè: *quibus contradicitur*) Susannam refert. Verto autem ἀντιλεγομένας γραφὰς, *apocryphas Scripturas*, Ruffino præeunte in versione Eusebii *Hist. Eccl. l. 6. c. 14*: aut si mavis, cum eodem ex *cap. 13. Libros, qui à nonnullis minimè recipiendi videntur*: vel, ut alibi, *Libros, de quibus dubitatur.* Aliàs Origenes, *Tom. 14. in Joh. p. 211.* vocat βιβλία μικτὰ, *Biblia mixta*, h. e. medii ordinis inter γνήσια καὶ νόθα, *genuina & spuria.* Athanasius, *in epist.* ἑορταστικῇ· βιβλία ἀναγινωσκόμενα, *Libros, qui leguntur in Ecclesiâ*, à κανονιζομένοις καὶ ἀποκρύφοις, *Canonicis & apocryphis* separatos. Cyrill. Hieros. *Catech. 4. pag. 36.* τὰ ἀμφιβαλλόμενα, *dubios, circa quos frustrà quis cruciatur.* Epiphanius, *hær. 6. pag. 14.* βίβλους ἐν ἀμφιλέκτῳ, *Libros dubios*, à θείοις καὶ ἀποκρύφοις, *divinis & apocryphis distinctos.* Ruffinus, *in expositione Symboli, Ecclesiasticos*, qui non sunt Canonici. Hieronymus, *in prologo Galeato* appellat *Apocryphos.*

cryphos. Quicquid enim in Hebræo non extabat, ei *apocryphum* dicitur. Nec his plura novit Brito, *in exposit. prol. Hieron. in Daniel.* sic scribens: *Continet iste liber apocrypham partem, & historiam Susannæ, Hymnum puerorum, & Belis Draconisq; fabulas, quæ non reperiuntur in Hebraicâ veritate.* Quid dicemus de Nicolao Lyrano, qui sæpius profitetur; *Susannam non esse Canonicam*? *In præfat. Biblior. Basileæ, An.* 1506. impressorum scribit: *In Daniele illa tantùm sunt in Canone, quæ sunt usque ad eum locum, ubi posuimus*: Finit Daniel Propheta: *quæ posteà sequuntur, non sunt in Canone.* Quare appendicibus illis in Daniele hunc posuit titulum: *Incipit historia Susannæ, Belis & Draconis, quæ non est in Canone.* Idem, *in c.* 1. *Daniel. Duæ historiæ, quæ ponuntur in fine libri, non sunt de ejus integritate: quia nec apud Hebræos habentur.* Idem, *ad c.* 13. *Danielis: Hæc historia* (Susannæ) *inter libros Bibliæ Non Canonicos signari debet.*

Susanna itaque ex iis libris est, qui *in Ecclesiâ* quidem *leguntur*, sed *in Canone non sunt*. de quibus Hieronymus, *Tom.* 3. *præf. in Prov. Sal. p.* 25: *Sicut ergo* Judith & Tobiæ & Machabæorum *libros legit quidem Ecclesia, sed eos inter Canonicas Scripturas non recipit: sic & hæc duo Volumina* (Sapientiam & Syracidem) *legat ad ædificationem plebis, non ad auctoritatem Ecclesiasticorum dogmatum confirmandam.* Tot habemus SS. Patres, & Concilia, quibus Canonicorum librorum Catalogi exhibentur: sed de Susannâ nihil occurrit. Tacet de illâ Melito *apud Euseb. Hist. Eccl. l.* 4. *c.* 26: Origenes *apud Euseb. lib.* 6. *c.* 25. Canon LXXXV. Apostolorum, cujuscunque sit ætatis aut pretii. Hilarius, *prologo in Psalmos*. Cyrill. Hierosol. *Catech.* 4. Gregorius Theologus, & Amphilochius Iconiensis, *in Carminibus de hoc argumento editis*. Epiphanius, *hær.* 6 *p.* 14. & *l. de ponder. & mensuris, p.* 533. Augustin. *l.* 2. *de doctr. Christ. c.* 8. Cassiodorus, *l.* 1. *divin lect.* Isidorus, *Originum l.* 6. *c.* 1 & 2. Rabanus Maurus, *de Instit. Cleric. lib.* 2. *c.* 53. & 54. Id quod in his posterioribus eò magis miramur, quia *Canonem* (Augustino præeunte) latiùs extendunt, dum Nomini ampliorem significationem tribuunt, quàm prioribus illis SS. Patribus usitatum erat, reiq; gravitas postulabat. Unde paulatim error exortus invaluit, ut *Non-Canonici* libri, ex malè applicato vocabulo, habiti sint, & habeantur etiamnum à nonnullis, pro verè *Canonicis*: contra omnem sinceram antiquitatem.

Præterea, Nihil de Susannâ commemorant Concilia, sive Laodicenum, *Can.* 60. sive Carthaginense, *Can.* 17. vel, prout Celeberrimus Justellus numerat, *Can.* 24. Unde igitur nobis *Apostolica* Ecclesiarum *traditio*? Equidem passim allegatur *Susanna* priscis Ecclesiæ Patribus: v. g. à Clemente Alexand. *Stromatum, l.* 4. Tertulliano, *l. de Corona c.* 4. Cypriano, *epist.* 40. Augustino, *Tom.* 10. *sermone* 118. & passim. Chrysostomus integram de eâ homiliam dedit, *Tom.* 5. *pag.* 203. Eandem memorant Greg. Nazianz. *Orat.* 29. *in laudem Cypriani*. Alcimus Avitus, *Lib. ad sororem, p.* 439. Eucherius, *de Nom. heb.* Fulgentius, *in resp.* 1 *ad Ferrandum, p.* 232. Beda, *To.* 3. *p.* 285. *p.* 662. & *Tom.* 5. *p.* 638. plurimique alii.

Sed, qui præter *Ecclesiasticam* auctoritatem, etiam *Canonicam* ei tribuere videatur; nemo, quod sciam, est: Duos si fortè excipias, Athanasium & Ruffinum. Ille enim *in Synopsi* Libros Canonicos ordine enarrans, & verba eorum initialia, de Daniele hæc habet: Δανιὴλ, οὗ ἡ ἀρχή· καὶ ἦν ἀνὴρ οἰκῶν ἐν Βαβυλῶνι καὶ ὄνομα αὐτῷ Ἰωακείμ, καὶ ἔλαβε γυναῖκα, ἧ ὄνομα Σωσάννα. *Daniel: cujus exordium est: Et erat vir habitans in Babylone, & nomen illi Joakim: & accepit uxorem nomine Susannam.* & pp. ubi Librum Danielis pleniùs recenset, non tantùm liberationem Susannæ, ac *Hymnum Trium Puerorum*; sed & *Belis Draconisq;* fabulas, & iteratam Danielis in lacum leonum dejectionem, tanquam veras Prophetiæ Danielis partes, commemorat. Verùm imposuit S. Patri linguæ hebrææ ignorantia. Cùm enim ad numerum hebraicarum literarum, *Canonem hebræum*, (qui certè & noster est) ordine describeret; incautè, vel quod verisimilius est inscienter, ea etiam quæ Hebræis desunt, quia in receptis exemplaribus ità ferebantur, perinde ac si in Libris originalibus reperirentur, enumeravit. Tam enim linguæ hebrææ imperitus fuit, ut nec *numerum hebræarum literarum* sciverit; sed, ex aliorum relatione se didi-

se didicisse illum, fateatur *in epist.* ἑορταστικῇ. En! verba: ἐςὶ τοίνυν τῆς μὲν παλαιᾶς διαθήκης τῷ ἀριθμῷ τὰ πάντα βιβλία εἰκοσιδύο. τοσαῦτα γὰρ, ὡς ἤκουσα, καὶ τὰ στοιχεῖα τὰ παρ' ἑβραίοις εἶναι παραδέδοται. *Sunt itaque Vet. Test. libri omnes numero XXII. Tot enim*, UT AUDIVI, *etiam elementa Hebrais esse, traditum est.* Certè si Hexapla Origenis, obelis notata, consuluisset; doctiùs Athanasius scripsisset. Aliter sanè Theodoretus, *hypothesi in Ezechielem, p.*303. de initio Prophetiæ Danielis scribit: ὁ θεῖος Δανιὴλ ὁ Προφήτης, οὕτω τῆς προφητείας ἄρχεται· Ἐν ἔτει τρίτῳ τῆς βασιλείας Ἰωακεὶμ βασιλέως Ἰούδα, καὶ τὰ ἑξῆς, *Divinus Daniel Propheta, suam prophetiam sic exorditur:* In anno tertio Regni Joacim Regis Juda, &c.] Nihil hic audimus de *viro habitante in Babylone.* Quinetiam ipse Athanasius, non procul à fine ejusdem *Synopsis*, inter βιβλία ἀντιλεγόμενα, *Scripta dubia*, disertè ponit Σωσάνναν, *Susannam: To.*2. *operum, p.* 133. *edit. Commelin* Non ergo erit *Canonica*, vel ipso Athanasio teste.

Quid autem Ruffinus? Is *invectivâ in Hieron. l.*2. *p.* 229. hæc affert: *Quis ergo in ista eruditorum virorum copia ausus est instrumentum divinum, quod Apostoli Ecclesiis tradiderunt, & depositum S. Spiritûs compilare? An non est compilare, cùm quædam quidem immutantur, & error dicitur corrigi? Nam omnis illa* Historia de Susannâ, *quæ castitatis exemplum præbebat Ecclesiis Dei, ab isto abscissa est, & abjecta atq; posthabita.* Trium puerorum hymnus, *qui maximè diebus solennibus in Ecclesiâ Dei canitur, ab isto è loco suo penitùs erasus est.* Nihil de auctoritate *Canonicâ* loquitur, quam ab *Ecclesiasticâ* probè distinxit *in Expos. symboli.* Nimirum, infensus erat Ruffinus versioni Hieronymi. quare facilè accidit, ut irato nonnulla exciderent imprudenter dicta. Non enim verum est, ab Hieronymo vel *Susannam*, vel *Hymnum trium puerorum*, abscissum erasumque. Pro se loquatur Hieronymus, *Tom.*3. *præf. in Daniel. p.* 28: *Daniel*, inquit, *apud Hebræos, nec* Susannæ *habet* historiam, *nec* Hymnum trium puerorum, *nec* Belis Draconisque *fabulas: quas nos, quia in toto orbe dispersa sunt, veru anteposito, easq; jugulante, subjecimus, ne videremur apud imperitos, magnam partem voluminis detruncâsse.* Non jam repetam, quæ de *Apostolorum* temporibus, & illorum *Traditione* factâ *Ecclesiis*, perperàm jactat: id unicè monere contentus, Ruffini seculo nil novi fuisse, imò receptum, ut Traditiones *apostolicæ* vocarentur, non quòd Apostolos haberent auctores; sed, quòd longè post eorum tempora, in Ecclesiâ usu invaluissent. Hieron. *Tom.*2. *epist. ad Evagrium, p.* 329: *Ut sciamus Traditiones Apostolicas sumtas de Vet Test. quod Aaron & filii ejus atque Levitæ in templo fuerunt, hoc sibi Episcopi & Presbyteri, & Diaconi vendicent in Ecclesiâ.* En! discrimen triplex Clericorum, vocat *traditionem Apostolicam*, i. e. in Ecclesiis apostolicis receptam; etsi paulò antè apertè dixisset: *Paulum perspicuè docere, eosdem esse Presbyteros, quos Episcopos.* Et, si quis in hoc argumento auctoritatem Ruffini Hieronymo præponere vellet; næ is ingentem errorem erraret.

His probè perpensis judicet Lector veritatis studiosus, quàm certa sit Sixti Senensis, *L.*1 *Bibl. S. p.*22. assertio: *Ecclesia Catholica ab Apostolorum temporibus usque adhuc* Hymnum trium puerorum *quotidiè inter divinas laudes decantans*, & Orationem Azariæ *unà cum* Historiâ Susannæ, & Belis *atque* Abacuk Discophori, *singulis annis in sacris Quadragenarii Jejunii mysteriis repetens, huic Appendici CANONICAM AUCTORITATEM promeruit.* Si lectio Ecclesiastica *Canonicam* auctoritatem promeretur libris lectis; jam *Liber Pastoris*, & *Acta Martyrum*, & quotquot utiles libri olim in Ecclesiis prælecti sunt, erunt hodie *Canonici*: & Ecclesia potestatem habebit non solùm declarandi *Scripta Canonica*, quæ in se talia sunt; sed & Non-Canonicis eandem attribuendi auctoritatem: contra ipsum Bellarminum, *Lib.*1. *de Verbo Dei, cap.*10. *col.*34. Finiam verbis Hieronymi, quibus Commentarios in Danielem claudens confidenter provocat unumquemque: ut, si possit, hæc Additamenta Danielis esse in canone evincat; seque promittit ei responsurum. *To.*5. *p.*609: *Asserimus* vocem magnam *in Sanctis tantùm reperiri: quod solvet facilè, qui hanc historiam in libro Danielis apud Hebræos dixerit non haberi. Si quis autem potuerit eam approbare esse de Canone, tunc quærendum*

rendum est, quid ei respondere debeamus.

Ibid. l. 7. Ἀγνώμονα] Dialogum *ad Agnomonem* scriptum hic innui, tradunt Cl. Huët. in *Origen.* & Hallois. *in Origene defenso.* Sixtus verò Senensis videtur legisse in suo Codice, ἀγνώμονα. vertit enim, *Lib. V. Bibl. annot.* 250: *Cùm haberes disputationem cum* amico *illo tuo.* Et forsan defendit ejus lectionem ipse Origenes, infrà *pag.* 223: Ἔφασκες, ὅτι ἡνίκα διελεγόμην τῷ ἑταίρῳ ἡμῶν Βάσσῳ. *Dixisti, quòd cùm disseruissem cum amico nostro Basso.* E' cujus loci collatione verisimile fit, Loqui Africanum non de scripto aliquo Dialogo, sed potiùs de Disputatione inter amicos habitâ. Nil tamen decerno. Codex noster satis apertè scriptum habet, ἀγνώμονα. Leo Castrius (qui *in præfat. ad Commentar. in Esajam* utriusque hujus epistolæ versionem dedit, quam pro singulari suâ humanitate Rev. & Cl. Vir *Joh. Dallæus* Fil. αὐτοχειρὶ descriptam, nobiscum communicare dignatus est) sensu adjectivo hoc nomen sumsit, dum sic vertit: *Quando Dialogum conscripsisti, cui præfixus est titulus: Ad ingratum vel stultum,* &c. Verùm, esse nomen proprium, magis arridet aliis, atque nobis. Quis verò *Agnomon* aut *Bassus* ille fuerit, erudiat nos, qui potest, non parvam meriturus gratiam. Philastrius equidem *de hæres. p.* 19. *Bassi*, hæretici Valentiniani, numero septenario omnia constare ajentis, meminit. Sed, ante Origenem eum vixisse inde colligitur; quòd, Cerdonem post hunc surrexisse, idem Philastrius scribat.

Ibid. lin. 14. σύγγραμμα νεωτερικὸν ᾗ ϗ πεπλασμένον] *Fictum scriptum* seu *figmentum* hic Africanus; Hieron. verò *fabulam* sæpius appellat Susannæ historiã: & quidem bis, *T.* 5. *Proœm. in Daniel. p.* 567. Verba inferiùs adducentur. Idem, *in Cap.* 13. *Daniel.* annotat. *p.* 606: *Expositis ut potuimus, quæ in Danielis libro juxta Hebraicum continentur; ponam breviter, quid Origenes in decimo stromatum suorum libro, de Susanna & Belis* fabulis, *dixerit.* Idem, *To.* 3. *præf. in Daniel. p.* 28. in verbis è regione adscriptis, *Belis & Draconis fabulas* exagitat. & paulò pòst de omnibus subjungit: *His & talibus argumentis* apocryphas *in libro Ecclesiæ* fabulas *arguebat.* & *Tom.* 1. *in Catal. p.* 289. de Jul. Africano: *Hujus est epistola ad Origenem super quæstione Susannæ, eò quòd dicat, in hebræo hanc* fabulam *non haberi.* Ad quæ verba Erasmus, *p.* 310: Hanc fabulam] *ea nunc in templis publicè legitur. Tametsi potest hoc dictum ad Julij personam torqueri, qui sic in epistolâ scripserit. At Hieronymus in præfatione Danielis sentit eadem.* Nil igitur causæ erat, quòd Bellarminus, per *fabulam* Hieronymum *veram historiam* intellexisse, tàm laboriosè contenderet. Sic Auctor *Glossæ interlinearis* ad verba: *Susannam filiam Helkiæ*: notat: *Origenes in Decimo Stromatum, Susannæ & Belis fabulam ponit.* & Glossæ ordinariæ, *in c.* 1. *Daniel. Susanna, & Belis, & Draconis fabula non habetur in hebræo.* Vir Cl. Hugo Grotius, *in Notis ad Daniel. c.* 13. concedit, *Susannam esse Historiam,* etiam secundùm Judæos: verùm à Græculo fuisse interpolatam. Nostram sententiam paulò pòst proferemus. Contrà Christianus Schotanus, *Tom.* 2. *Biblioth. Hist. Eccl. V. Test. p.* 1071: Sex argumentis fortissimis hanc evertit historiam, Saliani & Tyrini instantiis doctè confutatis.

Ibid. lin. 27. Φιλιστίων ὁ μῖμος] Leo Castrius hæc ita vertit: *Parùm credibiliter ipsos revicit, ut neque Philistion mimus minus graviter eos redargueret.* Hœschelii exemplar habet Φιλιστίωνος μῖμος. Rectiùs, ni fallor. sic enim infrà *p.* 237. Origenes Africani verba repetit: & Hieronymus eodem loquendi modo utitur, *l.* 2. *adv. Ruffinum, p.* 225: *Fieri potest, ut etiamsi à me verum audivisti, alius dicas à te esse compositum, & quasi* mimum Philistionis, *vel Lentuli ac Marulli stropham, eleganti sermone confictam.* Epiphan. *hær.* 21. *p.* 30. Simonem magum, verba Apostoli de armaturâ spirituali, ἐπὶ τὰς τοῦ Φιλιστίωνος μιμολογίας εἰς χλεύην, καὶ οὐδὲν ἕτερον, *ad Philistionis ludibria theatrica, ad risum & nihil aliud* detorquere, scribit. Id. *hær.* 33. *p.* 100. Οὔτε οἱ ἐφεξῆς μιμηλοὶ τὸν τρόπον, οἱ περὶ Φιλιστίωνα λέγω, καὶ Διογένην, τὸν τὰ ἄπιστα γράψαντα, ἢ οἱ ἄλλοι πάντες οἱ τοὺς μύθους ἀναγεγραφότες καὶ ῥαψῳδήσαντες τοιοῦτον ψεῦδος ἠδυνήθησαν ἐκτυπῶσαι, ὡς οὗτοι Πτολεμαῖται. *Nullus eorum, qui deinceps orti sunt Mimi, quales Philistion & Diogenes, qui de incredibilibus scripsit, omnesq; alij fabularum auctores & scriptores, tale mendacium effingere potuissent, quale hi Ptolemaitæ.* Et *hær.* 66.

Manetis dogmata sic irridet: ὡς τάχα τὰ τοῦ Φιλιστίωνος εἶναι ἀναγκαιότερα, ἢ τὰ τῆς τούτου μιμολογίας, *fortè Philistionis fabulæ potiores sunt hujus ineptiis.* Alibi Gnosticos, τὰ τοῦ Φιλιστίωνος ἡμῖν αὖθις προσφέρεσθε· *Philistionis nugas nobis rursus proferre*, ait. Patriam & scripta ejus atque mortem plenius enarrat Suidas: Φιλιστίων, Προυσαεὺς, ἢ, ὡς Φίλων Σαρδιανὸς, κωμικός. τελευτᾷ δ' ἐπὶ Σωκράτους, ὃς ἔγραψε κωμῳδίας βιολογικάς. τελευτᾷ δ' ὑπὸ γέλωτος ἀμέτρου. δράματα δ' αὐτοῦ Μισοψηφιστής. οὗτός ἐστιν ὁ γράψας τὸν Φιλόγελων, ἤγουν τὸ βιβλίον τὸ φερόμενον εἰς τὸν κουρέα. Νικαεὺς δὲ μᾶλλον παρὰ πᾶσιν ᾄδεται. ὡς μαρτυρεῖ τὸ ἐπίγραμμα.

Ὁ τὸν πολυστονον ἀνθρώπων βίον
Γέλωτι κεράσας Νικαεὺς Φιλιστίων.

h.e. *Philistio Prusaensis, vel, ut Philo* ait, *Sardianus, Comicus. Obiit tempore Socratis, Qui scripsit Comœdias Biologicas: ob immensum risum extinctus est. Ejus verò fabulæ sunt* Misopsephistæ, i.e. *Osores suffragatorum. Hic ipse est, qui scripsit* Risus amantem *sive Libellum, qui fertur ad tonsorem. Ab omnibus tamen potiùs ut Nicaensis celebratur, teste epigrammate:*

Qui multis gemitibus refertam hominum vitam
Risu miscuit, Nicaensis Philistion.

Vid. *Antholog. Epigrammat. l.3 c.6. pag.*206. Cassiodorus, *Lect. variarum, l.4. epist.* 51. *pag.* 304: *Mimus etiam, qui nunc tantummodo derisui habetur, tantâ Philistionis cautelâ repertus est, ut ejus actus poneretur in literis.* Sidonius Apollinaris, *epist. l.* 2. *ad Domitium. p.* 63: *Absunt ridiculi vultu & vestibus histriones, pigmentis multicoloribus Philistionis supellectilem mentientes.*

Ibid lin. 31. ὡς δὲ ὁ μὲν ὑπὸ πρῖνον ἔφασκεν, ἀποκρίνεται πρίσαι.] Hoc est celebre illud argumentum, cujus auctor est Africanus: & quô Christiani, Judæi & Pagani Susannæ auctoritatem labefactârunt, si non everterunt. Hieronymus hoc argumentum invictum asseruit, donec aliquis prodeat, qui παρονομασίαν talem, sive Allusionem & allusionem harum vocum, in Hebræâ Chaldæâque linguâ ostendat: tantùm abest, ut ab Origene illi satisfactum censeat. Verba p.p. adducam. De Judæis refert Hieronymus, *Tom.* 3. *Præf. in Daniel. pag.*28: *Audivi ego quendam de Præceptoribus Judæorum, cùm Susannæ derideret historiam, & a græco, nescio quo, eam diceret esse confictam, illud opponere, quod Origeni quoque Africanus opposuit: Etymologias has,* ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, *de Græco sermone descendere. Cujus rei nos intelligentiam nostris hanc possumus dare, ut verbi gratiâ dicamus, de arbore* Ilice *dixisse eum,* ilico *pereas: &* a lentisco, *in* lentem *te comminuat angelus: vel, non* lentè *pereas, aut* lentus, *i.e. flexibilis ducaris ad mortem, sive aliud quid ad arboris nomen conveniens.* De Porphyrio, celebri Philosopho pagano, hæc tradit Hieron. *Tom* 5. *p.*567. *Proœm. in Daniel. Sed & hoc nôsse debemus, inter cætera Porphyrium, de Danielis libro, nobis objicere: idcircò illum apparere confictum, nec haberi apud hebræos, sed græci sermonis esse commentum; quia in Susannæ fabulâ* (en! fabulam) *contineatur, dicente Daniele ad Presbyteros,* ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι· *quam etymologiam magis græco sermoni convenire, quam Hebræo.* Quid hic Eusebius & Apollinarius? Profectò non respondent, ab Origene argumento fuisse satisfactum: sed (ut pergit ibid. Hieronymus) *pari sententiâ responderunt: Susannæ, Belique ac Draconis fabulas* (en! denuò fabulam) *non contineri in hebraico; sed partem esse Prophetiæ Habacuk, filij Jesu, de tribu Levi.* & pp. *nec se debere respondere Porphyrio pro his, quæ nullam Scripturæ S. auctoritatem præbeant.* Certum est: Porphyrium ex Africani epistolâ hoc didicisse. Legit enim Christianorum libros, & audivit Origenem senem, docentem in Ægypto, penè puer. Vincentius Lirinens. *adv. hæreticos, c.* 23: *Impius ille Porphyrius, excitum se famâ ipsius* (Origenis) *Alexandriam ferè puerum perrexisse, ibique eum vidisse jam senem, sed planè talem tantumque, qui arcem totius scientiæ condidisset.* Plura de illo vide apud Euseb. *Hist Eccl. l.* 6 *c.*19.

Ibid lin. 31. ὑπὸ πρῖνον] *Prini & Schini* nomina retinuit in Latina versione vetus interpres: *Prinus*, ilex est: & *Schinus*, lentiscus. Nicol. Lyranus, *in expos. moral. ad verba sub prino] Nomen est arboris: nec est arbor eadem cum lentisco, ut dicunt aliqui, sed malè: quia tunc non esset discordia in testimonio*

monio eorum, cujus contrarium exprimitur in literâ aliter non essent convicti, sicut testes falsi. & ideo dicendum, quod Prinus *idem est, quod* Pinus, *ut dicitur in libro de proprietatibus rerum.* Sed Hieronymo *Prinus* est *ilex*. De *Schino* ista tradit Lyranus: *Nomen est arboris, & est idem quod* Lentiscus; *arbor humilis, cujus succus foliorum consolidat labia.* Mirum est, quantum interpretes cæteri varient in his arboribus exprimendis. Loco *Ilicis* substituit Syrus *arborem castaneam*, & alter Syrus, *malogranatum*, & Arabs *arborem aquifoliam*: loco *lentisci* autem, ille, *quercum*, iste *pistacium*, hic *arborem Summac, græcis Rhus dictam.* Non parùm exinde confirmatur Africani nostri argumentum.

Ibid. lin. 33. ὑπὸ χοίνου] pro χῶον. οι in codicibus MS. cum ι vel υ. & vicissim sæpius confunduntur. Conquestus est hac de re jam suo tempore Hieronymus, *Tom.* 3. *epist. ad Fretelam & Suniam, p.* 44: *Cœnomyia non, ut Latini interpretati sunt,* musca canina, *dicitur per y Græcam literam: sed juxta Hebraicam intelligentiam per œ diphthongum debet scribi, ut sit* κοινομυία, *id est, omne genus muscarum.* Scilicet, Latini interpretes vitioso Codice græco usi sunt, in quo loco diphthongi simplex vocalis υ, vitio descriptoris, pronunciatione consimili decepti, irrepserat hinc *muscam caninam*, quasi græcum haberet Κυνομυῖαν, posuére, loco Nominis Κοινομυῖαν, i. e. *omnis generis muscam.* Post Hieronymum idem observârunt Eucherius, *de Nominib us Hebr. c.* 11. *p.* 291. & Beda, *lib. de Orthographiâ, Tom.* 2. *pag.* 77. Quæ satis confirmant, diphthongum οι non divisim, sed simpliciore sono jam olim fuisse pronun iatam. Brito, *in exposit. Prol Hieron. in Josuam: Nota quod Hexaplois* (ἐξαπλοῖς) *trisyllabum est: est enim ibi οι græca diphthongus, quæ sonat y tam apud Græcos, quam apud Latinos.* Hæc παρεγκύκλιον χάριν Plura suppeditabit nostra *De Græca Linguæ Pronunciatione dissertatio,* ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ καὶ ζήσομεν.

Pag. 221. *lin.* 6. ἐξ ἑβραΐων δή τοι ἔνεστι μεταβληθῆναι πάνθ' ὅσα τῆς παλαιᾶς διαθήκης φέρεται,] Tertullianus, *apolog. c.* 18. *pag.* 19: *Hebræi retro, qui nunc Judæi. Igitur & litera Hebræa, & eloquium. Sed ne noticia vacaret, hoc quoque Ptolemæo à Judæis subscriptum est, LXXII. interpretibus indultis: quos Menedemus quoque Philosophus, Providentia vindex, de sententia communione suspexit. Affirmavit hæc vobis etiam Aristæas, ita in Græcum stylum ex aperto monumenta reliquit. Hodie apud Serapéum Ptolemæi Bibliotheca cum ipsis hebraicis literis exhibentur.* Epiphanius, *de pond. & mens. p.* 533. postquam multa de LXX. Interpretum labore commemorâsset, addit: Καὶ οὕτως αἱ εἰκοσιεπτὰ βίβλοι αἱ ῥηταὶ καὶ ἐνδιάθετοι, εἰκοσιδύο δὲ καὶ δύο κατὰ τὰ ἀλφάβητα παρ' ἑβραίοις στοιχείων ἀριθμούμεναι, ἡρμηνεύθησαν. *Et sic XXVII. libri Scripturæ, qui in confesso sunt & Canonici habentur, aut XXII juxta alphabetum Hebraicum numerantur, interpretatione versi sunt.* Cyrill. Alex. *l.* 7. *c. Julian. p.* 232: Φαμὲν, ὅτι γλώττῃ μὲν ἑβραίων ἐλάλησαν τὰ προφητῶν, καὶ αὐτὰ δὲ τὰ Μωσέως, ἵνα καὶ ὑπάρχῃ γνώριμα μικροῖς καὶ μεγάλοις, μετεποιήθη χρησίμως εἰς τὸ τῆς γλώττης Ἑλλάδος ἐξ ἀντιφθέγγων ἦχος οὐδέν. *Respondemus: Hebræorum linguâ Prophetas esse locutos: & ipsa Mosis scripta, ut omnibus imis ac summis nota essent, in familiare loquendi genus, nec difficile captu, fuisse translata.* Cyrill. Hierosol. *Catechesi* 4. *pag.* 36: Ἀναγίνωσκε τὰς θείας γραφὰς, τὰς εἰκοσιδύο βίβλους τῆς παλαιᾶς διαθήκης, τὰς ὑπὸ τῶν ἑβδομήκοντα δύο ἑρμηνευτῶν ἑρμηνευθείσας. *Divinas lege Scripturas, Vet. Test. libros viginti duos, quos LXXII. Interpretes transtulerunt.* Non disquiram: utrum LXX. solummodò Pentateuchum interpretati sint? quod post Fl. Josephum Hieronymus approbare videtur, *Tom.* 3. *Præf. Hebr. quæst. in Genes. pag.* 201. Sufficit Veteres omnes inter Græcos, quod sciam, idem cum Africano sentire. Cassiodorus, *L.* 1. *div. lect. c.* 14. divisionem Scripturæ secundùm LXX. exhibens, *Tobiam, Judith, Maccabæorum* libros, *Ecclesiasticum* & *Sapientiam*, reliquis Vet. Testam libris adjungit: quanquam hebraicè nô fuerint conscripti. Quid ergo LXX. Interpretibus opus fuit ad eos transferendum? Potiùs secundùm vulgarem loquendi consuetudinem, quàm ex rei veritate, ista Cassiodorum scripsisse censendum est.

Ibid. lin. 17. περὶ θανάτε ἰνξεως.] De hoc argumento infrà pleniùs agemus.

Ibid. lin. 18. τῆ βασιλείας αὐτῶν γινομένης γυναικὶ Ἰωακεὶμ] Georg. Syncellius, *in Chronogr. pag.* 218 : Ὁ ἱερὸς Ἱππόλυτος ἐν τῷ κατὰ τὴν Σωσάνναν καὶ τὸν Δανιὴλ γράμματι, τρία ἔτη λέγει τὸν υἱὸν Ἰωακεὶμ, Ἰωαχεὶμ, τὸν καὶ Ἰεχονίαν μετὰ τὸν πατέρα κρατήσαντα μετῳκισμένον εἰς Βαβυλῶνα σὺν τοῖς λοιποῖς, ὡς πρόκειται, τὸν δὲ Δανιὴλ καὶ τοὺς τρεῖς παῖδας τῆς πασούσης αἰχμαλωσίας λέγει· τοῦτον δὲ λέγει καὶ τῆς Σωσάννης ἄνδρα εἶναι· καὶ πιθανὸς ὁ λόγος, τὴν δὲ Σωσάνναν Χελκίου τοῦ ἀρχιερέως θυγατέρα εἶναι βεβαιοῦται τοῦ εὑρόντος ἐπὶ Ἰωσίου τὸ βιβλίον. Ταύτης ἀδελφὸς Ἱερεμίας, ὥς φασιν, καὶ εἰκότως. ἐκ τούτου λέγει γεννηθῆναι τὸν Ἰεχονίαν, οὗ μέμνηται ὁ θεῖος Εὐαγγελιστὴς Ματθαῖος. *Sacer Hippolytus, editio de Susannâ & Daniele opere, Joachim, alio nomine Jechoniam, tres annos, patre Joacim amoto, regnum moderantem, in Babylonem cum reliquis, ut præmissum est, translatum asseverat: Danielem verò ac Tres pueros captivitatis hujus consortes: eumq; Susannæ conjugem scribit: nec aliena est à veritate sententia. Susannam quoque Chelciæ Pontificis, qui sub Josiâ Legis reperit librum, filiam, affirmant. Hieremiam Susannæ fratrem asserunt, & meritò. Ex eis porrò Jechoniam, cujus divinus Evangelista Matthæus meminit, natum dicit,* &c. Sed errare *Hippolytum* docet nos illustris Scaliger, *in Emend. Eusebianis, pag.* 80. dum ex mensibus facit annos, & Danielem cum Joachim, non verò cum Joachin, abductum putat, contra SS. literarum fidem: unde, quid de reliquis sit sentiendum, facilè est judicare.

Ibid. lin. 23. παράδεισος] Suidas de origine hujus vocis sic scribit: Παράδεισος δὲ εἴρηται, παρὰ τὸ ἀρδεύω, τὸ βρέχω· ῥηματικὸν ὄνομα, ἄρδος· παράδεισος τροπῇ τοῦ υ ψιλοῦ εἰς ι. οἱ δέ φασι παρὰ τὸ τὴν δρέψιν ποιεῖσθαι, ὅ ἐστι βοτανῶν συλλογήν. *Paradisus dicitur à* ἀρδεύω, *rigo: unde verbale* ἄρδος, *locus irriguus. diciturq; Paradisus mutato* υ *in* ι. *Alii verò inde deducunt, quòd faciat* δρέψιν. *herbarum collectionem.* Sed errat, vox est origine Hebræa פרדס, i. e. *Pomarium* aut *saltus*. Vid. *Lexic.* Celeb. nostri Buxtorfii.

Ibid. lin. 27. τῶν παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἐλλειμμένων Δανιὴλ οὐκ ἐμφέρεται] Origenes quamvis in responso id ægiè concedat, quippe suæ hypothesi inserviens; apertè tamen id fatetur *Tom.* 2. *tract.* 31. *in Matth. pag.* 158 : *Usi sumus in hoc loco Danielis exemplo; non ignorantes, quoniam in Hebræo positum non est, sed quoniam in Ecclesiis tenetur.* Concedunt hoc Eusebius, & Apollinarius apud Hieron. *l. suprà cit.* Hieronymus sæpiùs idem inculcat, *Præfat. in Daniel. Tom.* 5. *pag.* 567 : *Nos ante annos plurimos, cùm verteremus Danielem, has visiones obelo prænotavimus; significantes, eas in Hebraico non haberi: & miror, quosdam μεμψιμοίρους indignari mihi, quasi ego decurtaverim librum, Cùm & ORIGENES, & Eusebius, & Apollinarius, aliiq; Ecclesiastici Viri, & Doctores Græciæ has, ut dixi, visiones non haberi apud Hebræos, fateantur.* Et *p.* 606. *in Comm. ad fin. c. XII: Hucusque Danielem in Hebræo volumine legimus.* Et *p.* 608 : *Hebræi reprobant historiam Susannæ, dicentes, eam in Danielis volumine non haberi.* Idem, *Tom.* 3. *præfat. in Daniel. pag.* 28 : *Daniel apud Hebræos, nec Susannæ historiam, nec Hymnum trium puerorum, nec Belis Draconis fabulas.*

Pag. 222. *lin.* 2. ἔκρουσα, οὐδέ μοι ἤχησεν] Ad hoc adagium alludit Damascenus, *de Orth. fide l.* 4. *c.* 18 : Κρούσωμεν τοίνυν εἰς τὸν κάλλιστον παράδεισον τῶν γραφῶν, τὸν εὐώδη, τὸν γλυκύτατον, τὸν ὡραιότατον, τὸν παντοίοις νοερῶν θεοφόρων ὀρνέων κελαδήμασι περιηχοῦντα ἡμῶν τὰ ὦτα. *Pulsemus igitur ad pulcherrimum hortum Scripturarum, odore suavissimum, dulcissimum, venustissimum; qui omnigenis intellectualium volucrum cantibus circumsonat aures nostras.* Leo à Castro non videtur vim sententiæ tetigisse, vertit enim: *Objeci, quæ mihi videbantur hoc caput facere suspectum, Tu me doce.*

FINIS NOTAR. IN EPIST. AFRICANI AD ORIGENEM.

NOTÆ

NOTÆ
IN EPISTOLAM ORIGENIS
AD AFRICANUM.

Pag.222.lin.8. Δεξιῶς ἀφηγήσω]

UT Origenis scopum, quem in hac epistolâ præ se habuit, feliciùs assequamur, præmonenda sunt nonnulla de Origenis ingenio. Ingenio fuit sciendi cupidissimo; quod vulgaribus non contentum, ad majora semper aspirabat: sed & simul timiditate atque modestiâ temperabat *τὴν φιλομαθείαν*. teste Pamphilo, *in Apologiâ*: ubi notat, *Origenem subinde veniam petere pro his, quæ per nimiam discussionem, & per multam scrutationem Scripturarum, animo disputantis occurrunt: quæ cùm exponit, frequenter addere solet & profiteri, se non hæc quasi definitivâ pronunciare sententiâ*, &c. Hinc toties in scriptis ejus occurrit illud, *τάχα, forsan, forsitan, fortasse*; item, *δοκεῖ, videtur*: si quid insolitum aut novum proferebat. Patuit utrumq; in emendatione LXX. Interpretum. cùm enim multis modis vitiatam (de editione *κοινῇ* & *vulgatâ* loquor, ab Origene correctâ) reperisset, eam quidem corrigere aggressus est; sed non tam forti ausu ac intrepido pectore, quô Hieronymus. Hic enim in suâ versione, quod in fonte hebræo non invenit, simpliciter omisit. Ille verò *asteriscis* deficientia, & *obelis* superflua, notare satis habuit. Unde postea Scribarum, has notas omittentium, incuriâ factum est; ut Origenis opera & labores immensi perierint, ipsique Codices Græci pristinis infecti sint erroribus. Quanquam pro Origene istud quoque dici possit: illum versionem antiquitate primam, scriptis Apostolicis commendatam, & toto Orbe receptam, nec fine scandalo Christianorum neophytorum, quorum maxima ex gentibus ejus temporibus erat conversio: nec sine ludibrio Paganorum, Celsi, Porphyrii & similium, qui sacras lectitârunt literas; aliter, quàm ab eo factum est, emendare, mutare aut corrigere potuisse. Idem igitur in hac de Susannâ assertione observabimus; Origenem pro suâ *ἀγχινοίᾳ* facilè animadvertisse, hanc *Africani comparationem*, Susannæ scil. *cum mimo Philistionis*, tùm Philosophis Ethnicis ansam daturam Christianos irridendi; tùm Christianis, qui inter divinos libros eam legerent, offensas præbituram. Quare mediâ viâ suo Africano hic occurrit: ut declinet potiùs ictus fortiores, (nō enim levis armaturæ sunt Africani argumenta) quàm referat. Hinc valdè cautè loquitur. Nullibi disertè audies, Danielē hanc historiā scripsisse, aut in hebræo haberi; tametsi hæc præcipua fuerint Africani fulcra: græcum esse auctorem, non Hebræum, aut *θεόπνευστον*: scriptum esse græcum, itaque non Canonicum, nec translatum ex Hebræâ veritate in græcum sermonem. Contrà Origenes, ubi firmissimè respondet, ostendere conatur, Nihil absurdi adcò tradi ab historico Susannæ, quin *fieri potuerit*. Quod mihi in mentem revocat illud Gallorum proverbium: *Peut estre s'il est vray*. i. *Potest utique esse, si verum sit*. Per cætera, ferè solùm confert æquè dubia: instat, Hoc dixisse Judæum, illud se audivisse; ut alieno nomine felicius evadat. Certi ergo sumus, Origenem hoc tantummodò defendere conatum: Historiam istam esse veram, utilem, ac proin cum fructu inter sacros libros legi posse. Hoc ipsum idem scribit *To.1.homil.1.in Levit.p.106: Sed tempus est, nos adversùs improbos Presbyteros uti S. Susannæ vocibus: quas illi quidem, repudiantes Historiam Susannæ, de Catalogo divinorum voluminum desecârunt; nos autem & suscipimus, & opportunè contra ipsos proferimus*. Nisi fortè Ruffini manus hic se iterum exercuerit, qui, sicut in Euseb. *Hist. Eccl.* (quod suprà in præf. adduximus) ita etiam hoc loco Hieronymum ferire voluerit. Quanquam quòd *Susannam* in *Catalogo divinorum* ponit *voluminum*, id sapere stylum Origenis, suprà in *Notis ad Protrept.* ostendimus. Verùm *Canonicam auctoritatem* ei abro-

abrogâsse Origenem, ex ipso Origene docet nos Hieronymus, loco jam allegato, *Tom. 5. p. 567. Præf. in Daniel.* his verbis: *Origenes, & Eusebius, & Apollinarius, aliiq; Ecclesiastici Viri & Doctores Græciæ, has (ut dixi) visiones non haberi apud hebræos, fatentur, nec se debere respondere Porphyrio pro his, quæ NULLAM SCRIPTURAE S. AUCTORITATEM præbeant.* Idem nobis, in sequentibus, pluribus confirmabit ipse Origenes.

Ibid. lin. 9. ἀγαπητῷ ἀδελφῷ] Leo Castrius hæc verba sic interpretatur: *Carissimo fratri in Domino, Patri verò filij mei sancti per Christum Jesum,* &c. ac si Origenes Africanum Patris nomine salutaret, se verò filium appellaret.

Ibid lin. 27. ὀλίγῳ τῷ ἐν Νικομηδείᾳ διατριβῆς ἡμῶν] infrà *pag* 246. idem repetitur. Doctiss. Huetius, *L. 3 Origen. c 4. p. 269: Meminit Eusebius epistolæ ad Africanum: tempus verò, quo data est, non assignat. Refert illud Petavius ad A. Ch. 222. quo anno imperium capessivit Alexander. Cur ita senserit: neutiquam ascripsit. At cùm Nicomediæ scripta sit, præsente Ambrosio, datam illam conjicio imperium tenente Gordiano, annum ætatis agente Origene circiter 52. Cùm Cæsareâ Athenas profectus, Nicomediæ Ambrosium obiter adiit.*

Pag. 223. l. 13. ἐν μὲν τῇ καθ' Ἕλληνας ἑλληνικῶν φερομένων ἐν πάσῃ Ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ, παρὰ δὲ Ἑβραίοις μὴ κειμένων] Leo Castrius hęc ita vertit: *Sed de omnibus agitur, quæ in Catholicâ Christi Ecclesiâ Græcè conscripta circumferuntur, quorum non extant libri hebrai archetypi, unde sunt translata & græcè reddita.* Verùm nihil hic Origenes tradit de libris archetypis, è quibus hæc supplementa fuerint translata: nam aliunde ea advenisse certum est. Hoc loco autem plenariè mentem suam nobis aperit Origenes: dum *primò* concedit, *Susannam* æquè in hebræo non haberi ac *Belem* & *Draconem*, multaque alia additamenta. *dein*, dum probat, Susannam esse æquè partem Scripturæ ac supplementa illa, quæ in græcis codicibus etiamnum reperiuntur; apertè docet, quo loco sit habenda *Susanna* ipsa. Quis enim unquam ausus est asserere: Additamenta Jobi, Geneseos, Exodi, Jeremiæ, Estheræ & similia, ab Origene hic argumenti loco adducta, *Canonicam* obtinere *auctoritatem*? Imò quis hodie est inter eruditos, qui ea, ut dubia, incerta, imò ex parte ficta & spuria, non rejiciat? Si ergo ista hodie non sunt *Canonica*, certè nec Origenis tempore Ecclesia pro Canonicis habuit: &, quia *Susanna* adæquantur, æqualem eum eâdem habuére auctoritatem: talem scilicet, ut tanquam *παραδεδομένα*, i. *à majoribus tradita*, propter solam antiquitatem tolerata; & quia Ecclesiam ædificare aliquatenus poterant, in Ecclesiis prælecta sint; parique adeò passu cum aliis libris Ecclesiasticis ambulârint. Unde non potiori jure aut ratione *Susanna*, *Hymnus trium puerorum*, *Belis & Draconis fabula*, Ecclesiis hodie pro Canonicis Scripturis obtrudi possunt, quàm supradictæ Adjectiones, vel *Martyrologia* & *Diptycha* Ecclesiarum.

Verùm, ut cujus auctoritatis aut pretii fuerint olim hæc Additamenta, nôrit Lector; loca nonnulla Veterum de iis adducam. Epiphanius, *de pond. & mensur. pag.* 534. de verbis obelo notatis: Ἀφ' ἑαυτῶν οὖν ἑρμηνευταὶ ταύτας τὰς λέξεις προσέθηκαν, οὐκ εἰς μάτην, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς ὠφέλειαν· ταῖς γὰρ ἐλλιπῶς ἐχούσαις λέξεσι προστεθεικότες εἰς σαφήνειαν τὴν ἀνάγνωσιν παρήγαγον, ὥσθ' ὑπολαμβάνειν ἡμᾶς, καὶ σύμψηφους αὐτοὺς γεγονέναι πνεύματος τοῦ ἁγίου. ὧν γὰρ οὐκ ἦν χρεία, δευτερολογεῖν παρῆκαν· ὅπου δὲ χωλὸν ἐδόκει τὸ ῥῆμα εἶναι, εἰς ἑλληνικὴν διάλεκτον μεταφερόμενον, ἐκεῖ τὴν προσθήκην ἐποιήσαντο. *LXXII. Interpretes has dictiones à seipsis apposuerunt, non frustrà, sed potiùs in utilitatem. Cùm enim ad defectuosas dictiones illas apposuerint, lectionem ad claritatem deduxerunt; ut credamus nos, etiam ipsos participes factos fuisse Spiritûs S. quorum enim nullus usus erat, ea repetere omiserunt. ubi verò claudum videbatur verbum esse, in græcam linguam translatum, illic additionem fecerunt.* Postea de Interpretum illorum separatione in cellulas, de mirifico separatorum consensu in versione, multa affert; dicens, eos simul, ubi deficit textus, defecisse: &, ubi redundat, luxuriâsse; sed absque veritatis dispendio. idque probat adducto exemplo è *Ps.* 140: ubi verbis πρόσχες τῇ φωνῇ, *attende voci*, addiderunt, τῆς δεήσεώς μου, *precationis meæ.* Et talia vult esse omnia, quæ ab illis addita sunt. Hieronymus,

nymus, *Tom.2.p.370. De opt. gen. interpret. LXX.* inquit, *multa de suo addidére, multa dimisére. Jure tamen eorum editio obtinuit in Ecclesiâ; vel quia prima est, & ante Christi facta adventum: vel quia ab Apostolis, in quibus tamen ab Hebræo non discrepat, usurpata.* Et, *To.3. Præf. in Paral. p.20: Ubi obelus, ibi signatur, quod LXX Interpretes addiderint, vel ob decoris gratiam vel ob Spiritûs S. auctoritatem; licet in hebræis voluminibus non legatur.* Sed *Præf. in Pentateuchum, pag.14. scribit: Nescio, quis primus auctor septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo extruxerit, quibus divisi eadem scriptitárint: cùm Aristeas & Josephus nil tale retulerint, sed in unâ Basilicâ congregatos contulisse scribant, non prophetâsse.* Concedit ergo Hieronymus; à LXX. Interpretibus (vel certè ab illis, qui sub horum nomine vulgò intelliguntur) in suâ versione multa esse addita, quæ in hebræo non habentur: interim, quod ad modum translationis atque additionis, Epiphanio non adsentitur. Nam non omnia, quæ redundant, LXX. interpretibus tribui posse, alibi nos docet idem Hieronymus, *Præf. in paral. Tom.3.p.18: Si septuaginta Interpretum pura & ut ab eis in Græcum versa est, editio permaneret; superfluè me, Chromati, impelleres, ut Hebræa volumina latino sermone transferrem. Quod enim semel aures hominum occupaverat, & nascentis Ecclesiæ roboraverat fidem; justum erat, etiam nostro silentio comprobari: nunc verò cùm pro varietate regionum, diversa ferantur exemplaria, & germana illa antiquaq́; translatio corrupta sit atque violata; nostri arbitrij putas è pluribus judicare, quid verum sit?* & pp. *Hoc legitur in Ecclesiis, quod LXX. nescierunt.* Hæc LXX. Interpretum versio vitiata, aliàs κοινὴ & *Vulgata* simpliciter appellatur: illa verò, quæ in hexaplis ab Origene, per obelos & asteriscos correcta, exhibebatur; *LXX. versio* κατ' ἐξοχὴν, apud Hieronymum audit. Idem, *in epist. ad Fretelā & Suntam, p.80: Illud admoneo, ut sciatis: aliam esse editionem, quam Origenes & Cæsariensis Eusebius, omnesq́; Græciæ Tractatores, κοινὴν, i. e.* communem *appellant* atque vulgatam, *& a plerisque nunc λουκιανὸς dicitur: aliam LXX Interpretum, quæ & in ἑξαπλοῖς codicibus reperitur, & a nobis in latinum sermonem fideliter versa est, & Hierosolymæ, atque in Orientis Ecclesiis decantatur.* Et pp. *Hoc interest inter utramque; quòd κοινὴ, pro locis & temporibus, & pro voluntate scriptorum veterum, corrupta editio est: ea autem, quæ habetur in ἑξαπλοῖς, & quam nos vertimus, ipsa est, quæ in eruditorum libris incorrupta & immaculata LXX. Interpretum translatio reservatur.* Ejus rei exemplum nobis exhibet Hieron. *To.V. præf. in XVI. Comment. in Esajam, p.110.* ubi de verbis Pauli Rom. 3. v. 11-18. è V. T. petitis, hæc affert: *Omnes Græciæ Tractatores, qui nobis eruditionis suæ in Psalmos Commentarios reliquerunt, hos versiculos veru annotant, atque prætereunt, liquidò confitentes in hebraico non haberi; nec esse in LXX. Interpretibus, sed in editione vulgatâ, quæ græcè κοινὴ dicitur, & in toto orbe diversa est.* Nimirum, SS. Librorum descriptores, è Psalmis verba illa Pauli omnia esse petita credentes, cùm in illis non reperirent, ea addere Psalmo XIII. non sunt veriti. Ita successu temporis hæc Additamenta magnam apud imperitos obtinuére auctoritatem. Hinc querelæ Hieronymi, *Præf. in Job. secundâ, Tom.3.p.24: Tanta est Vetustatis consuetudo, ut etiam confessa plerique vitia placeant, dum magis pulcros habere volunt Codices, quam emendatos.*

Præterea, discimus ex Hieronymo: ipsum Origenem versioni LXX. Interpp. multa addidisse: non quidem, velut illi priores; sed, ut defectum ejus suppleret, Theodotionis verba miscuit verbis eorum, utpote qui proximè ad eos accederet modò interpretandi. Audiamus ipsum, *Præf. in Paral. p.19: Origenes non solùm exempla composuit quatuor editionum, è regione singula verba describens, ut unus dissentiens statim, cæteris inter se consentientibus, arguatur; sed, quod majoris audaciæ est, in editione LXX. Theodotionis editionem miscuit; asteriscis videlicet notans, quæ minus fuerant; & virgulis, quæ ex superfluo videbantur apposita.* Vid. ibid. *Præfat. in Pentateuchum, p.13.* & *in Job. p.23.* & *epistolam ad Fretelam & Suntam, p.81.* Item, *To.2. p.343. ep. ad Augustinum: Miror, quomodo LXX. Interpretum libros legas, non puros, ut ab eis editi sunt; sed ab Origene emendatos, sive corru-*

ptos

ptos per obelos & asteriscos. Locus hic intricatus est: qui enim *emendavit* Origenes, si *corrupit*? Salvo meliori judicio, cum sic intelligo. Augustinus versionem Hieronymi, ex Hebræo adornatam, non tanti fecit, quin ei præferret LXX. versionem. Hieronymus respondet, Frustrà id Augustinum facere, ac periculosè: quoniam Origenes, ex Theodotione, additis quidem signis, eam interpolârit: at Theodotio hæreticus fuerit: è cujus impuris rivulis cùm Origenis emendatio deducta sit, eam Christiano non posse non corruptelæ suspectam esse. Hinc addit: *Et hominis Christiani interpretatiunculam non sequaris: præsertim cùm ea, quæ addita sunt, ex hominis Judæi atque blasphemi, post passionem Christi, editione transtulerit.* Nam, non simpliciter Origenis operam rejecisse Hieronymum, patet; quia exinde argumentum depromit, contra suos adversarios, Origenis exemplo, se defendendi. quod nullatenus ei profuisset, si Origenis similem operam improbâsset. Sed, qui volet rationem Versionis LXX. interpretum accuratiùs nôsse, adeat Reverendissimi Usserii *Syntagma de editione LXX Interpretum*, & Celeberrimi atque humanissimi Viri Henrici Valesii *Epistolam ejusdem argumenti*, sub finem Notarum ad Eusebium adjectam; qui accuratissimè hanc nobis explanârunt.

Tandem, quod ad Origenem attinet, Non licet ex eo colligere, Unde hæ Additiones, A quo, vel Quo tempore, irrepserint? quid item, respectu τῶν γνησίων καὶ ὁμολογουμένων γραφῶν, *Scriptura vera & ab omnibus pro tali agnita*, de iis sit sentiendum? quod tamen ut maximè contra Africanum erat urgendum: sed cùm ista silentio prætereat, quid animi ipsi hactenus fuerit, facilè assequetur candidus & eruditus Lector.

Ibid. l. 28. περί τε τοῦ κατὰ τὸν βὴλ καὶ τὸν δράκοντα ἀναγεγραμμένου] Hieron. *To. 5. præf. in Dan.* Judæum contra hæc arguentem inducit: *Quod miraculum, vel Draconem interfectum offâ picis, vel Sacerdotum Belis machinas deprehensas? quæ magis prudentiâ solertis Viri, quam prophetali essent spiritu perpetrata.* pp. *Nusquam in Scripturis homo translatus per aerem legitur, ut Habacuk.* pp. *His & talibus argumentis apocryphas in libro Ecclesiæ fabulas arguebat.* Certè Hieronymus, ubiubi de istis loquitur, nunquam aliter quàm *Fabulas* appellat Erasmus, *ad Præf. cit p. 28: Mirum: quod Hieronymus verbis jugulat, id nunc passim legitur in templis, ceu res inprimis sancta, tanto plus valet consuetudo multitudinis imperitæ, quam hominis eruditi judicium: imò nullo delectu legimus de Bel Dracone, quam Hieronymus non veritus est appellare fabulam. Sic ubi commodum est, quidvis apud nos valet Hieronymi auctoritas; ubi non est commodum, ne tantulum quidem valet.* Augustinum his adjectaneis nullam fidem habuisse patet ex *l. 18. de Civ. Dei c. 31: Tres Prophetæ de minoribus, Abdias, Naum & Abacuc, nec sua tempora dicunt ipsi, nec in Chronicis Eusebii & Hieronymi, quando prophetaverint, invenitur.* Quæ verba solerter illustrat Lud. Vives *in Commentario: Abacuc Propheta fit mentio Danielis 14. quod prandium suum ex Judâ Babylonem tulerit ad Danielem: quo testimonio ad probationē temporum Augustinus non est usus: quòd ea Beli historia, & totum XIV. caput, cum historiâ Susannæ, apocrypha sint, nec in hebræo habeantur, nec sint versa à LXX. senibus.* Brito in verbis jam allatis, hanc historiam dicit esse *fabulam & apocrypham Danielis partem.* Nicolaus de Lyrâ, *expos. c. 14. Daniel. de Bel & Dracone: Hæc historia ponitur inter Scripturas non Canonicas.* Hugo Grotius, *in Notis ad h. l. fabulam esse* dicit. Idem multis argumentis probat Chr. Schotanus, *in Bibliothecâ Hist. S. Vet. Test. To. 2. p. 1130.*

Ibid. lin. 33. τοῖς ἑβραϊκοῖς συγκρῖναι τὰς ἐκδόσεις] Loquitur Origenes de operâ immensâ, nullisque præconiis satis decantatâ; quam in conficiendis Tetraplis, Hexaplis & Octaplis, invento novo & industriâ incredibili exantlavit. Quia verò post Veteres Viri Doctissimi, Usserius, Henr. Valesius, & Huët. in Origenianis ea nobis accuratè descripsére: unicum tantùm ex Epiphanio locum adducam, qui meâ opinione clarissimè eorum rationem nobis tradit. Epiph. *de pond. & mensuris, p. 534:* Τὰς ἓξ ἑρμηνείας καὶ τὴν ἑβραϊκὴν γραφὴν ἑβραϊκοῖς στοιχείοις καὶ ῥήμασιν αὐτοῖς ἐν σελίδι μιᾷ συντεθεικὼς, ἄλλην σελίδα ἀντιπαράθετον δι' ἑλληνικῶν μὲν γραμμάτων, ἑβραϊκῶν δὲ λέξεων πρὸς μετάληψιν τῶν μὴ εἰδότων ἑβραϊκὰ στοιχεῖα, εἰς τὸ διὰ τῶν ἑλληνικῶν εἰδέναι τῶν ἑβραϊ-

ἑβραϊκῶν λογίων τὴν δύναμιν. καὶ οὕτως τοῖς λεγομένοις ὑπ' αὐτοῦ ἑξαπλοῖς ἢ ὀκταπλοῖς, τὰς μὲν δύο σελίδας, καὶ τὰς ἐξ τῶν ἑρμηνευτῶν ἐκ παραλλήλου ἀντιπαραθεὶς, μεγάλην ὠφέλειαν γνώσεως ἔδωκε τοῖς φιλοκάλοις. *Sex interpretationes & Hebraicam Scripturam Hebraicis elementis atque ipsis verbis in unâ columnâ composuit, & aliam columnam ex adverso apposuit, per Græcas quidem literas, Hebraicas verò dictiones; ad intelligentiam eorum, qui non noverunt Hebraica elementa, quò per Græca Hebraicæ linguæ vim cognoscerent. Atque sic in appellatis ab ipso Hexaplis & Octaplis duas hebraicas columnas, & sex columnas interpretum alternatim collocans, magnam utilitatem cognitionis studiosis exhibuit.* Et *p.* 539: Τετραπλᾶ γάρ εἰσι τὰ ἑλληνικά, ὅταν αἱ τοῦ ἀκύλα καὶ συμμάχου καὶ τῶν οβ΄. καὶ θεοδοτίωνος ἑρμηνεῖαι συντεταγμέναι ὦσι. τῶν τεσσάρων δὲ τούτων σελίδων ταῖς δυσὶ ταῖς ἑβραϊκαῖς συναφθεισῶν, ἑξαπλᾶ καλεῖται· ἐὰν δὲ καὶ πέμπτη καὶ ἡ ἕκτη ἑρμηνεία συναφθῶσιν ἀκολούθως τούτοις ὀκταπλᾶ καλεῖται· τινὲς τοίνυν, ὡς ἔφην, ταύταις ταῖς βίβλοις ἐντυγχάνοντες, καὶ εὑρίσκοντες τὰς δύο ἑβραϊκὰς ἐν πρώτοις κειμένας, μετὰ ταύτας δὲ τὴν τοῦ Ἀκύλα τεταγμένην, μεθ' ἣν καὶ τὴν τοῦ Συμμάχου, ἔπειτα τὴν τῶν οβ΄, μεθ' ἃς ἡ τοῦ θεοδοτίωνος συντέτακται, καὶ ἑξῆς ἡ πέμπτη τε καὶ ἕκτη· δοκοῦσι πρώτους ἑρμηνευκέναι τὸν ἀκύλαν καὶ τὸν σύμμαχον τῶν οβ΄. κατὰ τὴν τάξιν τῆς θέσεως, ὅπερ οὐκ ἔστιν. ἀλλ' Ὠριγένης, πυθόμενος τὴν τῶν οβ΄. ἔκδοσιν ἀκριβῆ εἶναι, μέσην ταύτην συνέθηκεν, ὅπως τὰς ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν ἑρμηνείας διελέγχῃ. *TETRAPLA sunt exemplaria græca, quando Aquilæ & Symmachi & LXXII. & Theodotionis interpretationes conjunctæ sunt. Ubi autem quatuor hæ columnæ duabus Hebraicis adjectæ fuerint HEXAPLA appellantur. Si verò etiam quinta ac sexta Interpretatio conjunctæ fuerint, ad illas consequenter, OCTAPLA vocantur. Quidam igitur cùm in hos libros, ut dixi, incidunt, & inveniunt Textus duos Hebraicos primùm positos; post hos verò Aquilæ interpretationem locatam, deinde Symmachi, postea LXX, post quas Theodotionis ordinata est, & consequenter Quinta & Sexta: putant, primos interpretatos esse Aquilam & Symmachum, ante LXXII. juxta ordinem locationis: id quod non est: sed Origenes agnoscens LXXII. editionem accuratam esse & sinceram, ipsam in medio locavit, quò hinc atque hinc positas interpretationes redargueret.* Schematismo res expedietur clariùs

1. Hebræa hebr. characteribus.	2. Hebræa Græcis charact.	3. Versio *Aquilæ.*	4. *Symmachi.*
5. LXXII.	6. *Theodotionis.*	7. Quinta.	8. Sexta.

Tetrapla igitur constabant ex quatuor columnis intermediis 3. 4. 5. 6. unâ facie exhibitis: *Hexapla* sex Prioribus: *Octapla* omnibus octo. Ratio ordinis verò non videtur rectè ab Epiphanio assignata; sed potiùs Origenes ἀκριβείας versionum respexisse videtur: nimirum, quæ versio propiùs ad Hebræum fontem accedebat, ea propiùs hebræo textui fuit apposita: quam remotius posuit, eam longius ab hebræo abire censuit. Nam ipse *Origenes* mox *Aquilæ* versionem commendat. aliàs, si temporis vel auctoritatis rationem habere voluisset Origenes, alio utique ordine illas collocâsset. Equidem fit etiam mentio *septimæ editionis* apud Hieronymum *in Catal. pag.* 286. Sed oportet, ut paucorum fuerit Codicum, nec auctoritatis spectatæ: quia nulla ejus in octaplis est habita ratio, alioquin ἐννεαπλᾶ vocari debuissent.

Pag. 224. *lin.* 2. κατὰ μὲν ἴσα τῶν φερομένων ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις ἦν.] Nota: De quibusdam tantùm exemplaribus loquitur, non de omnibus. Hinc apertè colligitur, *Origenem* de vulgarâ & corrupta LXX. editione in totâ hac epistolâ agere, atqui hoc non quærebat *Africanus*.

Ibid. lin. 4. οὕτως προσενήξατο Ἀνανίας.] Ruffinus, *l.* 2. *invect. in Hieron. pag.* 229: *Trium puerorum hymnus, qui maximè diebus solennibus in Ecclesiâ Dei canitur, ab isto erasus est.* Hieronymus sub Judæi personâ ita hunc hymnum arguit, *Tom.* 3. *Præf. in Daniel. p.* 28: *Deinde, tantùm fuisse otij Tribus pueris cavillabatur, ut in camino æstuantis incendij metro luderent, & per ordinem ad laudem Dei omnia elementa provocarent.* Et paulò ante: *Hymnum trium puerorum veru anteposito eumq; jugulante subjeci-*

ecimus. In Commentariis verò, *To.5.p.575. ad c.3. Daniel. Viri autem Sadrach Mesach & Abednego ceciderunt. &c.] Hucusque Hebræi legunt: media, quæ sequuntur usq; ad finem Cantici trium puerorum, in Hebræo non habentur: de quibus, ne omnino præteriisse videamur, pauca dicenda sunt.* Similiter *Brito, Hymnum trium puerorum, ad partem apocryphum* Danielis rejicit.

Ibid lin. 25. οὕτω γὰρ Ἀκύλας δουλεύων τῇ ἑβραϊκῇ λέξει ἐκδέδωκεν] Leo Castrius hæc ità interpretatur: *Sic etiam Aquila serviens hebraica veritati edidit, qui creditur apud Judæos vertisse fidelius, & magis ad præscriptum Judæorum, & quo maximè utuntur, qui hebræam linguam ignorant, quod maximè omnium literæ hæreat.* Cæterùm, Aquilæ vitam multis describit Epiphanius, *de pond & mens. p.537. 538.* Summam referam: Τῷ Ἀδριανοῦ δωδεκάτῳ ἔτει Ἀκύλας ἐγνωρίζετο, ὡς εἶναι ἀπὸ τοῦ χρόνου τῆς ἑρμηνείας τῶν οβ. ἑρμηνευτῶν ἕως Ἀκύλα τοῦ ἑρμηνευτοῦ, ἤγουν ἕως ιβ. ἔτους Ἀδριανοῦ, ἔτη υλ. καὶ μῆνας δ. *Adriani anno duodecimo Aquila notus fiebat: ut sint à tempore LXX. interpretum, usque ad Aquilam interpretem, sive ad duodecimum Adriani annũ, anni 430. menses 4.* Postea describitur, quòd Ethnicus, *Sinope* Ponti urbe oriundus, Hadriani socer, urbi Hierosolymorum (*Aelia* dictæ) ædificandæ Præfectus, ex conversatione cum Christianis, fidelis factus; velut Astrologus, qui singulis diebus thema nativitatis inspiceret, excommunicatus fuerit; proin exacerbatus Judaicæ religioni se addixerit. Ad quæ Scaliger, *in Animadv. Euseb. p.195.* notat: *Quod Aquila* Hadriani socer, & Hierosolymæ extruendæ Præfectus fuerit, *ab impostoribus Judæis accepit: qui & in Thalmud asserunt, eundem Aquilam affinem Hadriani fuisse.*

De Aquilæ autem versione sic pergit Epiphanius: Καὶ ἐπιπόνως φιλοτιμησάμενος, ἐξέδωκεν ἑαυτὸν μαθεῖν τὴν Ἑβραίων διάλεκτον, καὶ τὰ αὐτῶν στοιχεῖα. ταύτην δὲ ἄκρως παιδευθεὶς, ἡρμήνευσεν, οὐκ ὀρθῷ λογισμῷ χρησάμενος, ἀλλ' ὅπως διαστρέψῃ τινὰ τῶν ῥητῶν, ἐντυχὼν τῇ τῶν οβ. ἑρμηνείᾳ, ἵνα τὰ περὶ Χριστοῦ ἐν ταῖς γραφαῖς μεμαρτυρημένα, ἄλλως ἐκδώσῃ, δι' ἣν εἶχεν αἰδῶ, εἰς ἔλεγχον αὐτοῦ ἀπολογίαν. *Atque tunc laborioso studio tradidit seipsum ad discendum Hebræorum linguam, & ipsorum elementa. Ubi verò hanc summè didicisset, interpretatus est non rectâ ratiocinatione usus, sed quò aliqua ex receptis libris perverteret, invasit LXXII Interpretationem; ut testimonia de Christo in Scripturis prolata aliter ederet: quapropter confusionem sustinuit ob temerariam suam excusationem.* Hieronymus, *To.3. Præf. in Job. p.24: Apud Græcos, post LXX. editionem, Judæus Aquila & Symmachus ac Theodotio, Judaizantes hæretici, sunt recepti: qui multa mysteria Salvatoris subdolâ interpretatione celârunt.* Mirum est, eos accusare hominem, & nullo exemplo addito lectori crimen probare: ut adeò talia, quò LXX. interpretatio magis commendaretur, in contemptum reliquorum interpretum dicta videantur. Eusebius tamen *Hist. Eccl. l.5.c.8.* locum Esaj. ab Aquilâ corruptum affert: quô pro ἰδοὺ ἡ παρθένος, posuit, ἰδοὺ ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ ἕξει, *ecce adolescentula in utero concipiet.* unde Ebionæi statuére, Christum ex Josepho natum esse. Confer Hieron. *quæst. hebr. in Genes. p.214.* Aliàs vituperatur *Aquilæ versio,* aliàs laudatur ob stylum. Vituperatur: quia idiotismos linguæ hebrææ nimis superstitiosè in versionem traduxerit. Epiphan. *de pond. & mens.* de Aquilâ interprete, ἀπρέπειαν παρεὶς τοῦ λόγου, οὐ τῇ τρανότητι τοῦ λόγου προσέχων, ἀλλὰ τῇ τῆς δευτερολογίας ἀκριβείᾳ. *Indecorum adhibet sermoni, dum perspicuitati orationis non attendit, sed exactæ dictionis repetitioni.* Ex. gr. Genes. V, 5: Pro eo, quod LXX. dicunt, ἔζησεν Ἀδὰμ τριάκοντα καὶ ἐννακόσια ἔτη. *Vixit Adam triginta & non-ingentos annos:* ipse vertit, ἔζησεν Ἀδὰμ ἐννακόσια ἔτος καὶ τριάκοντα ἔτος. *Vixit noningentos annum, & triginta annum.* Pressè quidem ad Hebræum, sed malè sonans Græcè. Hieron. *Tom. 2. de opt. gen. interpretandi, p.370: Aquila proselytus & contentiosus interpres; qui non solum verba, sed & etymologias verborum transferre conatus est; jure projicitur a nobis.* (scil. quod ad styli ruditatem & duras loquendi formulas) *Quis enim pro frumento & vino & oleo possit vel legere vel intelligere,* χεῦμα, ὀπωρισμὸν, στιλβότητα, *quod nos possumus dicere fusionem, pomationemq; & splendentiam. atque non solùm Hebræi habent* ἄρθρα, *sed ille* κακόζηλος, *qui syllabas interpretatur & literas, ut dicat,*

ut dicat, σὺν τὸν οὐρανὸν καὶ σὺν τὴν γῆν, *quod Latina lingua omninò non recipit.* Verùm laudatur Aquilæ accurata diligentia, non solùm hic ab Origene: ubi, quò tutiùs Africano occurrat, substituit Judæos; ac si illi solùm Aquilam commendent, ὡς φιλοτιμότερον ἡρμηνευκότα τὴν γραφήν, *quòd studiosiùs interpretatus sit, quam alii Scripturam*: sed & *Tom. 3. in Genes.* hoc elogio illustri, relato in *Philocal. c. 14. p. 44.* eundem celebrat: ὁ κυριώτατα ἑρμηνεύειν φιλοτιμούμενος Ἀκύλας. *Aquila, qui proprissimè interpretari studuit.* Imò, *Tom. 8. in Joh. p. 131.* præfertur ejus editio ipsis LXX: Τὸ δ᾽ ὅμοιον περὶ τὰ ὀνόματα σφάλμα πολλαχοῦ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν ἔστιν ἰδεῖν, ὡς ἠκριβώσαμεν ἀπὸ ἑβραίων μαθόντες, καὶ τοῖς ἀντιγράφοις αὐτῶν τὰ ἡμέτερα συγκρίναντες, μαρτυρηθεῖσιν ὑπὸ τῶν μηδέπω διαστραφεισῶν ἐκδόσεων Ἀκύλου καὶ Θεοδοτίωνος καὶ Συμμάχου. *Similes circa nomina errores multis in locis in Lege & Prophetis cernere licet. Sicut ex Hebræis didicimus, quum accuratè illorum exemplaria cum nostris conferremus; quibus consentiebant nondum corrupta editiones Aquila, Theodotionis & Symmachi.* Idem, *homil. 2. in Cant. apud Hieron. To. 3. p. 184: Pro eo quod LXX. infelix interpretati sunt, Aquila hebraam exprimens veritatem* ἀγροικὸν (i. agrestem) *posuit.* Si verò is censendus est accuratior interpres, qui ad Hebræum fontem propiùs accedit: mirum igitur, cur Origenes Africano Codices græcos ab Hebræo dissentientes opponat? Hieronymus, *Tom. 3. epist. ad Marcellam, pag. 96: Aquila, qui verborum hebraorum diligentissimus explicator est.* Et, *To. 6. in Osee c. 2. p. 13: Aquila diligens & curiosus Interpres.* Sic passim in Commentariis suis præfert Aquilam ipsis LXX. Vide inprimis *in tradit. hebraicis in Genes. To. 3. p. 216. & 228.* Idem, *Tom. 2. epist. ad Marcellam, p. 312: Jampridem cum voluminibus Hebraorum editionem Aquila confero, ne quid forsitan propter odium Christi Synagoga mutaverit: & ut amica menti fatear, qua ad nostram fidem pertineant roborandam, plura reperio.* Eucherius, *qu. V. T. in Exod. p. 254: Ut indicat Aquila studiosissimi translatoris editio.* Ipse Epiphanius, *hær. 68. p. 320.* Arrianis, locum à LXX. malè editum, ὁ Κύριος ἔκτισέ με, urgentibus, provocat ad Hebraicam veritatem & ad Aquilæ versionem: Οὐδὲ τὰς λέξεις τὰς ἑβραϊκὰς οὔτε ψηλαφήσαντες, οὔτε γνόντες, οὔτε πῶς ἔχει ἡ τούτων δύναμις, προσάλλως δὲ προπετῶς ἀνέκυψαν, δεινοὶ ἐχθροὶ ζητοῦντες πρόφασιν πόθεν τὴν πίστιν λωβήσωσι, μᾶλλον δὲ ἑαυτούς, οὐ γὰρ τὴν ἀλήθειαν. καὶ ἐπειδὴ εὗρον, ὅτι ὁ Κύριος ἔκτισέ με, ῥιψοκινδύνως ὥσπερ φαντασιζόμενοι ὀνειροπολοῦσι, τὰ μηδὲν χρήσιμα ἐπεισενέγκαντες τῷ βίῳ, ταράξαντες τὴν οἰκουμένην. τὸ δὲ ἑβραϊκὸν οὐχ οὕτως ἔχει, ὅθεν Ἀκύλας λέγει, Κύριος ἐκτήσατό με. *Hi cùm hebraicas dictiones neque attigerint, neque noverint, neque quomodo se habeat harum vis, sciant; protervè & petulanter insultârunt, graves inimici: quarentes occasionem unde fidem mutilent, imò magis seipsos, nec enim possunt veritatē. Et quia invenerunt,* Dominus creavit me, *periculosè velut imaginantes somniant, ea, qua ad nihil commoda sunt, vita inferentes, & orbem terrarum turbantes: at Hebraica lingua non sic habet. Unde & Aquila dicit,* Dominus possedit me.

Quod verò Origenes *dicit, Judaos* Aquilam extollere, verum esse patet, quia spretis LXX. ejus versionem prætulére. Philastrius, *de hæresibus p. 82. & 83: Sunt haretici, qui sicuti Judai LXXII. Sanctorum sapientissimorumque virorum interpretationem respuentes, Aquila cujusdam hominis unius Pontici, qui post annos multos interpretatus est, suscipiunt.* Et pp. *Unde Judai non LXXII. interpretationem habent, qui de Patre & Filio, & Spir. S. benè sentientes, unam substantiam, divinitatem, majestatemque, enunciárunt: sed illius Aquila, qui non ità rectè sensit de Filio Dei, sed quasi de Prophetâ nunciaverit. Unde interpretationes ejus in medio librorum nunquam ponuntur, sed dextra lævaque adsignantur; & ut contraria, & non plena veritatis, ità leguntur à plurimis: LXXII. verò decreta & leges Ecclesia Catholica semper habet, & detinet incunctanter.* Rabbini tamen, sequioribus temporibus, magis scrupulosi, græcas versiones omninò exterminare conabantur, cui rei obviam ivit Imperator Justinianus, *Novellâ 146*: quâ Judæis permittit, in Synagogis καὶ ἑλληνιστὶ καὶ ταῖς ἄλλαις διαλέκτοις πρὸς τοὺς τόπους τὰς γραφὰς ἀναγινώσκειν, κατὰ τὴν τῶν ο. καὶ τοῦ Ἀκύλα παράδοσιν. ὁ δὲ τὴν τοιαύτην κωλύων ἀνάγνωσιν ζημιούσθω καὶ ἐξοριζέσθω· εἶναι

Gracè, tùm aliis linguis, pro diversitate locorum, Scripturas legere, secundùm LXX. & Aquila traditionem. Qui verò hanc lectionem prohibet, publicatis bonis exterminatur: inquit Photius, *Nomocan. tit.* 12. *c.*3. *pag.* 176.

Ibid. lin. 34. τὸ δ' ἕτερον κατὰ Θεοδοτίωνα] *Theodotion*, uti Hieronymi Catalogus in Origene nos docet, Hebioneus fuit, & (quod idem refert, *Proœmio in Daniel To* 5.*p.*567.) altero *genere Judaus, Patriâ Ephesius.* Si verò Epiphanio credamus, *l. de pond. & mens. p.* 538. Θεοδοτίων ποντικὸς ἀπὸ τῆ διαδοχῆς Μαρκίωνος τοῦ αἱρεσιάρχου, *Theodotio Ponticus ex Sectatoribus Marcionis hæresiarcha Sinopita* fuit, qui postmodum ad Judæos transiit. Innotuit circa annum VI. (aut V. secundùm Eusebii *Chron. Can.*) Commodi Imperatoris, Marcello & Aeliano Coss. anno scil. post Christum natum 185. teste *Epitome temp. Eus. adj. p.* 267. Versionem ejus sic commendat Epiphan. Διὸ τὰ πλεῖστα τοῖς οβ. συνᾴδοντα ἐξέδωκε. τρίβας γὰρ εἶχεν ὅτος τὰς πλείστας ἀπὸ τῆς συνηθείας τῶν ο. *Ideò pleraque cum LXXII. consonanter edidit, quia plurima exercitia ex consuetudine LXXII. habebat.* Origenes paulò post *p.*225. LXX. & Theodotionem conjungit, ut ὁμοφωνοῦντα ἀλλήλοις, *inter se convenientia*, sive consona, tradentes. Hieron. *To* 7 *Comm. in c.*2.*Ecclesiastis p.*65: *LXX. & Theodotio, sicut in pluribus locis, ita & in hoc quoque concordant. & transtulerunt* περιφοράν. Vide venerandæ memoriæ Usserii *Syntagma de LXX. Vers. c.*6. ubi αὐτόψει hæc pluribus demonstrantur.

*Ibid. lin.*35. καὶ ὥσπερ παρ' ἀμφοτέροις ἔκειτο] Susannæ historiam cum reliquis Additamentis in LXX. versione & Theodotionis se reperisse, ait Origenes. Id quod cum grano salis est intelligendum. Loquitur, ut jam monui, de editione LXX. κοινῇ & corruptâ, nam in editione LXX. correctâ & κατ' ἐξοχὴν sic dictâ, illa non item comparuére, sed in solo Theodotione; cujus etiam versio Danielis ab Ecclesiis recepta prælegebatur, illâ repudiatâ. Testis horum locuples Hieronymus, *To.*3. *Præf. in Daniel p.*27: *Danielem Prophetam, juxta LXX. interpretes, Dei Salvatoris Ecclesiæ non legunt; utentes Theodotionis editione: & hoc cur acciderit, nescio* Et, *To.*5.*p.*567. *proæm. in Daniel. Illud quoque Lectorem admoneo: Danielem non juxta LXX. Interpretes, sed juxta Theodotionem, Ecclesias legere; qui utique post adventum Christi incredulus fuit: licet eum quidem dicant Hebionitam, qui altero genere judæus est.* Id. ib in *Comm. ad finem c.*12. *p.*606: *Hucusque Danielem in Hebræo volumine legimus: catera quæ sequuntur, usque ad finem libri, de Theodotionis editione translata sunt.* Idem, *ad c.*13 *p.*607. (ad hæc verba Origenis: *Vel secundùm LXX*: Et ecce Susanna inambulabat, &c:) notat: *Quo dicto Origenes ostendit, catera se non juxta LXX. Interpretes differuisse.* Idem, *l* 2 *adv. Ruffinum, p.* 228: *De Daniele breviter respondebo: me non negâsse, eum Prophetam; sed, quid Hebræi dicerent, & quibus argumentis suam niterentur probare sententiam, voluisse monstrare: & docuisse Lectorem, Ecclesias Christi hunc Prophetam juxta Theodotionem legere, & non juxta LXX. interpretes. Quorum si in isto libro editionem dixi multum à veritate distare, & recto Ecclesiarum Christi judicio reprobatam; non est mea culpa. qui dixi, sed eorum qui legunt; in promtu sunt quatuor editiones Aquila, Symmachi, LXX & Theodotionis. Ecclesia juxta Theodotionem legunt Danielem: ego quid peccavi, si Ecclesiarum judicium secutus sum?* pp. *Miror, quomodo Theodotionem hæreticum & judaizantem legit, & qualiscunque peccatoris Christiani translationem fastidit.* Ex Theodotione verò in vulgatam versionem transiisse, idem nos docet Hieronymus, *To.*5. *p.* 567. *proæm. in Daniel. Origenes de Theodotionis opere in editione vulgatâ asteriscos posuit, docens, defuisse, quæ addita sunt, & rursus quosdam versus obelis prænotavit, superflua quæque designans.* Quorum verborum hunc sensum esse puto: Origenem positis asteriscis & obelis in vulgatâ versione indicâsse, quicquid in vulgatâ additum est aut redundat, ex Theodotione petitum esse. Sic in editione vulgatâ Latinâ in fine capitis 12. Danielis omnes Codd. tàm impressi, quàm MS. quorum tres vidi in Bibliothecâ Cl. Amici Sebastiani Feschii, annotata habent hæc verba: *Hucusque Daniel in Hebræo volumine legimus: catera, quæ sequuntur usque ad finem libri.*

libri, de Theodotionis editione translata sunt. ex Hieronymi scil. observatione.

Veruntamen unum hic obstare videtur; nempe, Si Theodotio Susannæ historiam vel excogitavit, vel edidit primus, qui potuit ejus disertè mentionem facere Ignatius, *in epistolâ ad Magnesianos*, sic scribens *p.* 51? Δανιὴλ ὁ σοφὸς δωδεκαετὴς γίγονε κάτοχος τῷ Θείῳ πνεύματι, καὶ τοὺς μάτην τὴν πολιὰν φέροντας πρεσβύτας συκοφάντας καὶ ἐπιθυμητὰς ἀλλοτρίου κάλλους ἀπελέγξει. *Daniel ille sapiens, cùm XII. esset annorum, Spiritu Dei afflatus erat; & senes, frustrà canos ferentes, calumniatores & aliena forma appetentes, redarguit.* Sed forsan eo ipso non exiguum pondus Venerandi Theologi & in scriptis Patrum versatissimi, *Joh. Dallæi*, Patris, argumentationibus accedit; quibus demonstrat, Epistolas illas Ignatio Antiocheno falsò tribui, diuq; post ejus obitū fictas fuisse. Floruit enim Ignatius An. Chr. LXIX. Eusebio teste: at Theodotio circa Ann. CLXXXV. Concedamus autem, eas genuinas esse: poterat hausisse talia, è quadam Judæorum traditione. Infrà enim aliquot adducuntur Judæorum testimonia, quibus similis aliqua res gesta narratur: ut nec ipsi Judæi protinùs negitent, Susannam aliquam extitisse, vel à Daniele liberatā fuisse. Fortasse jam olim in vetustis quibusdam exemplaribus tale quid breviter consignatum fuit: unde Sulpicius Severus, nec non alter Interpres Syrus, *Tomo quarto Biblior Polyglott.* à Celeb. Waltono editus (qui etiam Theodotionis exemplo historiam multis ampliavit paragraphis) & illud acceperunt, *Danielem duodecennem* tunc fuisse: quod nullibi aliàs reperitur: Theodotio verò, ut Historiæ majorem adderet gratiam, eam commentis & fabulis auxit, quò lepidior appareret: prout in Legendis Sanctorum, ab ociosis Monachis, magnâ parte Actorum veterum ex interpolatione auctis, sæpè sæpius factum est. Si quis tamen meliora aut certiora his noverit, ut erudire me dignetur etiam atque etiam rogito.

Pag. 225. *lin* 3. Διηγήσεις καὶ στίχ.] Leo Castrius aliud legit in suo Cod. Vertit enim: *Cùm plus CC versus habeant supra LXX.*

Ibid. lin 8. ἐν τῇ Ἐσθὴρ οὔτε ἡ τοῦ Μαρδοχαίου εὐχὴ, οὔτε ἡ τῆς Ἐσθὴρ οἰκοδομῆσαι δυνάμενα τὸν ἐντυγχάνοντα, παρ' Ἑβραίοις φέρονται] Quanti fecerit Hieronymus ista, non obscurè colligitur ex *Tom* 3 *præf. in Esther p.* 32: *Librum editio Vulgata laciniosis hinc inde verborum finibus trahit: addens ea, quæ ex tempore dici poterant & audiri: quia sicut solitum est scholaribus disciplinis, sumto themate, excogitare, quibus verbis uti potuit; qui injuriam passus est, vel qui injuriam fecit.* Opponit his suam versionem ex hebræo absque additamentis adornatam. In Editione Bibliorum cum commentariis Britonis, & Lyrani atque duplici glossâ, *parte* 2. *p.* 314. ad finem libri Esther hæc adducuntur: *Hieronymus: Quæ habentur in hebræo plenâ fide expressi. hæc autem, quæ sequuntur, scripta reperi in editione Vulgatâ, quæ Græcorum linguâ & literis continetur: & interim post finem libri hoc capitulum ferebatur, quod juxta consuetudinem nostram obelo, id est, veru prænotavimus.* Et in fine *p.* 315. ponuntur hæc verba: *Liber Hester cum additionibus apocryphis finit.* Librum Esther asteriscis & obelis distinctum è Bibliothecâ Arundeliana nobis dedit Reverendiss. Usserius, in *Diatribâ* jam laudatâ *de LXX. Interpp.* qui huic loco non exiguam affert lucem. Quinetiam *Additiones ad librum Esther*, à Joh. Drusio Latinè editæ, ac Scholiis eruditis illustratæ, hac de re consuli possunt. Interim animadverte: Origenem, ad defensionem harum adjectionum, *ædificationem* unicè allegâsse: quod & alii S Patres, dum *Libros* laudant *Ecclesiasticos*, faciunt: quippe nulla potiora suppetebant argumenta, quibus illos defenderent. Miror interea, quid Sixto Senensi in mentem venerit, *l.* 1. *Bibl. S. sect.* 3. *p.* 27. scribenti: *Origenes in epistolâ ad Julium Africanum, hæc eadem Additamenta explodit.* De Appendicibus libri Esther loquitur: quas minimè gentium hic explodit; sed, quantum potest, defendit. Quod si exploderet; eâdem operâ (quod minimè vellet Sixtus) utique simul & *Susannam* everteret.

Ibid. lin. 18. ἀλλὰ ἐκ ἀπὸ τοῦ Ἰὼβ, τὰ ἀπὸ τοῦ γέγραπται δὲ αὐτὸν πάλιν ἀναστήσεσθαι] Hoc additamentum, libro Jobi in fine adjectum, reperitur hodie in omnibus Græcorum Codicibus, etiam antiquissimis. Confer, si placet, editionem Aldi, Romanam, & Anglicam Patricii Junii, è Codice Alexandrino editam, & *Catena Patrum in Jobum* annexam. Antiquissimum autem esse, patet: quia mentionem ejus faciunt, Aristeas, Philo & Polyhistor.

ftor. tefte Cl. Spanhemio, *in Hift. Jobi c.* 4. *p.*63. Theodotio quoque fuæ verfioni, & Interpres Arabs *in Bibl. πολυγλ. Waltoni T.* 3. *ἀυ-ξαλεξὰ* illud inferuit. Quantę verò fuerit auctoritatis apud Grecos, è *Catenâ Patrū*, modò dicta, eft colligere: ubi *Chryfoftomus, Evagrius, Olympiodorus, Severus, Julianus* fuis commentariis id explicant. Deeft verò apud Aquilam & Symmachum. Olympiod. *p.*611. *Cat. in Job.* Ἰςέον δὲ, ὅτι, μέχρι τῦ, πρεσβύτερ☉ κ̀ πλήρης ἡμερῶν, Ἀκύλας, ϗ Σύμμαχ☉ ἐλθόντες, συνεπέραναν τὸ βιβλίον, ὡς δὴ τῷ ἑβραϊκῷ ἀκολυθοῦντες· ὁ δὲ Θεοδοτίων συμπεραίνει τοῖς ἑβδομήκοντα. *Sciendum autem eft: Aquilam & Symmachum, textum hebraicum fecutos, finem libro impofuiffe, cùm ad illa perventum effet*: Senior & plenus dierum. *Theodotionem autem ibidem definere, ubi LXX. interpretes concludunt.* E veteribus tamen non pauci de illo dubitarunt, ac fi è margine in contextum ab ignaris defcriptoribus tranflatum eique affutum fuiffet. Polychronius, *in proœm. Cat. in Job.* παραγράφονται τὴν ἐν τῷ τέλει γενεαλογίαν, ὡς μὴ ἐμφερομένην ἐν τῷ ἑβραϊκῷ. καὶ μεθ' ἕτερα. Ἀπάτης γενομένης ἀπὸ τ̃ ὁμωνυμίας τ̃ ἐν γενέσει φερομένης εἰς τὴν κατὰ τὸν Ἡσαῦ γενεαλογίαν, ἔνθα μέμνηται Ἰωβάβ, τὸ τοιοῦτόν τινες ἐσχολιογράφησαν. κ̀ λοιπὸν ἕτεροι τῷ χρόνῳ ὡς ὕφην τῦ παντὸς βιβλίυ εἰργάσαντο τὰ παραγεγραμμένα. *Genealogiam, quæ in fine eft, quidam rejiciunt, quia in hebræo non reperitur.* & pp. *Nominis fimilitudinem in Genealogiâ Efau, quæ in libro Genefeos extat, ubi Jobabi mentio fit, anfam erroris & hujusmodi scholij quibusdam præbuiffe; tractuq; temporis poftea, quæ margini adfcripta erant, in libri contextum ab aliis affumta effe, afferunt.* Inde nullam fidem ei habuit Hieronymus, *To.* 3 *trad. hebr. in Genef. p.*22: *Hunc* (Jobab) *quidam fufpicantur effe Job, ut in fine voluminis ipfius additum eft. Contra hebræi afferunt, de Nachor eum ftirpe generatum: ut jam fuprà dictum eft.* Vid. *Tom.*7. *Comm in Job ab init.* Imò particulæ huic ab Hellenifta, (non autem *Chriftiano*, uti putat Doctiff. Ufferius, *in diatrib. fub finem c.*4.) efficta, multisque erroribus inquinatæ, nullam fidem haberi poffe: fusè & folidè demonftravit Theologus clariffimus Frider. Spanhemius, fil. *in hift. Jobi c.*4. *p.*63. *& feqq.*

Ibid. lin. 28. κατ' ὀλίγον μὲν] Leo Caftrius eodem modo legit: *Pauciora: ubi fcriptum eft Job fupplicaffe quotidie pro filiys, &c.* Aut error hic eft Origenis, aut Vitium Scriptoris. Nam, Tria fequentia exempla manifeftæ funt *Redundantia*, in quibus plura Græci legunt, quàm Hebræi tenent in authentico. Ad hanc etiam claffem pertinet, feq. pag. 126. exemplum quartum: cujus initium, Πλείονα δὲ ἐν τοῖς ἡμετέροις παρὰ τὰ ἑβραϊκά: omnibus illis præmittendum fuiffe videtur. Imò verò, ut ἀδιαφόρως proferam φρονήσεως, verba Origenis rectè habent, fi fano fenfu accipiantur, fcil. *Inveniri plurima in Jobo præter illa Hebræorum, tum paucioribus, tum pluribus verbis expreffa*: certè tria exempla allata breves faciunt periodos; quartum autem longius eft. unde ipfa noftra Verfio quoque corrigenda venit.

Ibid. lin. 30. τὸ μόσχον ἕνα περὶ ἁμαρτίας περὶ τῶν ψυχῶν αὐτῶν] Codex Alexandrinus habet ὑπὲρ τῶν ψυχῶν αὐτῶν, quod melius. funt autem hæc addita verfui quinto, *c.* 1. *Jobi.* Ibid. redundant in verfu fexto: περιελθὼν τὴν γῆν κ̀ ἐμπεριπατήσας ἐν αὐτῇ. quæ ex verfu feptimo, manifefto errore, fuére transfcripta. Ibid. verfum 21. auxére his verbis: ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτω κ̀ ἐγένετο. In Cap. 2. verfum nonum interpolârunt ςίχοις, feu verfibus decem. Sic & alia multa inferta effe fatetur Origenes: de quibus Hieron. *Præf. in Job. Si ea quæ fub afterifcis addita funt, fubtraxeris, pars maxima detruncabitur.*

Pag. 226. *lin.* 3. πλείονα δὲ] Leo Caftrius hæc omnia vel omifit, vel in fuo exemplari non invenit: ufque ad, ὅρα τοίνυν. *pag feq.* 227. *lin.* 5.

Ibid. lin. 16 ἔπη τέσσαρα ἢ τρία] *Verfus tres vel quatuor.* Omninò enim arbitror fcribendum fuiffe ἔπη, i. *Verfus*. Sicuti *fup. p.* 225. dictum eft, ἐν ἔπεσιν διακοσίοις, *in verfibus ducentis.* Sic & Patr. Junius, *in fragmento fup. d.*

Ibid. lin 22. ἐν τῷ Ἱερεμίᾳ] Hieron, *Tom.* 3. *Præf in Jerem. p.* 26: *Ordinem vifionum, qui apud Græcos & Latinos omninò confufus eft, ad priftinam fidem correximus.* Confufionem in ordinem redegit Lud. Cappellus, *Crit. S. l.* 4. *c.*14. *p.* 297: quam correctionem, quia infignis eft, paucis apponere placet. Ordo capitum fecundùm Græcos, primus eft; alter, indicat capita fecundùm Hebræos.

Græc. Ordo Hebr.	Græc. Ordo Hebr.
XXVI. - - XLVI.	XXXV. -- XXVIII.
XXVII. - - L.	XXXVI. - - XXIX.
XXVIII. - - LI.	XXXVII. - - XXX.
XXIX.v.pr.7.XLVII.	XXXVIII. - XXXI.
XXIX.à verſ.7.ad fin.	XXXIX. - XXXII.
- XLIX.à v.7.ad 23.	XL. XXXIII.ad v.14.
XXX.5.v.pr.- XLIX.	XLI. - - XXXIV.
v. pr. 5.	XLII. - - XXXV.
XXX. 6.ſeq. - XLIX.	XLIII. - - XXXVI.
à v. 28. ad 34.	XLIV. - XXXVII.
XXX. 5.poſtr. XLIX.	XLV. - XXXVIII.
à v. 23. ad 28.	XLVI. - - XXXIX.
XXXI. - XLVIII. ad	XLVII. - - XL.
verſ. 45.	XLVIII. - - XLI.
XXXII. XXV. à v 15.	XLIX. - - XLII.
ad fin.	L. - - - XLIII.
XXXIII. - - XXVI.	LI. ad v. 3. - XLIV.
XXXIV. XXVII. ad	LI. 5.poſtr.verſ.XLV.
verſ. 19.	LII. - - - LII.

Ibid. lin. 26. ἐν τῇ δευτέρᾳ δὲ, τὸ εἶδεν ὁ Θεὸς ὅτι καλόν.] Gen. I, v. 8. deeſt in Hebræo ſolennis formula benedictionis, reliquis quinque diebus addita: *Et vidit Deus eſſe bonum.* Sed LXX. eam addidére: καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι καλόν. illamque ex iis adducunt Chryſoſt. *T.* 1. *ſerm.* 4. *in Geneſ. p.* 20. Baſil. *hom.* 3. *in hexaem. Tom* 1. *p.* 37. Latinus interpres, quamvis hæc verba omiſerit, hebræam ſecutus veritatem: proferuntur tamen in medium ab Ambroſio, *hexaem. l.* 2. *c.* 5. & Bedâ *in hexaëm. Tom.* 4. *p.* 7. quia olim latinæ verſiones plerunque è LXX. Interpretum adornabantur: notatque: *hujus verbi adjectionem in Hebraicâ veritate non haberi. Et mirum*, inquit, *quare inter omnia, quæ creâſſe Deus legitur, hic ſolummodò in ſecundi diei operibus, probatio divinæ viſionis minimè addatur.* pp. *niſi fortè, ſicut quidam Patrum exponunt, intelligere nos in hoc Scriptura voluit, non eſſe bonum duplicem numerum, qui ab unitate dividat, & præfigurat fœdera nuptiarum.* Hieronymus hæc de re ſic ſcribit, *Comm. in Hagg. c.* 1. *Tom.* 6. *p.* 272: *In Geneſi cùm in primo die dictum ſit & in tertio, & in quarto, & in quinto, & in ſexto poſt conſummationem operum ſingulorum*: Et vidit Deus quia bonum eſt: *in ſecundo juxta Hebraicum & Aquilam, & Symmachum, & Theodotionem non habetur: neque enim poterat ſecundus dies, qui numerum facit, qui ab unione dividit, quòd bonus eſſet, Dei ſententiâ comprobari.* Multùm ſe hic torquent Judæi, è quibus loca magis illuſtria ab amico, in hoc genere literarum perdocto, mihi indicata, exhibebo. Legitur in Bereſchit rabba, *Paraſcha* 4. למה אין כתיב בשני כי טוב ר' יוחנן תני לה בשם ר' יוסי ב"ר חלפת' שבו נבראת גיהנם שנא' כי דרוך מאתמול תפתה יום שיש בו אתמול ואין בו שלשום: Id eſt: *Quare non ſcriptum eſt in ſecundo* (die) *quod Bonum? Rabbi Jochanan tradidit in nomine Rabbi Joſi filiï Chalaphtha, quia in illo creata eſt Gehenna: quia dictum eſt*, (Eſaj. 30. 33.) *nam aperta eſt Tophta ſive Gehenna à pridie, dies, ex quo poſſum dicere pridie & non nudius tertius.* Poſteà ſic pergit: *R. Chanina dixit, quia in illo creata eſt diviſio, ſecundùm illud: Et dividat inter aquas & aquas.* Dicit *R. Tebiomi: ſi diviſio, quæ facit ad ordinandum componendumq; mundum, non meretur illud* כי טוב, quòd bonum: *Quantò minùs illa, quæ mundum confundit? Rabbi Samuel dixit: Quia illo die, needum abſolutum erat opus aquarum: ideoq; tertiâ die duplicatur illa formula, ut operum ſecundi & tertiï diei conſummatio denotetur. Matrona quadam quæſivit ex Rabbi Joſi; Quamobrem illud:* Quia bonum: *non aſcriptum eſt diei ſecundo? Reſpondit ille: Ut ut hoc factum non ſit, repetit tamen* (Deus) *& comprehendit omnes* (dies) *in fine dicendo*: Et vidit Deus omne quod fecit, bonum eſſe. *Regeſſit ipſi per ſimilitudinem: Sex homines venerunt ad Te, omnibus & ſingulis, excepto uno, minam largiris, & de novo alteram donas omnibus: nonne in cujuslibet manu mina & ſexta pars reperitur: apud unum verò ſexta pars tantùm. Admiratus eſt* (Rabbi) *& verbo revocato dixit, ut antè dixerat R. Schemuel, nimirum, aquarum opus nondum fuiſſe confectum.* (hoc ipſum R. Salomo Jarchi in hunc locum adducit) *R. Levi in nomine R. Tanchum filiï Chunilai dixit: Scriptum eſt* (Eſaj. 46. 10.) Annuncias à principio finem: *nimirum à principio mundum creavit. Vidit Benedictus ille, quod Moſes, qui dictus eſt* טוב, *bonus* (Exodi 2.) *& quod ſuum eſt per aquas habiturus eſſet; ideoq;*

illis non additum est כי טוב, quòd bonum. *R. Simeon dixit Parabolam Regi, cui fuit dura quadam legio. Dixit Rex, quia ista legio nimis dura, ideoq; meum nomen non præ se ferat. Sic dixit Benedictus ille: quia per istas aquas homines, qui vixerint tempore diluvij, tempore Enochi & divisionis* (linguarum) *puniendi sunt, ideò non ascribet illis* כי טוב i. quòd bonum. Hæc illi: Eadem habentur in Jalkut in *Bereschit*. Aben-Ezra, *in Commentario in Legem* dicit: illud כי טוב *Quod bonum*. Gen. 1. v. 10. דבק אם בריאת יום שני: *Cohaeret cum creatione diei secunda*: absurdum esse putans benedictionem bis repeti die tertio: hinc paulò pòst subdit ad vers. 11. ותרשא הארץ תהלת יום שלישי: *Germinet Terra: Principium diei tertij*. Refert itaque terræ exsiccationem ad ôpera secundi diei; quod approbat etiam Vir Cl. Joh. Mercerus, *Prælect. in Genes. p. 20. &c.* Abarbenel in suo פירוש התור ubi quæ superius ex Bereschit Rabba producta sunt, recitâsset; putat, ea huic dubio neutiquam satisfacere. Quare sic solvit ipse: *Quia illo die facti sunt orbes absque luminibus & stellis: insuper quia separatio omnium elementorum à sese invicem non nisi tertio demùm die perfecta est, aquis tum in unum congregatis, aridâq; apparente*. Christiani non magis consentiunt, quàm Judæi: quorum diversas sententias congerere nimis longum foret. Vide eas, cum doctissimâ ἐπικρίσει, *in Examine Historiæ creationis* Theologi & Philologi celeberrimi, *Joh. Henrici Hottingeri*, τοῦ ἐν ἁγίοις, *quæst. 51. p. 86.*

Ibid. lin 31. 32. εἰς σημεῖα παρεθήκαμεν τοὺς ὀβελούς· mox: ὡς πάλιν ἀστερίσκους κλ.] Origenes heic usum & significationem *obelorum* & *asteriscorum*, in emendandâ LXX. versione adhibitorum, nobis adumbrat. Summa: *Obelus* illi erat nota eorũ, quæ in hebræo non extabant. *Asteriscus* autem eorum, quæ in hebræo extabant, sed in græco deerant. Uberiùs de iis agit ipse, *Comment in Matth p.* 381. *edit. Huetij*. Locum quia insignis est, totum ascribam: Καὶ εἰ μὲν μὴ καὶ περὶ ἄλλων πολλῶν διαφωνία ἦν πρὸς ἄλληλα τῶν ἀντιγράφων, ὥστε πάντα τὰ κατὰ Ματθαῖον μὴ συνᾴδειν ἀλλήλοις, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ λοιπὰ εὐαγγέλια, κἂν ἀσεβής τις ἔδοξεν εἶναι ὁ ὑπονοῶν ἐνταῦθα προσερρῖφθαι οὐκ εἰρημένην ὑπὸ τοῦ σωτῆρος πρὸς τὸν πλούσιον, τὴν, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτὸν, ἐντολήν. νυνὶ δὲ δηλονότι πολλὴ γέγονεν ἡ τῶν ἀντιγράφων διαφορὰ, εἴτε ἀπὸ ῥαθυμίας τινῶν γραφέων, εἴτε ἀπὸ τόλμης τινῶν μοχθηρᾶς τῆς διορθώσεως τῶν γραφομένων, εἴτε καὶ ἀπὸ τῶν τὰ ἑαυτοῖς δοκοῦντα ἐν τῇ διορθώσει προστιθέντων ἢ ἀφαιρούντων. τὴν μὲν οὖν ἐν τοῖς ἀντιγράφοις τῆς παλαιᾶς διαθήκης διαφωνίαν, Θεοῦ διδόντος, εὕρομεν ἰάσασθαι, κριτηρίῳ χρησάμενοι ταῖς λοιπαῖς ἐκδόσεσιν. τῶν γὰρ ἀμφιβαλλομένων παρὰ τοῖς ο. διὰ τὴν τῶν ἀντιγράφων διαφωνίαν, τὴν κρίσιν ποιησάμενοι ἀπὸ τῶν λοιπῶν ἐκδόσεων, τὸ συνᾷδον ἐκείναις ἐφυλάξαμεν· καί τινα μὲν ὠβελίσαμεν, ἐν τῷ ἑβραϊκῷ μὴ κείμενα, οὐ τολμήσαντες αὐτὰ πάντη περιελεῖν. τινὰ δὲ μετ᾽ ἀστερίσκων προστεθήκαμεν, ἵνα δῆλον ᾖ, ὅτι μὴ κείμενα παρὰ τοῖς ο. ἐκ τῶν λοιπῶν ἐκδόσεων συμφώνως τῷ ἑβραϊκῷ προστεθήκαμεν. *Nisi etiam in multis aliis dissentirent inter se exemplaria, sic ut omnia Matthæi non consentiant sibi invicem, similiter autem & reliqua Evangelia; suspicio impio alicui oriri potuisset, hic adjectum esse præceptum*: Diliges proximum tuum sicut teipsum: *ac si à Salvatore nunquam prolatum fuisset. Quia verò magna est exemplarium differentia, sive per negligentiam scribentium, sive ex temeritate quorundam corrigendi scripturas, sive ab iis, qui quicquid sibi videtur in correctione, vel addunt vel demunt: igitur in exemplaribus V. T., Deo concedente, dissonantia corrigere instituimus, utentes tanquam normâ judicandi reliquis editionibus. quæ enim dubia erant apud LXX. propter differentiam exemplarium, judicio adhibito è reliquis editionibus, quod consentiebat cum illis, custodivimus: ac nonnulla quidem obelo notavimus, quæ in hebræo non erant, non ausi ea penitùs tollere: nonnulla verò cum asterisco apposuimus; ut appareat, ea apud LXX. non haberi, sed ex reliquis editionibus, cum hebræo consentientibus à nobis apposita esse.* En! ut abundè hic confirmentur, quæ de Additionibus versionis græcæ vulgatæ, de Origenis ingenio, de exemplarium discordiâ, suprà monuimus; quæque de *obelo* & *asterisco* hic dicenda erant. Usum *obeli* expressissimum hic vides; quod eô notata, digna sint quæ tollantur: attamen, se id *non ausum esse*.

Nota

Nota etiam, Quanti fecerit Origenes reliquarum versionum cum hebræo fonte consonantiam: & cogita, Quo jure contra Africanum *Susannam* defensurus, ipsi opponat Susannam totam obelisatam; quippe quæ, juxtà cũ suis Additamentis, nullatenus apud Hebræos extaret. Quæ igitur hujus auctoritas? Certè, si ulla, *Ecclesiastica* fuit, non autem *Canonica*: quippe de quâ Origenes ne somniavit quidem.

Videamus, quid alii de his signis tradiderint? Basilius M. *homil. IV. in hexaëm.p.*43. ὁ ὀβελὸς, τῆς ἀθετήσεως σύμβολον. *Obelus, symbolum est rejectæ vocis.* Epiphanius, *de pond. & mensur. p.* 533: Ὀβελὸς οὗτός ἐστιν ὁ παρακείμενος — παραπλησίως γράφεται τῇ καλουμένῃ γραμμῇ. ὀβελὸς δὲ κέκληται κατὰ ἀττικὴν χρῆσιν, ἄλλοις δὲ καλεῖται δόρυ, ὅ ἐστι λόγχη· παρετέθη δὲ ταῖς τῆς θείας γραφῆς λέξεσι, ταῖς παρὰ τοῖς οβ. ἑρμηνευταῖς κειμέναις, παρὰ δὲ τοῖς περὶ Ἀκύλαν καὶ Σύμμαχον μὴ ἐμφερομέναις. ἀφ' ἑαυτῶν γὰρ οἱ οβ ἑρμηνευταὶ ταύτας τὰς λέξεις προστεθείκασι, οὐκ εἰς μάτην, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς ὠφέλειαν. *Obelus hic est, qui ascriptus cernitur — ferè scribitur instar lineæ, ut vocatur. Obelus autem appellatur ex usu attico: ab aliis vocatur hasta, i. e. lancea. Apponitur autem illis Scripturæ S verbis, quæ quidem apud LXXII interpretes, non autem apud Aquilam & Symmachum, reperiuntur. Nam LXXII. interpretes suâ sponte apposuêre, non frustra; sed potiùs ad utilitatem.* Quæ verba posteriora addidit, ad excusandam LXXII. versionem, tàm religiosè sibi de hâc loquendum esse putabant. *Id. Ib. pag.* 535: Ὀβελὸς ξίφος ἐστὶν ἀναιρετικόν. Ἔνθα τοίνυν ἡ λέξις εὑρίσκεται παρὰ μὲν τοῖς οβ. κειμένη, ἐν δὲ τῷ ἑβραϊκῷ μὴ ἀναφερομένη, ἐκ τῆς τοῦ ὀβελοῦ σημειώσεως τοῦ τῇ λέξει παρακειμένου δηλοῦται, ὅτι ἀνῄρηται ὁ λόγος ἀπὸ τοῦ γνησίου τόπου, ἤγουν τοῦ ἐδάφους τῆς γραφῆς, ὡς μὴ ὑπάρχων ἐν τῷ τόπῳ τοῦ βιβλίου. *Obelus est gladius ad interimendũ. ubi igitur dictio reperitur apud LXXII. posita, quæ in hebraico non habetur; ea ex obeli notâ ipsi dictioni appositâ, indicatur, quòd ablatus sit sermo à genuino suo loco, aut scripturæ contextu, ut qui non sit in illo libri loco.* Et *p.* 539. de Origene ait: τὰ προσκείμενα οὐκ ἀφείλετο, εἰδὼς ὅτι αὐτῷ μᾶλλον ἐστι χρεία, ἀλλὰ μετὰ ὀβελῶν, ἔνθα εὗρισκε τῶν ἑρμηνειῶν ἕκαστον, εἴασε. μόνον σημειωσάμενος διὰ τοῦ ὀβελοῦ τὴν περὶ τῆς τοῦ τόπου ἀναγνώσεως εἴδησιν. *Origenes quæ apposita erant, non detraxit; scilicet gnarus, quod ipsis potius esset opus; sed cum obelis, prout singula reperit, reliquit: indicans solùm per obelum, cognitionem lectionis ejus loci.*

Idem, *Eod Lib pag.* 532. de Asterisco: ※ Ὁ Ἀστερίσκος οὗτος ἔνθα παράκειται, σημαίνει, τὸ ἐμφερόμενον ῥῆμα ἐν τῷ ἑβραϊκῷ κεῖσθαι, καὶ ἐμφέρεσθαι παρὰ Ἀκύλᾳ καὶ Συμμάχῳ. σπανίως δὲ καὶ παρὰ Θεοδοτίωνι. *Asteriscus hic adjectus significat; Verbum, quod habetur eo loco, in hebraico positum esse. & haberi apud Aquilam & Symmachum, raro verò etiam apud Theodotionem.* (De hoc postremo aliter Hieronymus.) Rationem hujus signi hanc reddit idem Epiphan. Οἱ λόγοι οἷς παράκειται οἱ ἀστερίσκοι, πεπήγασι μὲν ἐν ταῖς ἑβραϊκαῖς λέξεσιν, ὥσπερ οἱ ἀστέρες ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ· ἐκαλύφθησαν δὲ ὑπὸ τῶν οβ. ἑρμηνείας, ὡς οἱ ἀστέρες ὑπὸ τῶν νεφελῶν καλύπτονται. *Dictiones, quibus appositi sunt asterisci, fixæ quidem sunt in hebraico contextu, velut stellæ in firmamento; occultatæ verò sunt à LXXII interpretatione, velut stellæ à nubibus occultantur.* Hieronymus, *To.* 3. *præf in Job. p.* 25: *Rogo, ut ubicunque præcedentes virgulas videritis, sciatis; ea, quæ subjecta sunt, in hebraicis voluminibus non haberi. Porro ubi stellæ imago præfulserit, ex hebræo in sermone nostro addita sunt.* Et, *præf in Pentat p* 13: *Origenes editioni antiquæ translationem Theodotionis miscuit, asterisco & obelo opus omne distinguens, dum aut elucescere facit, quæ minùs ante fuerant, aut superflua quæq; jugulat & confodit, maximè quæ Evangelistarum & Apostolorum auctoritas promulgavit.* Vid. *Ib. præf. in paral. p* 20. Et *epist. ad Fretelam & Sunniam, p* 81, apertissimè: *Ubi quid minùs habetur in Græco ab hebraicâ veritate, Origenes de translatione Theodotionis addidit, & signum posuit* Asteriscum, *id est Stellam, quæ, quod priùs absconditum videbatur, illuminet, & in medium proferat. Ubi autem, quod in hebræo non est, in græcis Codicibus invenitur,* ὀβελὸν, *id est, jacentem præposuit* virgulam, *quam nos Latinè* Veru *possumus dicere: quò ostenditur, jugulandum esse, & confodiendum, quod in authenticis Libris non invenitur, quæ Signa & in Græcorum Latinorumq; Poematibus inve-*

nnn

inveniuntur. Similia his legas Ejusd. *Tom.* 2. *Ep. ad Augustinum, p.* 343. & passim. Nec non apud Augustinum, *de Civ. Dei l.* 18. *c.* 43. & Isidorum, *Orig l.* 1. *c.* 20.

Rationem hanc emendandi didicit Origenes à Platonicis. Platonis enim opera his aliisque signis erant distincta. De quo Diog. Laërtius, *l.* 3. *in Platone, p.* 226. De *Obelis*, quibus Homeri opera notabantur, vid Hesychium, *in voce* ὀβελὸς. De *Asteriscis*, Eustathii παρεκβολὰς, *in Iliad E.*

Ibid. lin. 37. περὶ τῆς ἐξόδου] Venerab. Usserius, *c.* 2. *Syntagm. de LXX. Interp. p.* 11. observat hunc locum, & annotat: *Videatur caput Exodi* 36. *cum tribus sequentibus: in quibus tanta est rerum omnium in Aldinâ atque Romanâ editione transpositio & perturbatio, ut Graecorum cum hebraicis commoda ulla vix possit institui collatio.* Verissima esse magni Viri verba, αὐτοψία declarat. Conatus sum in ordinem confusa redigere; sed forsitan patùm felici successu. Attamen, ut Lectori φιλομαθεῖ gustum demus, quae observare datum est, lubenter apponamus. Editio Aldina numerat in Exodo tantùm XXXVII. Capita, & in Caput XXXVI. omnem illam perturbationem concludit: planè tamen similis est Romanae, quae in hoc tantùm differt, quòd in Quatuor Capita (ad imitationem hebraei textûs) verba dividat. Mirâ autem licentiâ usus est auctor hujus confusionis, dum plurima omittit, pleraque transponit, quae affert, mutilat, & sensus penitus turbat. Indicabo igitur sedem è textu Hebraico, unde verba Capitum editionis Romanae desumta sunt.

Capitis XXXVI. versus septem priores concordant cum Hebraeis: reliqua, ad finem usque, transposita sunt ex c. XXXIX. à v. 1. usque ad versum 31. inclusivè: mutilato tantùm versu 3.

Caput XXXVII. intricatius est: ejus initium petitur ex c. XXXVI Hebr. vers. 8. ex parte truncato, & v. 9: pòst, omissis 25. versibus, saltum facit ad v. 35. ejusd. Cap. 36. subjungens vers. 36. 37. 38. mox assuit ex c. XXXVIII. v. 9. 10. 11. & 12. (hos duos mutilat) 13. 14. usque ad 23. inclusivè.

Caput XXXVIII. mirè est corrasum ex Cap. XXXVII. vers. 1. 2. (qui truncantur) 3. 4. omittitur: 5. ex parte adducitur, cum 6. & 7: Deinde sequitur v. 8 9. 10. rursus omittuntur v. 11. & 12. subjungitur vers. 13. 14. & 15. ex parte, 16. 17. 18. 19. 22. 23. Inde saltat ad Cap. XXXVI. v. 34. 12. 13. 18. 38. his quatuor mutilatis. Mox transit ad Cap. XXXVIII. vers. 20. 1. & 2. truncatis, 3. 4. 5. Post ad Cap. XXXVII. vers. 29. Rursus ad Cap. XXXVIII. v. 8. Tandem ad Cap. XXX. vers. 19.

Caput XXXIX. ex similibus laciniis est consutum. Petuntur enim verba ex Cap. XXXVIII. vers. 24. 25. & seqq. ad 31. usque. Inde transit ad Cap. XXXIX v. 32. mox assuit nonnulla. postea è v. 41. 33. 35. 38. 37. 36. 41. 40. 34. 42. 43. verba tàm mutila & perverso ordine adducit, ut divinandum sit, quorsum tendant. Mirare nunc Lector, Ab Origene, (cujus *scientiam Scripturarum etiam cum invidiâ nominis* sibi optavit Hieronymus) talibus argumentis Africanum impetitum esse.

Pag. 227. *lin.* 5. ὥρα τοίνυν] Leo Castrius interrogativè haec transfert; *Videtur'ne tibi abrogare libros in omni Ecclesiâ Catholicâ receptos? & cavere legibus ut fratres omnes ubique terrarum receptos apud se in suis Ecclesiis libros abrogent? Judaeis ne adulabimur? ut ab illis eblandiamur libros castigatos & quàm emendatissimos, qui nihil haberent commenticium & fictitium?* Ego nullum interrogationis vestigium deprehendi hucusque.

Ibid. lin. 8. τῇ ἀδελφότητι] ἀδελφότης Latinè dicitur *fraternitas.* Hieronymus, *Tom.* 3. *epistolâ ad Paulinum, p.* 197. *Omnis pene fraternitas de Urbe eadem postulavit.* Latiore sensu omnes Christianos significat: ut hic Origenes, secutus S. Petrum, 1. Pet. II, 17. & V. 9. Sed aevo sequiori *Monachorum sodalitia* speciali appellatione dicta sunt ἀδελφότητες. Vide Zonarae *Expos. can.* 21. *Concil.* 7. *pag.* 235. Item, Episcopi se invicem hoc nomine honorabant: *Vestra Fraternitas,* ἡ ἀδελφότης ἡμῶν. Idque saepè occurrit *in epistolis* Gregorii Magni Papae, & Nicephori Patriarchae CP. *ad Leonem Papam.* Distinguitur autem ἀδελφότης ab ἀδελφοσύνῃ. hoc enim posteriore vocabulo indigetantur ἀγάπαι & συνκτήρια, *convivia* Christianorum, pietatis & affectûs fraterni demonstrandi causâ in Ecclesiis habita: te-

ta: teste Balsamone, *in Expos. Can.* 11. *Conc. Gangr. pag.* 804. Debent autem ista Nomina suam originem piæ illi veterum consuetudini, quâ *Fratres* & *Sorores* se invicem salutabant: & propterea incestûs à Paganis insimulabantur. Sed respondet eis Athenagoras, *Leg. pro Christ. p.* 41: Καθ' ἡλικίαν οὓς μὲν υἱοὺς καὶ θυγατέρας νοοῦμεν, τοὺς δὲ ἀδελφοὺς ἔχομεν καὶ ἀδελφάς, καὶ τοῖς προβεβηκόσι τὴν τῶν πατέρων καὶ μητέρων τιμὴν ἀπονέμομεν. *Aetatis habitâ ratione alios filios & filias vocamus, alios pro fratribus & sororibus habemus, & provectioribus patrum & matrum honorem exhibemus.* tamque seriò vitabant suspicionem omnis luxuriæ, ut osculum charitatis non liceret bis inferre. Vid. Tertull. *Apol. advers. gentes c.* 39. *pag.* 35.

Ibid. l. 8. 9. ἀποβιάζομαι τὰς παρ' αὐτοῖς ἐπιφερομένας ἱερὰς βίβλους, κολακεύειν δὲ Ἰουδαίους, καὶ τ. ἑ.] Aut Origenes seipsum nescivit, dum hæc scriberet; aut ex modestâ quâdam συγκαταβάσει (nisi timorem appellare malimus) hæc scripsisse videtur: nempe, quòd metuerit imperitæ plebis scandalum propter rejecta hæc additamenta, quasi Codices in Ecclesiâ usitati essent corrupti, & nobis ab incredulis Judæis meliores restituendi. Quæ est ipsissima objectio Ruffini, quam ex hoc loco depromsisse videtur. *L.* 2. *invectivarũ in Hieronymum, p.* 230: *Quomodo ergo*, inquit ille, *isti, qui præcipiebant discipulis, ut attenderent lectioni, emendatas eis & veras non dabant lectiones? & qui præcipiunt, ne attendamus Judaicis fabulis & genealogiis, quæ quæstiones magis præstant, quàm ædificationem, & iterum cavere nos jubent & observare maximè eos, qui ex circumcisione sunt; quomodo non prævidebant per spiritum, quòd futurum esset tempus post quadringentos ferè annos, quando Ecclesia cognito eo, quod ab Apostolis non sibi esset tradita veritas V.T. legatos mitteret ad istos, quos illi tunc Circumcisionem vocabant, obsecrans & exorans, ut sibi de veritate, quæ apud ipsos est, aliquid largirentur?* Addit tamen Ruffinus, pro suâ liberalitate, *traditionem Ecclesiæ*: quam, ipso prudentior, Origenes omninò tacuit. nôrat enim, in Codicibus græcis pleraque, hæreticorum perversitate, vel desidiâ descriptorum, addita vel corrupta esse, de quorum emendatione immenso labore desudabat. Respondeat igitur Origenes sibi ipsi: & Hieronymus, fortissimus veritatis Hebrææ propugnator, Ruffino. Orig *l.* 3. *cont. Celsum, p.* 114: πῶς οὖν ὄνου σκιᾶς πρὸς ἀλλήλους ζητοῦσιν Ἰουδαῖοι καὶ Χριστιανοί, ἐξετάζοντες ἀπὸ τῶν προφητῶν, αἷς κοινῇ πεπιστεύκασι; *Quomodo videri possunt de asini umbrâ Judæi cum Christianis contendere, inquirentes ex Prophetis, quibus utrique ex æquo credunt?* &c: Idem, *l.* 4. *cont. Cels. p.* 223: Οὐ λέγω ἡμῶν Χριστιανῶν, ἢ τῶν ταῖς αὐταῖς ἡμῖν γραφαῖς χρωμένων Ἰουδαίων. *Diviniores non dico nobis Christianis vel Judæis, qui eisdem nobiscum Scripturis utuntur: sed* &c. Vid. etiam *l.* 5. *cont. Cels. p.* 271. At, Quibus, quæso, utuntur Judæi Scripturis? Nunquid hebræis? Ergo hebræis Scripturis æquè credimus ac Judæi. Hebræa certè laudat Origenes, eorumque stylum versioni præfert rudiori, *l.* 7. *cont. Cels. p.* 371: καίτοιγε ἡ πρώτη Ἰουδαίων λέξις, ᾗ οἱ προφῆται χρησάμενοι καταλελοίπασιν ἡμῖν βιβλία, ἑβραίων διαλέκτῳ καὶ σοφῇ συνθέσει τῶν ἐν τῇ διαλέκτῳ κατ' ἐκείνους ἀναγέγραπται. *Equidem prima Judæorum dictio, quâ Prophetæ usi sunt in conscribendis Biblus, Hebrææ dialecto & accuratâ compositione juxta linguam propriam conscripta fuit.* Idem, *l.* 5. *cont. Cels. p.* 263: τὰ κοινὰ τῶν ἀντιγράφων, *exemplaria vulgaria* discrepare, notat, ab Hebræis Codicibus: Exod IV, 24 & vulgatam versionem græcam: Ἔστη τὸ αἷμα τῆς περιτομῆς τοῦ παιδίου μου, *Stetit sanguis circumcisionis pueri mei*: corrigit secundùm Hebræum textum, qui habeat: Νυμφίος αἱμάτων σύ μοι. *Sponsus sanguinum tu mihi.* Idem, *Tom.* 1. *hom.* 13. *in Ezech. p.* 659: *Secundùm numerum angelorum Dei, sive* ut melius habet, *secundùm numerum filiorum Israel.* En! meliùs habet secundùm hebræos, quàm in Versione LXX. Idem, *hom.* 15. *in Jer pag.* 148. *edit. Huet.* Δεῖ εἰδέναι, ὅτι τὰ πλεῖστα τῶν ἀντιγράφων τῆς ἐκδόσεως τῶν ο. οὐκ εἶχεν οὕτως· ὕστερον δὲ ἐπισκεψάμενος καὶ τὰς λοιπὰς ἐκδόσεις, ἔγνωμεν γραφικὸν εἶναι ἁμάρτημα, agit de loco Jer. XV, 10. *Nosse oportet, plurima exemplaria editionis LXX. non sic habere: postea verò consideratis etiam reliquis editionibus, invenimus, esse errorem in scripturâ.* Sic errant LXX: Hebræa melius habent: *Christiani æquè credunt scripturis hebraicis ac Judæi.* Quid inde? ergo'ne turpe

 fuerit,

fuerit, *à Judæis emendatores petere* Libros, errata recognoscere, versiones vitiatas corrigere? Minimè gentium.

Hieronymus verò totum nobis pandet mysterium, *To. 3. præf. quæst. hebr. in Genes. p. 201: Origenes cùm in homiliis suis, quas ad vulgum loquitur, communem editionem sequatur; in Tomis, id est, in disputatione majori, Hebraicâ veritate stipatus, & suorum circumdatus agminibus, interdum linguæ peregrinæ quærit auxilia.* En timidum Origenem! errantem sequitur *versionem vulgatam* coram populo, ac defendit eam hactenus præsenti epistolâ: uni quidem inscriptâ, sed statim omnibus publicatâ: verùm ubi vel solus est, vel cum doctioribus & eruditis versatur; corrigit, emendat, Hebræa præfert; adeoque aliàs destruit, quod aliàs ædificat. Excusari tamen meretur, quòd imperitioribus sive infirmioribus (Heb. V, 13.) parcere maluerit; non sine sanctissimorum virorum exemplo. Hieron *To. 3. qu hebr. in Genes. pag. 225.* notat Stephanum è versione LXX. commemorare: LXXV. *animas ingressas Ægyptum*, licèt reverà tantùm LXX. fuerint. *Facilis*, inquit, *excusatio est. Non enim debuit S. Lucas, qui ipsius historiæ scriptor est, in Gentes Actuum Apostolorum volumen emittens, contrarium aliquid scribere adversus eam Scripturam, quæ jam Gentibus fuerat divulgata.* Satis ex & de Origene.

Audiendus nunc de suo Hieronymus, *T. 3. Præf in Paral p. 19:* Christi & Apostolorum exemplo fortissimè se tuetur. *Scripsi nuper, ait, Librum de optimo genere interpretandi: ostendens, illa de Evangelio,* Ex Ægypto vocavi filium meum: *&*, quoniam Nazaræus vocabitur: *&*, Videbunt in quem compunxerunt: *& illud Apostoli*, Quæ oculus non vidit, &c. *cæteraq; his similia, in hebræorum libris inveniri. Certè Apostoli & Evangelistæ LXX. Interpretes noverant: & unde eis hæc, quæ in LXX. Interpretibus non habentur?* pp *Utiq; scriptum est, quod Salvator scriptum esse testatur* Ubi scriptum est? *LXX. non habent: Apocrypha nescit, Ecclesia: ad Hebræos igitur revertendum est, unde & Dominus loquitur, & Discipuli exempla præsumunt.* Vid. *lib de opt. gen. interp. To. 2. oper. p.* 3*4*8. 368. Dein: ubique ad Origenem provocat, qui ex fontibus Hebræis Versionem LXX. correxerit, & ex aliis editionibus suppleverit. Vid. *Præf. in Pentateuchum, p. 13.* & *in Esdram, p. 21.* & *Præf. in Job. p. 23.* Item, ad Clementem, Eusebium, alios, qui sæpè hebræos consuluére, *Apol. 1. adv. Ruffinum, p. 201.* Porrò: Innumeris vicibus idem Hieronymus erroris convincit illos LXX: eosdem passim emendat; imò Aquilam & Symmachum eis præfert. Legantur ejus *Quæst. hebraicæ in Genesin*: & res ipsa patebit. Inde urget exemplarium differentiam & dissonantiam. *To 3. Præf in Josuam, p. 15: Cùm apud Latinos tot sint exemplaria, quot Codices & unusquisque pro arbitrio suo vel addiderit vel subtraxerit, quod ei visum est; & utiq; non possit verum esse quod dissonat.* De LXX. *editione vulgatâ* quàm variè corrupta fuerit, suprà ex Hieron. demonstravimus.

Insuper provocat ad praxin Ecclesiæ, quæ Danielis versionem à Theodotione adornatam, quod perfectior visa fuerit, loco LXX. versionis imperfectæ, susceperit. *Vid. Notas ad p. 224. lin. 35.*

Ruffini argumentum antè recitatum solidè retorquet in auctorem, *Apolog. adv. Ruff. p. 241: Tu Latinas scripturas de Græco emendabis, & aliud Ecclesiis trades legendum, quam quod semel ab Apostolis susceperunt: Mihi non licebit, post LXX. editionem, ad confutandos Judæos, etiam ipsa exemplaria vertere, quæ ipsi verissima esse confitentur; ut, si quando adversum eos Christianis disputatio est, non habeant subterfugiendi diverticula, sed suomet potissimùm mucrone feriantur.* Deinde, negat consequentiam: scil. si ex hebræo Codices emendentur, ideò LXX. esse rejiciendos: imò eos vult retineri, seque ipsum illos enarrare profitetur. *To. 3. epist ad Fretelam & Sunium, pag. 87: Sciendum, quid hebraica veritas habeat. Hoc enim, quod LXX Interpretes transtulerunt, propter vetustatem in Ecclesiâ decantandum est, & illud ab eruditis sciendum propter notitiam Scripturarum.* Vid. *Præfat. in Pentat p. 14.*

Eadem mens est Cassiodoro, *Lib. 1. div. lect. c. 15. pag 891: Si tamen aliæ verba reperiuntur absurdè posita, corrigantur è codicibus Hieronymi; aut, sicut B. Augustinus ait, recurratur ad Græcum Pandecten, qui omnem*

omnem Legem divinam dignoscitur continere collectam; vel, quibus possibile fuerit Hebræam scripturam, vel ejus Doctores requirere, non detrectent. Decet enim unde ad nos venit salutaris translatio, inde iterum redeat decora correctio. Hinc laudibus extollit Hieronymi versionem, quòd ex fonte Hebræo traducta sit: *eod L. c. 11.* & 21. Et Rabanus Maurus, *L. 2. Instit. Cleric c. 54: ideò ejus editione uti Ecclesias*, ait, *Quòd veracior sit in sententiis, & clarior in verbis.* Quare veracior? an'non quia versa ex hebræo? Vid. Isidorum, *Orig l. 6. c. 4. p. 957.* Neque hoc ad opprobrium Christianorum magis facit, quàm Judæorum. Sic enim Augustinus, *To 8. enarr. Ps. 56. p. 559: In quali ergo opprobrio sunt Judæi? Codicem portat Judæus, unde credat Christianus. Librarij nostri facti sunt: quomodo solent servi post dominos Codices ferre, ut illi portando deficiant, isti legendo proficiant In tale opprobrium dati sunt Judæi.* Ità ex eodem Venerab. Beda, *To 8 Comm. in Psal. 56. p. 729, Hoc etiam ad opprobrium* (Judæorum) *pertinet, quod Capsarij, id est, librarij nostri facti sunt: quia portant nobis libros suos, sicut solent servi post Dominos: ipsi enim deficiunt portantes, Christiani proficiunt legentes. Et similes cæco, qui lucidissimum speculum portaret, in quo imago sua aliis & non sibi eluceret: quia ipsi portant libros, in quibus vultus eorum, scil. quid eis promissum fuisset, nobis elucet, eis verò non apparet.*

Ibid lin 14 ἄρα ᾗ κὴ ὁ σώζοιτο) Si *Providentiam Dei* accusari putavit Origenes, cùm statuitur; errores aliquos in Versionem vulgatam, & ab Ecclesiis receptam, irrepsisse: quid respondebit sibi ipsi, infrà *pag 235* asserenti: οὐδὲν ἄτοπον ἦν, γεγονέναι μὲν τὴν ἱστορίαν, κὴ γεγράφθαι μὲν ὑπὸ τοῦ Πνεύματος, ὑπεξῃρῆσθαι δὲ ὑπὸ τῶν ἀρχόντων Σοδόμων. *Nihil absurdi est verè contigisse Susannæ historiam: & scriptam quidem esse Spiritûs S. Providentia. sed sublatam esse a Principibus Sodomorum?* Si nòn fit absurdum, tolli penitus historiam aliquam sacram: multò minùs erit, Alicubi errores irrepere. Dein Providentia divina satis prospexit Ecclesiæ, per dona linguarum. Cur enim Origenem & Hieronymum excitavit olim, ac Patrum nostrorũ memoriâ, Viros hebraicè, græcè, quin propè totius Orientis & Occidentis linguarum peritos; nisi, ut erroribus obviam iretur, & Veritas è purioribus fontibus magis declararetur?

Ibid. lin. 25. ταῦτα δέ φημι, οὐχὶ ὄκνῳ] Leo Castrius: *Et hæc dico, Christum qui legem tulit etiam veterem, ita cavisse non ut vocaret nos ad desidiam, & avocaret nos ab scrutandis scripturis, qui & ipse auctor est, ut scrutemur scripturas, & nostros libros cum Hebræis conferamus, & expendamus singula quæ consentiant, quæ discrepent, quæ absit verbo invidia) fecisse me pro viribus partes puto.* Videtur illud οὐ χὶ legisse οὐ Χριστὸς: & sic ad hanc paraphrasin delapsus esse. Certè noster Codex nil tale habet. Dele unicum ς finale, & conjunge οὐχὶ, habebis integram & sanam sententiam.

Ibid lin. 34. οὐ μὴν παραχαράττειν] Leo Castrius hæc ità vertit: *Non enim fuit consilium cudere quidquam quod discreparet ab scriptura in Ecclesiâ Catholicâ receptâ, neque volui ansam dare iis qui quærunt occasiones, ut res receptissimas cavillentur & communem sententiam Catholicæ Ecclesiæ damnent.* Quorum minimam partem Codex noster habet Est autem παραχαράττειν, *falsos nummos signare* vel *cudere, adulterare nummos*, Greg. Nazianz. ad Scripturam S. transtulit, & παραχαράττειν τὸ τῆς γραφῆς, pro *adulterare*, i.e. corrumpere *SS. literas*, dixit *To. 1. Orat. 1. de Fil. p. m 564.* Cæterùm, his verbis rationem reddit Origenes, cur nil deleverit in LXX. versione. Augustinus, *l. 18 de Civ Dei c. 43. To. 5. p. 1108: Nonnulli, Codices græcos interpretationis LXX. ex Hebræis codicibus emendandos, putârunt; nec tamen ausi sunt detrahere, quod Hebræi non habebant & LXX. posuerunt.* pp. *illa ad capita versuum jacentibus virgulis, sicut scribuntur Unciæ signaverunt, & multi Codices græci has notas habentes usquequaque diffusi sunt, & Latini.* Narrat verò idem Augustinus, *ep ad Hieron To. 2. oper Hieron. p. 363.* seditionem excitâsse alicubi plebem, quum in Hieronymi versione apud Jonam *hederam* pro *cucurbitâ* poni audivisset Et Ruffinus ita criminatur Hieron. *l. 2. invect. pag. 220: Quis præsumserit, Sacras S. Spiritûs voces & divina volumina temerare?* Sed contempsit illa magno animo Vir sanctus,

l. 2. adv. Ruffinum. p. 228: Qui Scriptura hebraica Veritatem non vult recipere, audiat liberè proclamantem: Nemo cogitur legere quod non vult: Ego petentibus scripsi, non fastidiosis. Videtur tamen alicubi multitudini cessisse: *Tom. 3. præf. in Dani.* ubi de Additionibus loquitur Susannæ, Belis & Draconis: *Quas nos, quia in toto orbe dispersa sunt, veru anteposito, easq; jugulante, subjecimus; ne videremur APUD IMPERITOS, magnam partem voluminis detruncasse.*

Pag. 228. lin. 4. ἵνα παρ' Ἰουδαίοις διαλεγόμενοι] Cur correxerit versionem vulgatam, indicat Origenes. Epiphan *de pond. & mens. p. 533:* Ὠριγένης μετὰ ταῦτα ἐλθὼν ἀποκατέστησε τῷ ἑκάστῳ τόπῳ τὸν ἐλλείποντα λόγον. παρέθετο δὲ αὐτῷ τὸν ἀστερίσκον, οὐχ ὡς χρεία ὥστε τὰ πάντως ζητεῖσθαι τὸν λόγον (περιττὸν γάρ ἐστιν) ἀλλ' ἵνα μὴ παρείχῃ Ἰουδαίοις καὶ Σαμαρείταις ἐπιλαμβάνεσθαι τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις Ἐκκλησίαις θείων γραφῶν, μηδενὸς ἐπιληψίμου πράγματος ὑπάρχοντος κατὰ τῆς πίστεως ἐν τοῖς ἀπεστερημένοις λόγοις. *Cùm Origenes postea venisset, restituit quidem unicuique loco deficientem dictionem; apposuit autem ipsi asteriscum: non, quòd necesse esset, requiri omninò dictionem (superflua enim est) sed, ut ne permitteret Judæis & Samaritanis, reprehendere divinas scripturas in sanctis Ecclesiis; cùm nulla res sit reprehensione digna contra fidem, in deficientibus dictionibus.* Ruffinus, *l. 2. adv. Hieronymum, p. 230: Apostata quidem & Judæi interpretati sunt ea, quorum lectione Judæi maximè utuntur: Et qui frequenter, si disputatio accidisset, vel immutata esse aliquanta, vel deesse vel abundare in nostris scripturis mentiebantur: voluit Origenes nostris ostendere, qualis apud Judæos Scripturarum lectio teneretur, & in propriis paginis vel columellis editiones eorum singulas quasque descripsit; & ea, quæ apud illos sunt addita vel decerpta, certis quibusq; signis additis, ad versiculorum capita designavit, & in alieno non suo opere suas tantummodò notas fixit; ut sciremus, non quid nobis, sed quid Judæis adversum nos certantibus, aut deesse aut abundare videtur.* Hic iterum addit Ruffinus, quod nullibi dixit Origenes, quòd per signa significetur, *non quid nobis desit.* Hoc loco quidem Origenes alterum tantùm membrum ponit, quia in rem suam faciebat: alibi tamen, ubi liberior est, satis superque docet; se non tantùm propter Judæos, sed & propter Ecclesiam, hoc operis insumsisse. Quasi verò non nobis quæ sunt in Hebræo, sed tantùm Judæis scripta essent. Verùm talia extorsit Ruffino summa veneratio vulgatæ versionis, & profunda linguæ sacræ ignorantia. Itaque Hieronymus nobis explicet, Cui bono Scriptura S. signis distincta, & cum reliquis editionibus collata fuerit? *To. 3. præf. in Esdram, p. 21: Non imitantur Græcorum studium ac benevolentiam, qui post LXX translatores, jam Christi Evangelio coruscante, Judæos & Hebionitas Legis Veteris interpretes, Aquilam videlicet & Symmachum & Theodotionem, & curiosè legunt, & per Origenis laborem in hexaplis ECCLESIIS DEDICARUNT.*

Ibid lin. 14. γελάσονται τὴν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν πιστευόντων] Hieron. *To. 3. præf. in Jos. pag. 15: Dolent Judæi, quòd calumniandi eis & irridendi Christianos sit ablata occasio.* Ibid. *præf. in Esaj p. 26: Deus, qui scit, me ob hoc in peregrina lingua eruditione sudâsse, ne Judæi de falsitate Scripturarum Ecclesiis ejus diutius insultarent.*

Ibid lin. 31. ἐγὼ δὲ ἔτι ἀμφιβάλλω] *Dubitat* Origenes, & nescit quid respondendum sit ad argumentum Africani de lusu verborum, ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι. Dubitant cum eo multi, & hariolantur adhuc hodie, ut nomina hebræa ejusdem toni producant: sed respondet illis Hieronymus, *To 5. pag. 608. Comm. in c. 13. Daniel. Quia Hebræi reprobant historiam Susannæ, dicentes eam in Danielis volumine non haberi: debemus diligenter inquirere Nomina σχῖνον καὶ πρῖνον (quæ latini* ilicem & lentiscum *interpretantur) si sint apud hebræos & quam habeant etymologiam, ut à σχίνῳ* scissio, *& à πρίνῳ* sectio *sive* sertatio, *dicatur linguâ eorum. Quod si non fuerit inventum!* necessitate cogemur, *& nos eorum acquiescere sententiæ, qui græci tantùm sermonis hanc volunt esse περικοπήν, quæ græcam habeat tantùm etymologiam & hebraicam non habeat. quod si quis ostenderit, duarum istarum arborum Scissionis & Sectionis in hebræo stare etymologiam, tunc poterimus etiam hanc scripturam*

ram recipere. Imò cùm hæc verba sint Origenis, *è decimo libro Stromatum ejus* ab Hieronymo descripta; uti paulò antè disertè docet; satis clarum est, Origenem in *responso ad Africanum*, tantùm defendisse Susannam ex hypothesi, *si in hebræo haberetur.* Quæ cùm, vel ipso id agnoscente, nulla sit; quicquid huic machinæ superstructum est, per se corruit.

Pag. 229. lin. 7. φίλη γὰρ ἡ ἀλήθεια] Adagium satis usupatum Origeni. *L. 1. contr. Cels. p. 11.* & *l. 3. p. 120.* Leo Castrius vix attigit sensum verborum, dum vertit: *Et quod dicendum est verum, has arbores commonstrare non potui.*

Ibid. lin. 16. καὶ ἔλεγε, usque ad ζητεῖσθαι] Hęc non tangit in suâ versione Castrius, sed planè omittit.

Ibid. lin. 25. ἀπὸ ἑβραίων, οἷς συνέμιξα] Frequens erat Origenis cum Judæis conversatio. Huillus vocabatur ejus in Hebræo præceptor. Hieron. *apolog. 1. adv. Ruffinum, p. 201.* Alias cum Judæis disputationes & certamina, vide *l. 1. cont. Cels. p. 34* & *42*: & *l. 2. p. 76.* &c.

Ibid. lin. 38. τῶν πρεσβυτέρων ὀνόματα, ὡς παρὰ τῷ Ἱερεμίᾳ κεῖνται] Hos Susannæ condemnatores fuisse Achab & Sedekiam, è Jeremiâ cap. 29 v. 17. commemoratos, scribit etiam Hieronymus, non uno loco, ex traditione Hebræorum, *Comm. in c. 13. Danielis, p. 606: Referebat Hebræus, istos esse Achab & Sedekiam, de quibus scribit Hieremias*: Faciat te Dominus sicut Achab & Sedechiam, quos frixit Rex Babylonis in igne propter iniquitatem quam fecerant in Israël, & adulterârant uxores civium suorum. & *p. 609: Suprà diximus secundum Hieremiam, quòd ipsi essent presbyteri Ahab & Sedechias; nisi forte hoc quod scriptum est*, interfecerunt eos, *sic interpretemur pro eo quod est, Regi Babylonis occidendos tradiderunt. Sicut & nos dicimus, quòd Judas interfecerint Salvatorem; non quòd ipsi percusserint, sed quòd tradiderint occidendum*, & *succlamantes dixerint*: Crucifige, crucifige eum. Verùm mortis genus diversissimum, & circumstantiæ reliquæ exactè descriptæ, hanc ἐξήγησιν è Stromatis Origenis, ni fallor, deprompiam neutiquam patitur. Chr. Schotanus, *Biblioth. Hist. V. Test. To. 2. p. 1072: Achab & Sedekiam Presbyteros fuisse, quis credat, si Jeremiæ verba intueatur? Pseudoprophetæ fuerunt: qui, cùm ad populum quasi in Dei nomine officio fungerentur, Seniores esse non potuerunt.* deinde: *Mortui sunt secundùm Legem Moysis, & quidem a populo Judaico: si occisi lapidatione à Judæis, à Nebucadnezare assari non potuerunt. At, inquiunt, non poterant damnari à Judæis. Mentitur igitur Scriptor fabulæ. 3. Nabuchodonosor, non punuit, ut accusatos à Judæis, & adulteros; sed ut rebelles, qui falsis vaticiniis populum concitabant.*

Pag. 230. lin. 17. ὁ Κύριος ἐλθὼν διχοτομήσει] Origenes, *tract. 31. in Matth To. 2. p. 158: Ut autem timeamus illum, quod dicit*, Dividet eum, *convenit recordari ea, quæ à Daniele sunt dicta contra Presbyteros malos*: Quoniam Angelus Domini habens gladium, scindet te medium: *Scindens autem dividet.* Addit: *Usi sumus in hoc loco Danielis exemplo, non ignorantes quoniam in Hebræo positum non est, sed quoniam in Ecclesiis tenetur: alterius autem temporis est requirere de hujusmodi.*

Ibid. lin. 23. ἄγγελοι ἐπὶ τῶν κολάσεων διατεταγμένοι] Origenes, *L. 8. cont. Cels. pag. 401*: Οὐ βλάπτουσιν οἱ ἀληθῶς σατράπαι, καὶ ὕπαρχοι καὶ στρατηγοὶ, καὶ ἐπίτροποι τοῦ Θεοῦ ἄγγελοι τοὺς ὑβρίζοντας· εἰ δέ τινες βλάπτουσι δαίμονες, οὓς ἐφαντάσθη ὁ Κέλσος, βλάπτουσιν ὡς φαῦλοι, καὶ μηδεμίαν σατραπείαν ἢ στρατηγίαν, ἢ ἐπιτροπὴν Θεοῦ ἐγκεχειρισμένοι, καὶ βλάπτουσι τοὺς ὑποκειμένους αὐτοῖς καὶ ὑποτάξαντας ἑαυτοὺς ὡς δεσπόταις ἐκείνοις. *Veri Satrapæ, Præsides, Duces, Procuratoresque Dei Angeli, non lædunt contumeliosos homines, quos, si lædunt, sunt ex numero malorum illorum, quos etiam Celsus imaginatus est; qui nullam satrapiam procurationemque commissam habent à Deo: Lædunt autem sibi obnoxios, qui se illis ultrò submiserunt tanquam Dominis.*

Ibid. lin. 34. οἶδα ἑβραίων περὶ τῶν πρεσβυτέρων τούτων τοιαῦτας παραδόσεις φέροντα] Hieronymus, *To. 5. Comm. in c. 29 Jerem. p. 356: Aiunt Hebræi, hos esse Presbyteros, qui fecerunt stultitiam in Israël*, & mœchati sunt uxores civium suorum: *quorum uni loquitur Daniel*, Inveterate dierum malorum: & *alteri*, semen Canaan & non Juda, species decepit te, & concupiscentia subvertit cor tuum: sic faciebatis filiabus Israël, & illæ metuen-

metuentes loquebantur vobiscum: Sed non filia Judæ sustinuit iniquitatem vestram. *Quodq; Propheta nunc loquitur*, Et locuti sunt verbum in nomine meo *mendaciter*, quod non mandavi eis: *illud significari putant, quòd miseras mulierculas, quæ circumferuntur omni vento doctrinæ, sic deceperint, quod dicerent eis, quia de tribu erant Juda, Christum de suo semine esse generandum: quæ illectæ cupidine præbebant corpora sua, quasi matres futuræ Christi. Sed illud, quod in præsentiarum dicitur*: Quos frixit Rex Babylonis in igne: *videtur Danielis historiæ contraire. Ille enim asserit, eos ad sententiam Danielis à populo esse lapidatos: hic vero scriptum est, quòd frixerit eos Rex Babylonis in igne. Unde & à plerisq; ac penè omnibus hebræis, ipsa quasi FABULA non recipitur, nec legitur in Synagogis eorum. Qui enim, inquiunt, fieri poterat; ut captivi, lapidandi Principes & Prophetas suos, haberent potestatem? & magis hoc esse verum affirmant, quod scribit Hieremias, Convictos quidem esse Presbyteros à Daniele; sed latam in eos sententiam à Rege Babylonis: qui in captivos, ut Victor & Dominus, habebat imperium.* § Gemara Sanhedrin, ex versione *Doctissimi Coccejs*, *p.*321: Traditionem hanc paulò aliter refert: *Quid admiserunt? Aggressi sunt filiam regis: nunc Achabus; jubet, inquit, te Dominus obsecundare Zedechiæ: nunc Zedechias, Ità præcipit Dominus, inquit, obtempera Achabo. Illa hæc ad Patrem defert. Is in hæc verba respondet: Deus ipsorum odit scelera. Cùm igitur te accesserint denuò, rejice illos ad me. Eo facto, rogavit eos, Quis ipsos jussisset talia denunciare. Nam, inquit, ego Ananiam, Asariam & Misaelem consului, qui aversati. Illi contra: nobis haud minus atque illis Vatum obtigit dignitas. Si ad illos verbum Domini factum non est, ad nos tamen factum est. Tum rex, Volo, inquit, Vos probare eodem modo ac ipsos probavi. Illi, se binos, eos ternos fuisse obtendere. Jussit tertium eos adsciscere, quem vellent: Illi Jehosuam. Sacerdotem magnum nominant. Ejus enim se securos fore meritis existimabant. Hic cum illis in fornacem injectus est. Isti cremati. Josua vestibus exustis paululùm læsus est: ad quem Rex, Novi, inquit, Justum te esse. Sed qui factum, ut tibi ignis vel minimùm nocere potuerit, cùm in Chananiam & duos socios nihil penitùs valuerit? Solus quippe fui, inquit ille. Sed & Abrahamus solus erat. At improbi cum illo non erant, ut daretur vis flammæ: Mecum autem homines nequam erant, & potestas igni data est.* Confer Zach. 3. 1. 2. Duo his adjice testimonia, à Clarissimo Viro *Joh. Jacobo Buxtorfio*, Hebrææ ling. apud nos Prof. tàm propriis quàm Parentum meritis celeb., benevolè mihi communicata:

R. David Gans *in* צמח דוד *parte* 2. *pag.* 10. *ad annum* 330 *millenarii quarti, edition. Pragensis*; מעשה שושנה בת חלקיהו אשת יהויקים הכהן שרצו שני שופטים לשכב עמה והיא לא רצתה׳ ועללו ותעידו עליה ששכבה עם נער אחד׳ והדיינים רצו לפסוק עליה דין מיתה׳ ודניאל הצילה ברוב חכמתו על ידי חקירה שלא נתכוונו עדותן ככתוב בספר שושנה המקובל להם ולא לנו׳ ומביא קצת המעשה בספר יוחסין דף ק׳לו נעשה בזמן צדקיהו מלך יהודה כדברי היוחסין סביב לשנת ש׳ל:

Historia Susannæ, Filiæ Chilkiæ, Uxoris Jehojakim Sacerdotis: Hujus consuetudinem appetierunt duo Judices, sed frustrà: unde falsum contra ipsam edixerunt testimonium, ac si juveni cuidam copiam sui fecisset, ob quod à judicibus mortis condemnata fuit, illam postea liberavit Sapientissimus Daniel, examinando ità confundens testes, ut ad testimonium ipsorum non attenderetur: sicut scriptum in libro Susannæ, ab illis (Christianis) *recepto per traditionem; non verò à nobis. Partem etiam hujus Historiæ refert auctor libri Juchasin, p.*136. *Factum autem hoc est tempore Tzedekiæ Regis Jehudæ, juxta verba Juchasin ad annum* 330.

R. Abraham Tzachut, *in opere historico* יוחסין *dicto pag.* 136. *edition. Cracoviens.* נבנית מרשיליא בזמן צדקייהו ובזמנו היתה גם כן שושנה בת חלקיה אשת יהויקים שרצו ב זקנים שופטים לשכב עמה׳ ואם לא שיעלילו עליה ששכבה עם נער אחד והיא לא רצתה ודניאל בחכמתו הצילה על יד חקירה שלא נתכוונו עדותן ואולי

ואולי היתה אחאב בן קוליה וצדקיה בן מעשיה׳

Marsilia extructa est tempore Tzedekia, quo tempore quoque vixit Susanna, Chilkia filia, uxor Jojakim, cujus consuetudinem appetierunt duo Seniores Judices, &c. *duo isti fuerunt fortè Achab Colia filius & Tzidkia filius Maasiah.* In versione Syriacâ alterâ, à Waltono, *Biblior. πολυγλ. Tom.* 4. editâ, de hisce senioribus dicitur: *Tempore eo Principes populi erant Amid & Abid.* Quid fidei adhibere velit istis traditionibus in tantâ diversitate Lector eruditus, ipse apud se decernet. Cæterùm Saliano & Tyrino, cum Origene facientibus, eruditè respondit Cl. Schotanus, *T.*2.*Biblioth.hist.S.p.*1073.

*Pag.*231. *lin* 9. *εἰς ἀπαντωμένην*] L Castrius legisse videtur ἀπαντωμένη, vertit enim: *ut decepta mulier* spe pariendi Christum copiam sui faceret.

Ibid. lin. 29. *ὅτι ὑφῄρηνται τῶν ἀφθαλμῶν, περιειλον δὲ τῇ γνώσει τὸ λαῶ*] Quòd Judæi occultent etiam hodie Libros & Scripta, quibus eorum blasphemiæ continentur, nôrunt omnes. Sed quid hoc ad rem? Origenes *nihil de Scripturis Canonicis Vet. Test. periisse* aperto nos docet testimonio, in prologo Cantici Canticorum: & à Theologis jam dudum evictum est, Judæos ante Christum nil de iis abstulisse, argumento, quòd nec Salvator, nec ejus Discipuli, unquam tale facinus Judæis exprobrârint: imò verò *Custodes Legis, οἷς ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ*, eos vocant: & nos ad diligens *scripturarum scrutinium* exhortantur. Post Christum verò, cùm æquè in Christianorum manibus Scriptura fuerit ac Judæorum; qui potuissent, tàm ingentem libri alicujus Canonici partem abrogare, quin id Ecclesia persentisceret? Et quæso, quidnam continetur in *historiâ Belis*, & *Draconis*, & *Hymno trium puerorum*, quod objici probrosè quivisset contra Presbyteros & Seniores Populi? Utique vel ex his clarissimè apparet, Origenem omnes elabendi rimas quæsivisse: quanquam irrito planè conatu. Nam si Africanus concessisset, è Libris Historicis Ecclesiæ aliquid suppressum: nunquid protinùs non erit *fabula*, quod supprimitur? Etiam apud historicos dantur fabulæ, in opprobrium fictæ. Si qui verò totos *libros è Canone à Judæis* exectos, aut majorem partem, asserunt; viderint, quibus argumentis id probent. Raban. Maur. *de Instit. Clericor l* 2. *c.* 54. de Sapientia Salomonis inquit: *Hoc opus Hebræi, ut quidam sapientum meminit, inter Canonicas scripturas recipiebant; sed, postquam comprehendentes Christum interfecerunt, memorantes in eodem libro tam evidentissima de Christo testimonia,* pp. *Collatione factâ, ne nostri eos pro tam aperto sacrilegio derogarent, à Propheticis eam voluminibus reciderunt.*

Rationibus istis, quibus hic fulcit suam ὑπόνοιαν Origenes, ipse respondet *Prologo in Cant. To.* 1. *p.* 501: *Operosum est & procul ab opere proposito, si velimus nunc inquirere, quam multorum librorum commemoratio fiat in Scripturis divinis, quorum lectio nulla nobis omninò est tradita. Sed neq; apud Judæos haberi quidem usum hujusmodi reperimus lectionum: quæ sive pro eo, quod aliqua supra humanam intelligentiam continebant, placuit Spiritui S. auferri de medio; sive quod essent de Scripturis his, quæ appellantur* Apocryphæ, *Pro eo quòd multa in eis corrupta, & contra fidem veram inveniuntur à majoribus tradita; non placuit eis dare locum, nec admitti ad auctoritatem: supra nos est, pronunciare de talibus. Illud tamen palam est: multa vel ab Apostolis vel ab Evangelistis exempla esse prolata, & Novo Testamento inserta, quæ in his scripturis, quas Canonicas habemus, nunquam legimus; in* Apocryphis *tamen inveniuntur, & evidenter ex ipsis ostenduntur assumta. Sed ne sic quidem locus* Apocryphis *dandus est: non enim transeundi sunt termini quos statuerunt Patres nostri. Potuit enim fieri, ut Apostoli vel Evangelistæ S. Spiritu repleti scierint, quid assumendum esset ex illis scripturis quid ve refutandum; Nobis autem non est absque periculo, aliquid tale præsumere, quibus non est tanta Spiritûs abundantia.* Nihil insuper addo. Si quis tamen Orthodoxorum sententiam & argumenta pleniùs nosse cupiat, adeat *disputationem septimam in Confessionem Helveticam* à Venerando Ecclesiæ Basil. Antistite, LUCA GERNLERO, S. Th. D & Prof meritissimo, ac p. t. hujus Universitatis Rectore Magnifico, editam: ubi solidâ *ἀνασκευῇ S. Canonis integritas* prolixè asseritur. Sed & ante

 secu-

seculum Benedictus Ariâs Montanus Judæos ab illo crimine defendit, quasi Sacros Libros præciderint, aut corruperint. Vid. *Tom. 2. Appar. S.*

Pag. 232. *lin.* 10. Αἱ παραδόσεις λέγουσι πεπρίσθαι Ἡσαΐαν] Origenes, *Tom. in Matth. p.*225. *edit Huetiana*: Καὶ Ἡσαΐας δὲ πεπρίσθαι ὑπὸ τοῦ λαοῦ ἱστόρηται· εἰ δέ τις οὐ προσίεται τὴν ἱστορίαν, διὰ τὸ ἐν τῷ ἀποκρύφῳ Ἡσαΐᾳ αὐτὴν φέρεσθαι, πιστευσάτω τοῖς ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους οὕτω γεγραμμένοις, ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν, ἐπειράσθησαν, τὸ γὰρ ἐπρίσθησαν ἐπὶ τὸν Ἡσαΐαν ἀναφέρεται. ὥσπερ τὸ ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον, ἐπὶ τὸν Ζαχαρίαν, φονευθέντα μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, ὡς ὁ σωτὴρ ἐδίδαξε μαρτυρῶν, ὡς οἶμαι, γραφῇ μὴ φερομένῃ μὲν ἐν τοῖς κοινοῖς καὶ δεδημοσιευμένοις βιβλίοις· εἰκὸς δ' ὅτι ἐν ἀποκρύφοις φερομένῃ. *Esajam vero serrâ dissectum a populo, tradunt historia. Si quis autem his non acquiescat, quia in apocrypho Esajâ habetur; credat iis, qua in epistolâ ad Hebraos sic scripta sunt*: Lapidati sunt, ferrâ dissecti sunt, tentati sunt; *Illud enim*, serrâ dissecti sunt, *ad Esajam refertur: sicut illud*, cæde gladii mortui sunt, *ad Zachariam* inter templum & altare occisum, *sicut Salvator docet; testimonio usus, ut opinor, scriptura, qua in vulgaribus & publicè editis libris non reperitur. Sed in apocryphis, ut probabile est, habetur.* Idem de Esajæ dissectione tradunt cum Origene quoque Hieronymus, *in Esaj. c.*20. & 57. Justinus Martyr, *Dial. cum Tryphone Jud. p.*273. Epiphanius, *de vitis Proph. pag.*421. Theodoretus, *in hypothesi ad Esaj. ab Hæschelio ed. pag.* 74. Dorotheus, *in Synopsi, pag.*669. Oecumenius, *in Comment. ad Hebr.* 11. Prudentius, *hymno* 5 περὶ Στεφάνων. Sulpicius Severus, *epistolâ* 2. Tertullianus, *l. de patient. c.* 14. & *l.* 3. *carmin. adv. Marcion.* Epitome temp. *Euseb adjecta p.*244. Suidas, *in v.* Μανασσῆς. Cedrenus. *in Comp. hist. p.*91. Abulpharajus, *histor. Dynast.* 3. *p.* 43. Primasius, *in Comment. ad Hebr.* 11. Causam martyrii ex fabulosâ Judæorum traditione affert Origenes, *Tom.* 1. *homil.* 1. *in Esaj. p.*555: *Ajunt, ideò Esajam esse sectum a populo, quasi legem prævaricantem & extra Scripturas annunciantem. Scriptura enim dicit*: Nemo videbit faciem meam, & vivet. *Iste vero ait*: Vidi Dominum Sabaoth. *Moyses, ajebant, non vidit, & tu vidisti? & propter hoc eum secuerunt.* Verùm Esajam nec serrâ dissectum, multò minùs serra lignea, vult Gatakerus, *cap.*45. *Advers. S.*

Apocryphus ille *liber*, quo martyrium ejus describi ait Origenes, prout eruditè conjicit Cl. Huetius, est ἀναβατικὸν Ἡσαΐου, cujus mentionem facit Epiphanius, *in haresi Archonticorum, p.* 130: & *Hieracis p.*304: & Pseudo-Clemens, *Constit. Apostol. l.* 6. *c.* 16: Libros apocryphos enarrans his verbis: ἐν τοῖς παλαιοῖς δέ τινες συνέγραψαν βιβλία ἀπόκρυφα Μωσέως, καὶ Ἐνώχ, καὶ Ἀδάμ, Ἡσαΐου τε καὶ Δαβίδ, καὶ Ἡλία, καὶ τῶν τριῶν Πατριαρχῶν, φθοροποιὰ καὶ τῆς ἀληθείας ἐχθρά. *Priscis temporibus quidam libros apocryphos scripserunt Moysis, Enoch, Adam, Esaja, David, Elia, & trium Patriarcharum; libros, dico, pestiferos & veritatis inimicos.*

Ibid. lin. 18. ἐπιπλέον, ὡς ὁ Παῦλος γεγραμμένην] V. Notas in exhort. ad Martyr. col. 133.

Pag. 233. *lin* 27. τοῦ γὰρ ἀναγεγράφθαι ἐκ τῶν τοιούτων] Leo Castrius sic παραφράζει: *Si nihil fidem apud nos habere debet, quod literis hebraïs non sit testatum; ubi in literis hebrais tale quidquam proditum est de Esajâ,* &c. Mirum, eousque prodiisse Origenem. Quasi verò nihil in Scripturis V. T. legeretur de occisione Prophetarum, & eorum persecutionibus, ipsâ morte acerbioribus. Non enim verba Salvatoris pressè sunt sumenda; aliàs sequeretur, solos Hierosolymitanos occidisse omnes Prophetas, ac (siquidem ulterius torquere verba lubeat) uno mortis genere, lapidatione. Hinc Stephanus in Actis persecutionem & occisionem conjungit: Paulus verò, 1. Thess. II. v. 15. tantùm de persecutionibus loquitur. Persecutionem Mosis vide *Exod. XVII.* 4. *Num. XIV.* 10. Davidis cum occisione Sacerdotum à Saulo perpetratâ, *l.* 1 *Sam XXII.* Prophetæ ex Judâ, 1. *Reg. c XIII* 4. occisionem Prophetarum a Jesabele commissâ, 1. *Reg XVIII.* 4. & *c XIX.* 10. Persecutiones Eliæ. 1. *Reg. XIX.* 2. 2. *Reg. I.* 19. Michæ, 1. *Reg XXII.* v 24. 26. Elisæ, 2. *Reg. VI. vers.* 31. 32. Hanani, 1. *Paral XVI.* 10 alterius Prophetæ in Judâ, 2. *Paral XXV.* 16. Prophetarum sub postremis Regibus Judæ, 2. *Chron. c. XXXVI.* 16. Esajæ, *Esaj LVII.* 4. Jeremiæ, *Jer XV* 10. & *XX.* 2. *c. XXXVIII.* 6. *c. XLIII.* 2. Ezechielis, *Ezech III.* 25. Danielis, *Dan VI.* 16. Amosi, *Am. VII* 11 &c Occisionem Prophetarum per Manassem, 2. *Reg XXI.* 10. 16. Zachariæ filii Jojadæ, 2. *Paral XXIV.* 21. En hæc omnia

omnia Vir Scripturarum peritissimus dissimulat, ut suæ hypothesi eò facilius & cautius inserviret. Et quamvis nihil eorum omnium in libris Canonicis reperiremus; poterant sanè Judæi ex aliis historicis monumentis fide dignis ista didicisse, quæ temporum injuriâ periére. nec enim nihil gestum est, vel intra vel extra Ecclesiam, præterquam quæ in SS. Libris exarantur.

Pag. 234. *lin.* 3. περὶ τοῦ Ζαχαρίου υἱοῦ Βαραχίου] Origenes, loco jam dicto, è *Tomis in Matthæum*, putat: Christum è libro apocrypho hunc Zachariam adduxisse. Alibi *in eod. Tom. in Matth. pag.* 465. distinguit eum ab Azariâ filio Jojadæ: ὃν μὲν ἀπέκτειναν, ὡς Ζαχαρίαν μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου. ὃν δὲ ἐλιθοβόλησαν, ὡς τὸν Ἀζαρίαν υἱὸν τοῦ Ἰωδαὲ τὸν ἱερέα. *alium interfecerunt, ut Zachariam inter templum & altare: alium verò lapidârunt, ut Azariam filium Jojadæ.* Ad quæ verba Doctiss. Huëtius observat, apud LXX. *lib.* 2. *Paral. XXIV.* 20. Ἀζαρίαν, pro Ζαχαρίαν, substitutum. Videatur Aldina & Romana editio. Simul etiam Hieronymi sententiam amplectitur, qui *Tom.* 9. *Comm. in Matth. c.XXIII*: Nec Zachariam Prophetarum undecimum, nec Johannis Baptistæ Patrem; sed Jojadæ filium intelligendum probat: tùm, quia cum descriptione, 2. *Paral. XXIV.* congruunt circumstantiæ: tùm, quia in *Evangelio Nazarenorum*, pro filio Barachiæ, filium Jojadæ reperit scriptum; qui Barachias, *benedictus Domini*, apposito epithero vocetur Idē sentit Drutmarus, *Comm. in Ev. Matth. p.* 270. Beda, *de sex Mundi ætatib. ad An.* 3071.

Ex neotericis, Drusius, *observat. l.*14. *c.* 22. qui ex *Esaj. VIII.* 2. id luculenter probat. Horum itaque opinione iterum fallitur Origenes.

Ibid. lin. 32. οὐ δυνατὸν ἀπὸ τῶν ἐστοφρέμων βιβλίων] Leo Castrius vertit: *Tantùm hoc liquebit ex Novo Testamento*. Contrarió planè sensu.

Pag. 235. *lin.* 14. γεγράφθαι μὲν προνοίᾳ τοῦ πνεύματος] Observa, quàm cautè loquatur Origenes. Non audet dicere, scriptam esse Historiam Susannæ à Daniele, vel linguâ Hebræâ; quod urgebat Africanus: sed, conjecturam incertam pro solidâ vendit responsione. Confer cum Notis ad p. 227.

Ibid. lin. 36. Ἰακώβ] *Jacobi* verba in seqq. Leo Castrius compendiô refert in suâ versione; non explicatè, ut hic narrantur usque ad p. 237. l. 16. στρεφομένῳ οὐ ἀπεῖχες.

Pag. 236. *lin.* 35. ἵνα τί τοῦτο ἐρωτᾷς τὸ ὄνομά μου] Editio Aldina addit, ὅ ἐστι θαυμαστόν. quod ex Jud. XIII. 18. huc translatum est. Sed Origenes, hebræam veritatem secutus, ista omittit.

Pag. 237. *lin.* 20. λελαληκέναι (ὡς) τὸ ἔλεγχον] Interferendam voculam ὡς, docet sequens lemma, cui esse analogum oportet. Conf. seq p. 240. supremam.

Pag. 238. *lin.* 4 ὥσπερ γὰρ παραβάλλων] Leo Castrius sic ista interpretatur: *Quasi verò non sit simile in Scripturâ sacrâ 3. Regum, quod ipse fatebere scriptum persanctè, non in mimo Philistione prodita historia est duarum fœminarum meretricum.* Postcà paucis verbis complectitur integram historiam, ad lin. 24. pag. 239. nostræ.

Ibid. lin. 22. καὶ ἡ δούλη σου ὕπνου] Codex Aldi hæc verba omittit: reperiuntur tamen in hebræo.

Ibid. lin. 28. θηλάσουσι] Deest in Hebræo, & Editione Aldinâ.

Ibid. lin. 30. οὐχ ἀλλ' ὁ υἱός σου] Verba hic transponit Origenes. nam posterius membrum præponit Hebræa veritas, & priùs sequitur. In Aldinâ verò editione prius membrum planè omittitur, verbis sic connexis: καὶ εἶπεν ἡ γυνὴ ἡ ἑτέρα, οὐχὶ ἀλλ' ὁ υἱός μου ὁ ζῶν.

Ibid. lin. 38. καὶ σὺ λέγεις οὐχὶ ἀλλ' ὁ υἱός μου ὁ ζῶν.] Aldinus Codex: καὶ σὺ λέγεις ὅτι οὐχὶ, ἀλλ' ἢ ὁ υἱός μου ὁ ζῶν. uterque discedit ab Hebræo: in quo verba inverso ordine sic ponuntur: *Filius tuus est, qui mortuus est: & filius meus est, qui vivit.*

Pag. 239. *lin.* 7. διέλετε τὸ παιδίον τὸ ζῶν εἰς δύο] Aldi codex: Διέλετε τὸ παιδάριον τὸ ζῶν, τὸ θηλάζον εἰς δύο. *Dividite puellum vivum lactentem in duo.*

Ibid lin. 10. ὁ υἱὸς μου ὁ ζῶν πρὸς τὸν βασιλέα] Aldi liber: ὁ υἱὸς ὁ ζῶν, καὶ εἶπε πρὸς τὸν βασιλέα.

Ibid. lin. 13. δότε αὐτῇ τὸ παιδίον τὸ ζῶν] Aldo deest τὸ ζῶν, sed legitur in hebræo.

Ibid. lin. 17. δότε τὸ παιδίον τῇ εἰπούσῃ, δότε αὐτῇ τοῦτο Aldina editio sic habet: δότε τὸ παιδίον τὸ ζῶν τῇ γυναικὶ τῇ εἰπούσῃ, δότε αὐτῇ αὐτό. Rectè τὸ ζῶν secundùm Hebræam positum est veritatem: reliqua paulò fusiùs sunt versa.

Ibid. lin. 20. τὸ χεῖμμα τὸ] Ald. τὸ χεῖμα τῦ-το ὃ

Ibid. lin. 23. τῦ παιδὸς Λυκώμμα] Omittitur in Codice Aldino, ſed malè; reperitur enim in hebræo.

Ibid lin. 26. ἰτεϱῶν] ſcribitur pro ἑταιϱῶν. Hoc in Libris, Lapidibus, & Nummis antiquis frequens eſt, ut ε & αι confundantur, & alterum pro altero ponatur. Plura in duobus anterioribus opuſculis exempla videre licet, ſi libet. Ejus generis crebra obſervavi alia in Codice IV. Evang. literis quadratis exarato Bibliothecæ Univerſitatis Baſilienſis. Verbi gr. Matt. V. 12. ἀγαλλιᾶσϑε pro ἀγαλλιᾶσϑε. C. VI. 20: ϑησαυϱίζεται pro ϑησαυϱίζετε. Marc. III. 3. ἔγειϱε pro ἔγειϱαι. Luc. VII. 24: ϑεάσασϑε: pro ϑεάσασϑαι. Joh. III. 12. πιστεύετε] pro πιστεύσετε. In Codice MS. Bibliothecæ Oxonienſis vetuſtiſſimo, Acta Apoſtolorum literis majuſculis exhibente, itidem notavi c. I. 13: Βαϱϑολομαῖος, Ματϑαῖος, pro Βαϱϑολομαῖος, Ματϑαῖος, & C. XVI. v. 36: ποϱεύεσϑαι pro ποϱεύεσϑε. In Bibliothecâ S Germani à Pratis Pariſienſi, in ſimili codice Epiſtolas Paulinas continente: in epiſt. ad Rom. c. XVI. aliquoties ſcriptum obſervavi, ἀσπάζονται pro ἀσπάζονται. Monſtravit mihi apud nos in elegantiſſimo, quod poſſidet, Cimeliarchio Cl. & amiciſſimus Sebaſtianus Feſchius Nummum Græcum, quem, utcunque potuit Artificis manus aſſequi, depictum apponimus, cum inſcriptione CONSTANTICE ZOH cum duabus imaginibus crucem unam alterâ manu prehendentibus: ab alterâ parte iſta leguntur: CONSTANTINO CE ZOH BASILIS ROMEON. Hoc modo. Literis Græcis Latinæ ſunt permixtæ: nec unus in orthographiâ error ineſt. Illud enim prius, pro Κωνσταντῖνος καὶ Ζώη excuſum: hoc alterum, pro Κωνσταντῖνος καὶ Ζώη βασιλεῖς Ῥωμαίων. i. e. *Conſtantinus & Zoe Imperatores Romanorū.* Erat iſte Conſtantinus *Monomachus*, à Zoë fœminâ libidinosâ, & aliquot Imperatorū, maritorum ſuorum, deletione infami, ad Imperii Byzantini faſtigium evectus: Anno Mundi 6550, ſeu Chriſti 1042. Vid. Glycas *Annal. part.* 4. *p.* 319. Cedrenus, *Comp. hiſt. p.* 621 Zonaras, *Annal. Tom.* 3. *p.* 197. Ne tamen barbarici poſteriorum ſeculorum id tribuas, en ſimiles nummos apud Occonem *in Theſauro Numiſmatum, p.* 136. πόππεια, pro ποππαία. & *pag.* 247. σελδευκέων & σελευκαίων, &c. In *Inſcriptionibus Gruteri* ampla ſeges ejusmodi σφαλμάτων ſe offert: quæ nos alibi pleniùs excuſſimus. Nec minùs errârunt Latini. Exemplum præbet in columnâ Octodurenſi apud Valeſianos, jam olim Cæſari Conſtantino erectâ, in atrio Templi vetuſtiſſimi, hæc à me obiter viſa Inſcriptio:

...P CAE. FLAV. AV...
CONSTANTINOPIO
FEL INVICTO AVG DIVI
CONSTANTII PII AVG FILIO
F. CL. VAL. BONO REIPVBLICE
NATO.

En Reipublice pro Reipublicæ. Quod etiam in Nummis ipsâ αὐτοψίᾳ mihi ſæpius demonſtravit ὁ τῶν νῦν φιλαρχαίων κοϱυφαῖος Carolus Patinus, Med. D. Inde Caſſiodori monitum, *l.* 1. *div. Lect. c.* 15. *p.* 891: *Antiquarij exinde probantur offendere, dum elocutioni Latinæ linguæ neſciunt ſervire diſpoſitè. AE in fine adverbij non relinquas, AE iterum caſui genitivo non ſubtrahas.* Sed an hæc *Adolphi Mekerchij* juvent aſſertionem, *diphthongum* αι græcam eſſe *diviſim pronunciandam*: Eruditorum judicio relinquo.

Pag. 240. *lin.* 2. ὡς κατ' ἀϱχὰς ἔφασκες ἐξ ἐπιπνοίας] Vertit Leo Caſtrius: *Ut à primo dicebas, Daniel è ſancti Spiritûs inſpiratione ſenes damnavit.* Legit itaque, ut ad marginem notavimus, ἐξ ἐπιπνοίας, *ex inſpiratione.* Conſpirant, quæ ſup. pag. 237. med. de Daniele dicuntur.

Ibid. lin. 16. καὶ τοῦτο δὲ μικϱοῦ δεῖν] Leo Caſtrius ſic: *Illud me minùs movit, quod attexere*

xore necesse est. Alia utique legit in suo exemplari, aut halucinatus est.

Ibid lin. 22. οὐδὲν ἂν θαυμαστὸν ἀκονομηκέναι τοὺς ἑρμηνεύσαντας] Hic concedit, quod suprà ut maximè dubium in suspenso reliquit; scil. Etymologias græcas cum hebraicis non convenire, & culpam transfert in Interpretes: quos illos? non exprimit, sed ait, Eos *certâ œconomiâ usos* esse: quo quidem effato Interpretum fidei parùm consuluit. Similem œconomiam tribuit LXX. Interpretibus, *Hom.* 16. *in Jerem.* 5. *p.* 164. *edit. Huetii*, ad locum Jer. 16. 18: ἀνταποδώσω, φησὶ, πρῶτον διπλᾶς τὰς ἀδικίας αὐτῶν, καὶ τὰ ἑξῆς. Τὸ πρῶτον εἴτε μὴ νοήσαντες ἐξεῖλον ὅλως τὸ γεγραμμένον, εἴτε καὶ οἰκονομήσαντες ἐξεῖλον οἱ ἑβδομήκοντα, Θεὸς ἂν εἰδείη· ἡμεῖς μέντοιγε συγκρίνοντες τοῖς λοιποῖς ἐκδόσεσιν εὕρομεν κείμενον, Καὶ ἀνταποδώσω πρῶτον διπλᾶς τὰς ἀδικίας. *Retribuam, inquit, Primùm duplices iniquitates eorum, &c.*] *Illud*, primùm, *an imperiti id expunxerint è Scripturâ, an verò LXX. œconomiâ usi extinxerint, Deus novit, Nos equidem collatis reliquis editionibus invenimus in contextu*, Et reddam primùm duplices iniquitates. Vide, quàm cautè de *œconomiâ* Interpretum loquatur aliàs: sed, contra Africanum, perinde atque Dialectici, ambigat ac rotet datum Problema.

Ibid. lin. 29. φησὶν ὁ Ἀδὰμ] Leo Castrius sic vertit hanc totam periodum, ut Commentarium potiùs, quàm Interpretationem molitus videatur: *Ait Adam de muliere ædificatâ à Deo, de costâ sumtâ ex Viri latere, hæc vocabitur Mulier, quoniam de viro suo assumta est hæc: ubi non expressa Latinè est agnominatio, quæ hebraicè est ab* Is, Isa, *i. e. à Viro Virago, quale si redderes hæc vocabitur virago, quia de viro sumta est. quod Græcè fieri non potuit. Ajunt hebræi fœminam appellatam esse* Isa, *& significari hac voce sumtam, a verbo* nasa *sumo. Nam in illo calicem salutaris accipiam. Pro accipiam hebraicè est* Esa; *Et* Is *vox hebræa Virum significat, quod patet ex illo, beatus Vir, ubi pro Viro est* Is: *ut sit sumta de Viro. Apud hebræos igitur est hæc agnominatio* is, isa, *i. e. à Viro virago, quod de Viro suo sumta sit.*

Ibid. lin. 33. ὅπερ δὲ οἱ ἑρμηνεῦσαι ἐκεῖ μὲν καλεῖ καὶ τὴν γυναῖκα] Hieronymus, *Tom.* 6. *in c.* 2. *Oseæ p.* 13: *Hebræorum linguâ vocatur Vir* אִישׁ, *unde & Uxor, quæ de Viro sumta est in Genesi appellatur* אִשָּׁה *quasi a Viro Virago. Id. Tom.* 3. *quæst. hebr. in Genesin, pag.* 202: *Hæc vocabitur mulier, quoniam ex Viro sumta est. Non videtur in græco & in latino sonare, cur* mulier *appelletur*, quia ex viro sumta sit; *sed etymologia in hebræo sermone servatur. Vir quippe vocatur* Is אִישׁ *& mulier* Issa, אִשָּׁה *rectè igitur ab* Is אִישׁ *appellatur mulier* Issa. *Unde & Symmachus pulcrè etymologiam etiam in Græco voluit custodire dicens*, αὕτη κληθήσεται ἀνδρίς, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη αὕτη. *Quod nos latinè possumus dicere*; Hæc vocabitur Virago, quia ex viro sumta est. *Porro Theodotio aliam etymologiam suspicatus est, dicens*: Hæc vocabitur *Assumtio*, quia ex Viro sumta est. *potest quippe* Issa, *secundùm varietatem accentûs*, *&* Assumtio *intelligi.* Eucherius, *quæst. V. T. in Genesin, p.* 251: Qu. *Quæ consequentia Nominis est, ut scribatur:* Hęc vocabitur mulier, quoniam ex Viro sumta est? R. *Etymologia, quæ hic in latino non sonat, in Hebræo sermone servatur. Vir enim vocatur* Is *& mulier* Issa. *Quod animadvertitur pulcherrimè recens custodisse translatio divina, dicens*: Hæc vocabitur Virago, quia ex Viro sumta est. Beda, *de Nominibus hebraicis, Tom.* 3 *p.* 587. Is, *Vir*, vel *Assumtus.* Issa, *Mulier*, vel *Assumtio.*

Quod autē Origenes Nomen אִישָׁה à fut. אשה Rad. נשה deducat, an per leges Grammaticæ fieri possit, φιλολόγοι judicabunt. Ego certè non procul absum à Cl. Huëtii sententiâ, calluisse quidem Origenem hebræam linguam; verùm hinc inde prodere, se non omnia linguæ sanctæ interiora penetrasse. Id quod Vir Doctissimus in *Origenianis* satis perspicuè probavit. Theodotionis quoque etymologiam sic jugulat Doctiss. Drusius, *in Comm. ad diff. Genes loca. c.* 98. *p.* 121: *Opinor, in Græco fuisse* λῆμμα, *& mox pro* sumta est ἐλήφθη. *Nihil ineptius Nam ut demus ipsi* mulierem *ita dici παρὰ τὸ* נשא λαμβάνειν, *sequitur ecce in textu Hebræo* לֻקֳחָה *quod est participium generis passivi, non a* נשא *unde ille* אִשָּׁה *derivatum suspicatus est, sed à* לקח accepit, tulit, sumsit. *Notum hoc pueris, & iis, qui leviter gustârunt has literas. Nec audio hic Hieron. dicentem;*

posse Issa secundùm varietatem accentuum & Assumtionem intelligi. Nulli enim sunt accentus, qui hic Hieronymo faveant, aut pro eo faciant. Idem, *in Miscell. Cent.* 1.*c*.32. *p*.46: *Etymologia falsa, quam confutare minimè difficile est. Primùm enim* λημμα, Massa *dicitur, non* Issa. *Deinde in* Nata, *ultima est* Aleph, *in Issa verè* He, *&c.* ¶ Quòd verò Origenes asserit Hebræos dicere, *Essa* denotare *Mulierem*, quatenus *declaretur a dictione, quæ significet* ἴλαῶν *vel* ἰλαῶν: id nec in hebræo, nec græco, nec latino sermone fundatur. Nec ostenditur ex allegati Ps.CXVI, 13. verbis: כוס־ישועות אשא quod græcis literis scribendum erat: χῶς ἰεσυὼθ ἰσσὰ, Græcè verbum è verbo reddendo, Ποτήριον σωτηρίων λήψομαι Unde igitur intermedium Nomen in singulari (ἰεσυὰθ) sublegerit Origenes, non liquet. Cæterùm, nullū *Essa* comparet in totâ Creationis hominis, tam Viri quàm Mulieris, historiâ. Itaque concesso, quod *Isch* vel *Is* significet *Virum*: (quod è verbis initialibus *Psalmi I.* anxiè probatur) non tamen inde sequeretur, *Essa*, designare *Mulierem*: quia idem aliàs verbaliter significet *Accipiam*, *Sumam*; quemadmodum Psalmo CXVI. scribitur. Sed & hoc observandum est, Origenem contra se adducere, Hebræam illam in verbis derivationem. Sicut enim illa tàm nativa est & consona, ut nec LXX. nec Latinus Interpres eam imitari vel potuerit vel voluerit: & ex eâ solâ firmiter concludi possit, librum Geneseos hebræo idiomate primùm esse scriptum: ità ex Græcarum vocum lusu evincitur, Susannæ auctorem Græcum fuisse; quia nullâ linguâ tàm commodè potest allatorum Nominum consonantia exprimi, ut idem sensus maneat. *Allusiones* potiùs sunt quàm *denominationes*, tùm Hieronymus ait: *Vidi sub ilice, ergò illicò peream*, &c. Et Leo Castrius in suâ versione: *Quasi latinè diceres a prino arbore per agnominationem ad prunas, prunis sævissimis ustulaberis, & à malo arbore, malis cruciabere sempiternis*, & Lutherus in versione Germanica: Vnder einer Linden/ der Engel des HErrn wird dich finden. & vnder einer Eichen / der Engel des HErrn wird dich zeichen. Quò ipsô non exiguum momentum Africani argumento accedit.

Pag.241. *lin*.2. ἐν τῷ ἰσραήλ.] Verba sunt primi Psalmi prima, אשרי־האיש quæ græcis literis ità notarentur: ἀσρη-αις, vel molliori sono, ἀσρὴ ἀὶς, *Beatus Vir.* in quo posteriore Vocabulo, prior Syllaba ἁ respondet Articulo græcorum ὁ, & ἰς, *Viri* nomen signat.

Ibid. lin. 4. ἶς & ἰσσὰ ἀνδρός.] Fortè legendum: ἰς, ἀνὴρ, καὶ ἰσσὰ, ἀνδρίς. ut servetur allusio, à Symmacho observata.

Ibid. lin. 22. & 23. ἀστραγαλωμένοι, καὶ ἄταφοι ῥιπτούμενοι] Sic suprà in Ep. Africani, p. 221. l.10.11. & infrà, hac ipsa *p*.241.*l*.3. & 2. *a fin.* constanter legitur in Cod. nostro. Unde mihi de lectionis veritate nullum dubium. Sed, quid ἀστραγαλωμένοι sibi vellet, divinandū videbatur, cùm nulla suppeteret auctoritas. Notum erat, ἀστράγαλοι & ἀστραγαλίζω, talos & *lusum talorū* significare. Notum, quòd tempore captivitatis, Judæi, tanquam abjectissima mancipia habiti, modò *sortibus jactis*, modò *pro vino* distracti fuerint: Joel. III, 3. Conf. Abd. v. 11. b. Huc ergò spectare putabam id particip. ἀστραγαλωμένοι. Verùm, postquam vidi, Origenem expresse hæc verba inferiùs referre ad Tobiam: & Cap. II, 3. tàm in Ald. quàm aliis dudum editis Libris reperirem: εἷς ἐκ τοῦ γένους ἡμῶν ἐστραγγαλωμένος ἔρριπται ἐν τῇ ἀγορᾷ, *Quidam de genere nostro* Vet. int. lat. *jugulatus*, Vulg *præfocatus*, Xan. Pagn. strangulatus, *projectus est in foro*: atque Verbum στραγγαλόω & -λίω, probatæ auctoritatis esse: præterea, interpretes *Africani Epistola*, vel de *necatis per omnia cruciamenta*, (L.C.) vel de *jugulatis per plateas*, (Sixt. Sen. & P. Hall.) accipere: fateor, de mendo mihi suspectam non-nihil factam esse scripturam & in Africani & in Origenis epistolâ, etsi tertia vice repetitam. Nondum damno eam: partim, quia ἅπαξ λεγόμενον illud ἐστραγγαλωμένος, semel tantùm occurrit in Tobiâ, nec alibi legitur in Bibliis: partim, quia sortis abjectissimæ argumentum est (quò collineat argumentum Africani) tùm in vita *lusu talorum distrahi*, tùm post mortem *insepultum in foro jacere*.

Pag. 242. *lin* 3. ἑβραῖοι τῷ Τωβίᾳ οὐ χρῶνται, οὐδὲ τῇ Ἰουδὶθ, οὐδὲ γὰρ ἔχουσιν αὐτὰ καὶ ἐν ἀποκρύφοις ἑβραϊστί] Conferatur Hieronymus, *To*.3. *pag*. 22. *præf. in Tobiam*: Librum *Tobiæ Hebræi de Catalogo divinarum Scripturarum secantes, his quæ Hagiographa memorant manci-*

mancipârunt. Arguunt nos Hebræorum studia, & imputant nobis contra suum canonem Latinis auribus ista transferre. Scribendum puto: *& imputant nobis, Contra suum Canonem Latinis auribus ista transferri.* Id suadent quæ addit: *Sed melius esse judicans, Pharisæorum displicere judicio, & Episcoporum jussionibus deservire, institi ut potui.* Nimirum, non æquo animo ferebant, Libros suos SS. in alias gentes & linguas transferri. Vid. Casaub. *Exerc. II §. ult. cont. Baron.* Hier. *præf. in Judith: Apud Hebræos liber* Judith *inter Hagiographa legitur, cujus auctoritas ad roboranda illa, quæ in contentionem veniunt, minùs idonea judicatur.* Rectè Scaliger, *in Animadv. Euseb. p.* 89. mendum in his verbis Hieronymi subesse putat, & pro *Hagiographa* reponendum *Apocrypha*; quod ex Origene & *Glossâ* tàm *ordinariâ*, quam *Interlineari*, Britonis *expos. Prologi Hieron.* aliisque confirmatur. Observetur etiam phrasis Hieronymi, *de Catalogo divinarum Scripturarum*: quia non designat seriem Librorum Canonicorum (ex hac enim rejicit Tobiam: uti paulò post indicabimus) sed in genere, Libros in Ecclesia receptos, qui de rebus agunt divinis, & in sacris cœtibus legebantur: *Vid. Notas in Exhort. ad Mart. sub. col.* 119. in eundem sensum Isidorus, *Orig. l.* 6. *c.* 1: *Quartus est apud nos ordo Vet. Test. eorum librorum, qui in canone Hebraico non sunt: Quorum I. Sapientia Liber est. II Ecclesiasticus. III. Thobias. IV. Judith. V. & VI Machabæorum. Quos licet Hebræi inter* Apocrypha *separent, Ecclesia tamen Christi inter divinos libros & honorat & prædicat.* Addam de *Apocryphis Judæorum* illustrem locum Epiphanii, ex *hæresi Ebionitarum*, sive XXX. p. 60: Ἤδη δέ πυ καὶ ἔνιοι πάλιν ἔφασαν, καὶ ἀπὸ τῆς ἑλληνικῆς διαλέκτου καὶ τὸ κατὰ Ἰωάννην μεταληφθὲν εἰς ἑβραΐδα ἐμφέρεσθαι ἐν τοῖς τῶν Ἰουδαίων γαζοφυλακίοις, φημὶ δὲ τοῖς ἐν Τιβεριάδι, καὶ ἐναποκεῖσθαι ἐν ἀποκρύφοις· ὥς τινες τῶν ἀπὸ Ἰουδαίων πεπιστευκότες ὑφηγήσαντο ἡμῖν κατὰ λεπτότητα. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν πράξεων τῶν Ἀποστόλων τὴν βίβλον ὡσαύτως ἀπὸ ἑλληνικῆς γλώσσης εἰς ἑβραΐδα μεταβληθεῖσαν λόγος ἔχει· καὶ ἐκεῖσε κεῖσθαι ἐν τοῖς γαζοφυλακίοις. *Jam verò etiam aliqui dixerunt, Evangelium secundùm Johannem de Græcâ linguâ in Hebræam translatum esse, & in Judæorum gazophylaciis haberi, his videlicet, quæ sunt in Tiberiade; & repositum esse inter* Apocrypha: *velut quidam Judæi ad fidem conversi exactè nobis exposuerunt. Quin & librum Actuum Apostolorum, similiter ex Græcâ linguâ in Hebraicam conversum, fama refert, illis in gazophylaciis haberi.* & sequenti pag. 61: Καὶ ἦν ἐκεῖσε γαζοφυλάκιον τις εἴσω ἐσφραγισμένον· γάζα δὲ σημαίνεται κατὰ τὴν ἑβραΐδα θησαυρός· πολλῶν δὲ πολλὰ διανοουμένων περὶ τοῦ γαζοφυλακίου τούτου διὰ τὴν σφραγῖδα, ὁ Ἰώσηπος λεληθότως τολμήσας, ἤνοιξε καὶ εὗρεν οὐδὲν χρημάτων, τὰς δὲ βίβλους τὰς ὑπὲρ χρήματα· ἀναγινώσκων δὲ ἐν ταύταις, ὡς ἤδη ἔφην, τὸ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγέλιον ἀπὸ ἑλληνικοῦ εἰς ἑβραΐδα φωνὴν μεταληφθὲν ηὕρετο καὶ τὰς τῶν Ἀποστόλων πράξεις. *Et erat ibi* (in Tiberiade) *gazophylacii domus sigillo obsignata. Gaza autem in Hebræâ linguâ significat thesaurum, quum itaque multi multa cogitarent de hoc gazophylacio propter conclusionem per sigillum, Josephus clandestinè ausus id aperuit, & pecunias nullas reperit, verùm libros pecuniis præstantiores. Legens autem inter hos, velut jam dixi, Evangelium secundùm Johannem, de Græcâ linguâ in Hebræam translatum, inveniebat etiam Actus Apostolorum.* Vid. Not. ad pag. seq. 243. ubi plura de hoc Josepho invenies. Ex allatis verò verbis satis, opinor, patet; unde libri dicti sint *Apocryphi*, quòd in secretiori conclavi sic fuerint *Absconditi*, ut nulli nisi Principi aut Patriarchæ eos inspicere liceret. Aliter res habebat in *Canonicis*: qui quamvis certo etiam repositorio deponerentur (uti suprà in Notis ad pag. 136. monuimus) attamen facultas & jus eos legendi aut inspiciendi penes multos fuerat.

Ibid. lin. 6. χρῶνται τῇ Τωβίᾳ αἱ Ἐκκλησίαι] Utebantur Ecclesiæ *Tobiâ* & *Judith*; non, ut libris Canonicis, sed Ecclesiasticis; qui cum utilitate legi possent, non proferri deberent ad controversias decidendas. Hieron. *Præf. in Prov. To.* 3. *p.* 25: *Sicut ergo* Judith & Tobiam, & Maccabæorum *libros, legit quidem Ecclesia; sed eos inter canonicas scripturas non recipit: sic & hæc duo volumina* (Sapientiam & Syracidem) *legat, ad ædificationem plebis, non ad auctoritatem Ecclesiasticorum dogmatum confirmandam.* Ruffinus, Origenis defensor, ejus mentem confirmat, dum

dum suam explicat, *lib. de Symbolo. p.* 113: *Hæc sunt, quæ Patres inter canonem concluserunt, & ex quibus fidei nostræ assertiones constare voluerunt. Sciendum tamen est, quod & alii libri sunt, qui* non sunt Canonici; *sed* Ecclesiastici *a majoribus appellati sunt: id est*, Sapientia, *quæ dicitur* Salomonis, *& alia* Sapientia, *quæ dicitur filii* Sirach. *Ejusdem verò ordinis libellus est* Tobiæ, *&* Judith, *&* Maccabæorum *libri. In Nov. verò Test. libellus, qui dicitur* Pastoris *sive* Hermes, *qui appellatur* Dux viæ, *vel* Judicium Petri. *Quæ omnia legi quidem in Ecclesiis voluerunt, non tamen proferri ad auctoritatem ex his fidei confirmandam.* Idem disertis versis asserit Athanasius, *epist. ieplar. apud Balsamonem, p.* 922. & *in Synopsi. Tobiam* seorsim Auctores *glossâ ordin. & interlin. ad prolog. Hieron. in Tob.* Apocryphum esse volunt: utrumque verò librum, Brito, *in expos. Prol. in utr.* & Nic. de Lyrâ, *in præf. Postill. in lib. Jud.* inter apocryphos referunt. Nicephorus autem Patriarcha inter τὰς ἀντιλεγομένας γραφὰς, *Scripturas controversas*, aliàs Ecclesiasticas, *in fine Chronographiæ* collocat.

Alii, dum libros *Canonicos* enarrant, hos, ut *non Canonicos*, prætereunt. Concil. Laodicenum, Canon LXXXV. Apostolorum, Cyrill. Hierosl. *Catech* 4. Gregor. Nazianz. & Amphilochius, *in carmin.* Epiphan. *de pond. & mens.* Damascenus, *l.* 4. *Orth. fidei c.* 18. Hilarius, *Prolog. in Psal.* ubi tamen monet: *Quibusdam visum esse; additis* Tobia & Judith, *XXIV. libros secundum numerum græcarum literarum, connumerare.* Sed eo ipso græcos illos fuisse, Hebraicæ linguæ imperitos, & qui rationem libros Canonicos enarrandi nescriverint, satis apertè innuit.

Concilium verò Carthaginense, *can.* 24. Augustinus, *de doctr. Christianâ l.* 2. *c.* 8. Innocentius, *in decr. XXVII.* Rabanus Maurus, *l.* 2. *c.* 53. *de Instit. Cler.* Vocem *Canonis* & *Canonici* alio, quàm Veteres illi, sensu usurpantes, librum Tobiæ & Judith Canonicos vocant: dum illis *Canonicum* est, non tantùm id, quod per Prophetas ex inspiratione divinâ, linguâ sanctâ, populo Dei traditum est, ut sit *Regula fidei & vitæ*, (quâ ratione à *Canone* denominationem accepére) sed in genere id, quod *Canones Ecclesiastici* legere permiserunt vel statuerunt ad ædificationem Ecclesiæ, sive sit *Canonicus* antiquioribus rigidè sic dictus; sive quivis alius liber *Ecclesiasticus*. Hos ità esse, manifestum fit inspectione dictorum Auctorum, quotquot *Canonicos* libros opponunt *Apocryphis*, id est, libris manifestè impiis, ab hæreticis conscriptis aut confictis, & per Canones Ecclesiasticos simpliciter rejectis. Itaq; his βιβλία ἀκανόνιστα, *Libri Non. Canonici* sunt βιβλία ἀσεβῶν, *Libri impiorum*; quos neutiquam suscipere oportet, ἀλλὰ πυρὶ ταῦτα κατακαίειν, *sed igne potiùs comburere*: sicut nobis explicat Aritenius, *in Synopsi Canonum, p.* 751: *Bibliotheca Canonica excellentissimi Justelli*: & Isidorus, *l.* 6. *Orig. c.* 2: *Multa sub nominibus Prophetarum, & recentiora sub nominibus Apostolorum, ab hæreticis proferuntur: quæ omnia, sub nomine* Apocryphorum, Canonicâ *diligenti* examinatione *remota sunt.* Theodoretus, *hær. fab. l.* 3. *c.* 4. *pag.* 228. de Tessarescædecatitis: κέχρηνται δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις νόθοις, μᾶλλον δὲ ἀλλοτρίοις τῆς χάριτος, ἃ καλοῦσιν ἀπόκρυφα· *Utuntur etiam aliis scriptis spuriis, & a Gratiâ alienis, quæ vulgò vocant APOCRYPHA.*

Huic Nominum abusui ansam dedit, quòd quò magis *Canonum* Ecclesiasticorum numerus crevit, eò communius factum est nomen *Canonicum*. nam inde dictæ sunt *Canonica literæ*, γράμματα κανονικά, Concil. Laodiceni, *Can* 41. quas Zonaras sic explicat: τὰς ἐπιστολὰς τὰς εἰρηνικὰς καὶ συστατικὰς, κανονικὰ γράμματα ἐνταῦθα ὠνόμασεν, ὡς κατὰ κανόνα γινόμενα. *Epistolas pacificas & commendaticias, CANONICAS LITERAS nominârunt, eò quòd ex decreto Canonis darentur. Canonici Cantores*, κανονικοὶ ψάλται, Ejusd. Concil. *can.* 15. κανονικοὶ Ἐπίσκοποι, *Canonici Episcopi, Can.* 6. *Concil. Constantinop.* In Nomocanono MS. Bibliothecæ Universitatis Basiliensis: locus ex Chrysostomo decerptus, vocatur κεφάλαιον κανονικὸν, *Capitulum Canonicum, p.* 252. & *p.* 289. inseruntur ἐρωτήσεις κανονικαὶ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας Κυρίου Μάρκου. *Canonicæ Quæstiones sanctissimi Patriarchæ Alexandriæ D. Marci, cum Responsis & Solutionibus Theodori Balsamonis.* Sic *Canonica auctoritas* (quam Regino, *l.* 2. *de Eccles. disciplinis c.* 88. *cum lege Romanâ ex maximâ parte concordare* asserit)

asserit) *Canonicus habitus, in epist.* 29: Lupi Ferrariensis *ad Guenilonem episc. pag.* 54. *Canonica Professio*, *L.* 1. *Capitul.* Caroli M. *c.* 85. *p.* 18: *Resolutio Canonica Canonicus gradus, Canonica institutio, Lib* 5. *Capitul* Caroli M. *c.* 52. *pag* 98. *Hora Canonica*, Walafridus Strabo, *de reb. Eccles. c.* 25. & quicquid *Canonibus Ecclesiasticis* praeceptum, approbatum permissumque fuit, CANONICUM vocari solebat: sensu generali confuso, & Veteribus illis, vel incognito, vel minus cognito. Unde patet, posteriores è SS. Patribus priorum dogmata non evertere, aut illis contraria docere; *sed*, (uti etiam animadvertit Cassiodorus, *l.* 1. *div. lect. c.* 14. *p.* 886.) *diversa: omnes tamen per divisiones suas, LIBROS DIVINOS Sacramentis competentibus aptasse.* Verùm sensu strictiore, & priscae Antiquitatis, Nec *Tobiam* nec *Judith* inter Canonicos libros referri oportere, ex ipsis Librorum singulorum argumentis, dudum ab Orthodoxis est demonstratum: post multos alios feliciſſimè id praestitit Venerandus Theologus, LUCAS GERNLERUS, Fautor & Praeceptor meus honoratissimus, *Disputatione sexta in Confess. Helveticam*, rationem librorum Apocryphorum accuratissimè nobis explanante.

Pag. 243 *lin* 10. Νεεμίας οἰνοχόος τοῦ βασιλέως καὶ εὐνοῦχος αὐτοῦ] Origenes, *To.* 14. *in Matth. p.* 371. *ed Huet.* Εἰσί τινες εὐνοῦχοι, τοῦ Θεοῦ ἄνθρωποι, διὰ τοῦτο εὐνοῦχοι, ἵν' οἰκοδομήσωσι πεσοῦσαν τὴν Ἱερουσαλήμ· τούτων δὲ παράδειγμα ὁ ἐν τῇ δευτέρᾳ Ἔσδρᾳ γεγραμμένος, ὅς φησι, Καὶ ἐγὼ ἤμην εὐνοῦχος τοῦ βασιλέως *Sunt quidam Eunuchi, Dei homines, qui propterea ennuchi facti sunt, ut aedificent collapsam Hierusalem. Horum exemplum est is, de quo scribitur in* 2. *Esdrae libro, qui inquit:* Et ego eram Eunuchus Regi. Observat hunc locum Doctiss. Huetius, *l.* 2. *c.* 2. *Origenianor. p.* 26. putatque, imperitiâ linguae hebraeae lapsum esse Origenem, ut εὐνοῦχος pro οἰνοχόος substituerit. Fortè tamen ex collatione praesentium verborum deprehendi potest, Origenem memoriâ lapsum fuisse: disertè namque οἰνοχόον eum vocat, quod respondet Hebraeo משקה. Utrum verò Origenes, ex traditione Judaeorum, vel ex consuetudine Regum orientalium; quorum famuli & οἰνοχόοι (Vid. Genes. 40. v. 1. 2.) Eunuchi plerunque fuerunt; collegerit, ipsum etiam Nehemiam Eunuchum fuisse, incertum est: Quomodo autem factum sit, ut Nehemias à poculis Regis Persarum fuerit ex Athenaei *Lib.* 1. *pag.* 14. Viri docti eleganter monstrarunt: Sic ille: ὅτι ὁ Περσῶν βασιλεὺς τὸν χαλυβώνιον μόνον οἶνον ἔπινεν, ὅν φησι Ποσειδώνιος κἀν Δαμασκῷ τῆς Συρίας γίνεσθαι, Περσῶν αὐτόθι καταφυτευσάντων τὰς ἀμπέλους. *Persarum Rex vinum Calybonium solùm bibere consueverat, quod Posidonius etiam in Damasco Syriae nasci confirmat; quia vineas ibi Persae plantarunt.* Syria autem Judaeae finitima est, adeoque Neemiae poterat vini illius administratio magis esse nota, quàm aliis. unde & Regi aptior & prae aliis idoneus pincerna visus.

Ibid. lin. 15. Τί δὲ θαυμάσιον, τὸ παράδεισον καὶ οἰκίαν καὶ κτῆμα γεγονέναι ὑιός] Quamvis hoc argumentum Africani non sit apodicticum: est tamen valdè probabile. Mirum enim est, unde homo recens in captivitatem abductus, omnibusque bonis privatus, πλούσιος σφόδρα, *valdè dives* evaserit; sicuti textus habet Magnificas ejus aedes, & hortum splendidum fuisse, satis exprimitur, dum ἐνδοξότερος πάντων, *omnes gloriâ* superasse dicitur: quod ad divitias, pompam, concursum populi & aedium superbiam refertur. Fuerit certè unus vel alter Judaeus dives in captivitate; cum successu temporis id fieri potuit: nim. postequam fides eorum Regibus explorata, & dotes egregiae in illis deprehensae fuére. Imò, ut stringam argumentum Africani, mirum est: hunc Joakimum tàm brevi momento sibi aedes, paradisum, & sedem stabilem acquisivisse: cùm Jeremias Propheta Cap. XXIX. contrarium nos doceat: scilicet, Judaeos in Captivitatem delatos, & à Pseudoprophetis seductos, spe propediem revertendi in Patriam, nihil horum sibi acquisivisse; sed ad hoc ipsum ab Jeremiâ seriò commonefactos fuisse ut *aedes aedificent, hortosque plantent.* Verba Prophetae sunt, Cap. sup. d. vers. 5: Οἰκοδομήσατε οἴκους καὶ κατοικήσατε, καὶ φυτεύσατε παραδείσους, καὶ φάγετε τοὺς καρποὺς αὐτῶν. κλ.

Ibid lin. 26. οὐδὲν παράδοξον, συγκεχωρῆσθαι τοῖς οἰκείοις νόμοις χρῆσθαι.] Joh. Drusius, *in Not. ad Sulp. Sev. Hist. S. lib.* 2. *cap.* 2. *Seniores Hebraei* זקנים *appellant, & est nomen digni-*

dignitatis. Nam sic vocabantur Magistratus, quos nunc Seniores aut Consules dicimus. Habebant enim in Babylonia magistratum ex Judæis. Quod mirum videri nemini debet, cùm etiam Alexandria olim habuerint. Disertè Strabo, citante Josepho Antiquit. l. 14. c. 12. Per Ægyptum sanè pari honore Coloniæ sunt ejus gentis; nam præterquam quòd Alexandrinæ urbis magna pars eis assignata est, habent etiam proprium magistratum; qui suæ gentis res administret, & controversias ex ipsorum Jure dirimat, itemque contractus & pacta rata esse jubeat, vel rescindat: non aliter, quàm fit in absolutâ liberrimaque Republicâ. *Rei firmanda est Talmud Babylonicum, quo continentur leges & jura in Babylonia usurpari a Judæis solita. Infirmanda verò est dictum illud;* Ubi non est Sacerdos, non est judicium. *Et,* Judicia non exercentur extra terram. *Sed, vide Mosem Gerundensem in Numeros.* Itaque facilè concesserim, lites forenses à propriis Judicibus inter Judæos diremtas fuisse etiam in Captivitate: sed cùm Judæi, stante adhuc illorum Synedrio & florente Republicâ, tempore Christi exclamârint: Ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν ἀποκτεῖναι οὐδένα. *Nobis non licet quenquam occidere*: Joh. XVIII. 31. imperio summo eis ademto (quanquam Jurisdictionem criminalem habuerint) nondum nobis persuadetur, Licuisse Judæis capitali afficere pœnâ; nec tantùm plebejos, sed ipsos etiam Magistratus & Seniores; qui procul dubio, ab ipsis Regibus Babyloniis constituti aut confirmati fuere.

Ib. l. 32. καὶ νῦν γε ῥωμαίων] Leo Castr. hæc, ipsi duriuscula visa, sic παραφράζει: *Nunc enim cùm Romani nationibus imperent & Judæis: Judæique ipsi Imperatori Romanorum didrachmum pensitent quotannis; quo jure utantur, quamque permissu Cæsaris liberè vivant, ut vix differant a nationibus, qua sub proprio Rege, suo jure utuntur; novimus omnes.*

Ibid. lin. 35. ὁ ἐθνάρχης] Origenes, *l. 4. de principiis c. 1: His testimoniis utimur adversus eos, qui videntur afferere de his, qua in Genesi ob Jacob dicta sunt, quòd de Judâ dicta sint. & dicunt, permanere adhuc Principem ex genere Judæ, istum videlicet, qui est gentis eorum Princeps, quem nominant* Patriarcham, *nec deficere posse de semine ejus, qui permaneat usque ad adventum ejus Christi, quem sibi ipsi describunt.* Malsem legere *Ethnarcham*, quàm *Patriarcham*. Sed eâdem voce utitur Epiphanius, *hær. 30. p. 60.* ἦν ὁ Ἰώσηππος τῶν παρ' αὐτοῖς (Ἰουδαίοις) ἀξιωματικῶν ἀνδρῶν συναριθμούμενος. εἰσὶ δὲ οὗτοι μετὰ τὸν πατριάρχην ἀπόστολοι καλούμενοι. προσεδρεύουσι δὲ τῷ πατριάρχῃ καὶ σὺν αὐτῷ πολλάκις, καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ συνεχῶς διάγουσι διὰ τὸ συμβουλεύειν καὶ ἀναφέρειν αὐτῷ τὰ κατὰ τὸν νόμον. *Hic Josephus inter dignitate præstantes Viros apud ipsos (Judæos) connumeratus erat. Sunt autem hi post Patriarcham Apostoli appellati, assidentque Patriarchæ & cum ipso sæpè assiduè in nocte ac die degunt, consulendi gratiâ, & ut referant ad ipsum ea, quæ sunt in lege.* & pp. ὁ κοιμηθεὶς ὁ πατριάρχης μετὰ καλῆς ἀπέθετο παρακαταθήκης τὸν ἴδιον υἱὸν κομιδῇ νέον ὄντα, Ἰωσήπῳ τε καὶ ἄλλῳ ἐπιεικεστάτῳ. *Obdormiit Patriarcha* (Ellel, baptismo ante obitum tinctus) *cum bono deposito, tradito filio proprio valdè juvene ipsi Josepho, & alteri cuidam aquissimo* pp. Ὡς δὲ ἐν τούτοις κατετρίβοντο ὁ μὲν παῖς ὁ καταληφθεὶς ὑπὸ Ἰελλὴλ εἰς πατριαρχίαν τρεφόμενος. οὐδεὶς γὰρ ἄλλος ἁρπάζει τὰς ἀρχὰς παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις, ἀλλὰ υἱὸς πατέρα διαδέχεται. *Cùm autem in his attereretur, adolescit puer relictus ab Ellel, qui in Patriarcham educabatur. Nemo enim alius rapit principatum apud Judæos, sed filius Patri succedit.* Vixit autem *Josephus* iste *Comes* temporibus Constantini Senioris, & Constantii: ut ibidem tradit Epiphanius. Nicol. Fullerus, *Miscell. sacr. l. 4. c. 16. p. 515: Sciendum est: Judæis Alexandriam, ut & Antiochiam incolentibus, præcipuè indultum antiquitùs a Regibus Græcis, & postmodùm ab Imperatoribus Romanis, ut æquo & pari cum cæteris civitatibus jure uterentur, delectumque haberent ex suâ gente Præsidem, cui parerent; exemti videlicet Jurisdictione & potestate Præsidis Regii ac Imperatorii. Hunc autem Magistratum Josephus, vel Græcorum more aliàs* ἄρχοντα *vocat, aliàs* ἐθνάρχην, hoc est, ἄρχοντα τοῦ ἔθνους, *gentis Judaicæ præfectum.* Vid. Joseph. *antiquit. Jud. l. 19. c. 4. pag. 674.* & *de bell. Jud. l. 7. c. 9. Græc. vel c. 21. Lat. pag. 973.*

Ibid.

Ibid. l. 35. ὁ ἐθνάρχης παρ' αὐτοῖς δύναται ὡς μηδὲν διαφέρειν βασιλεύοντος τοῦ ἔθνους.] Origenis Zelus pro defendendâ Susannâ, hyperbolen ei expressit: Quis enim crediderit post rebellionem Barchochebæ, & cladem illam Judæorum horrendam, tantùm libertatis eis concessisse Romanos, ut nihil vel parùm differrent ab iis temporibus, quibus ipsi Regnum tenuére? Respondebit Origenes sibiipsi, *Tom. in Matthæum, p. 229. edit. Huet.* Δοκεῖ μοι, ὅτι ὥσπερ ὁ νόμος καὶ οἱ Προφῆται μέχρι Ἰωάννου, μεθ' ὃν ἔληξεν ἡ προφητικὴ ἀπὸ Ἰουδαίων χάρις. οὕτως ἡ τῶν βασιλευσάντων ἐν τῷ λαῷ ἐξουσία, μέχρι τοῦ ἀναιρεῖν τοὺς νομιζομένους ἀξίους θανάτου αὐτοῖς ὑπάρχουσα, ἕως Ἰωάννου ἦν, καὶ ἀναιρεθέντος τοῦ τελευταίου τῶν προφητῶν παρανόμως ὑπὸ τοῦ Ἡρώδου, ἀφῃρέθη ὁ Ἰουδαίων βασιλεὺς τῆς τοῦ ἀναιρεῖν ἐξουσίας· εἰ γὰρ μὴ ἀφῄρητο αὐτὴν ὁ Ἡρώδης, οὐκ ἂν ἐδίκασεν ὁ Πιλάτος τὸν Ἰησοῦν τὴν ἐπὶ θανάτῳ, ἀλλ' ἤρκεσεν ἂν εἰς τοῦτο Ἡρώδης μετὰ τῆς τῶν ἀρχιερέων καὶ πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ εἰς τοῦτο βουλῆς. *Videtur mihi, quòd, sicut Lex & Prophetæ durârunt ad Johannem, postquam desiit Prophetiæ gratia inter Judæos: ita potestas Rectorum populi eò usque se extendens, ut dignos morte capite plecterent, manserit usq; ad Johannem: inique verò sublato ultimo Prophetarum ab Herode, ablatum est Judæorum Regi Jus vitæ & necis: nisi enim privatus eo fuisset Herodes, tunc Pilatus Jesum ad mortem non condemnâsset, sed suffecisset ad hoc Herodes cum consilio Sacerdotum & Seniorum Populi.* Idem, *Tom. 2. l. 6. c. 7. in epist. ad Rom. pag. 553: Aut, an non jure dicitur in hac parte mortuus sermo legis, cui nulla Sacrificia, nullum Sacerdotium, nulla Levitici ordinis deferuntur ministeria? Homicidam punire non potest, nec adulterum lapidare: hac enim sibi vendicat Romanorum potestas: & dubitas adhuc, si mortua sit litera Legis?* Idem, *L. 7. cont. Cels. pag. 349:* Ἀναιρεῖσθαι πολεμίων, ἢ τῶν παρὰ τὸν νόμον πεπτωκότων, καὶ ἀξίων κριθέντων τῆς διὰ πυρὸς, ἢ λίθων ἀναιρέσεως, οὐχ οἷόν τ' ἦν Χριστιανοὺς χρῆσθαι κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον· εἴγε οὐδ' οἱ Ἰουδαῖοι θέλοντες κατ' ἐκεῖνον δύνανται ταῦτα, ὡς ὁ νόμος προστάξειν, ἐπιτελεῖν. *Fieri non poterat, ut Christiani secundùm Mosis legem uterentur cædibus hostium, aut facinorosorum & ad supplicia condemnatorum occisione per ignem aut lapides: siquidem neque Judæi, quamvis vellent, secundùm præscripta Legis hæc exequi possunt.* An ex Judæorum (quibus solenne est Regna, & magistratus potentes somniare) traditionibus, hæc acceperit, ab iisque hactenus deceptus sit? ipse viderit Origenes.

Pag. 244. lin. 10. ὑπὸ Ῥωμαίων] Leo Castrius legendum putat Βαβυλωνίων, *sub Babyloniis.* Videtur tamen rectè dictum: *sub Romanis* fuisse *duas tribus*; ut argumentum sit *à minori ad majus*: nimirum, Si *duæ tribus sub Romanis* tantam habuerint potestatem; multò magis, *Decem Tribus sub Assyriis*, eandem aut majorem habuisse, credendum est.

Ibid. lin. 33. Ἡσαΐας] Leo Castrius verba Esajæ initialia & ultima tantùm affert.

Pag. 247. lin. 14. Ἀμβρόσιος] Vid annot. *in exhort ad Mart. p. 162. l. 13.*

Ibid. lin. 16. Ἀνίκητος] Quis hic *Anicetus* fuerit, à doctiore malo edoceri, quàm incertas scribere conjecturas.

Ibid. lin. 17. παρ' ἄλλων ἡμῶν πάπαν Ἀπολλινάριον ἅπαντας] Duo fuére *Apollinarii* cumprimis celebres: alter *Laodicenus*, schismatis auctor, à quo *Apollinaristæ* appellati sunt. Vixit is diu post Origenem: obiit enim, monente Hieronymo *in Catalogo*, sub Theodosio Imperatore. Alter in Asia Hierapolitanus Episcopus, ἀνὴρ ἀξιόλογος, καὶ πρὸς τῇ γνώσει τῶν θείων καὶ τὴν ἔξωθεν παιδείαν προσειληφώς. *Vir laude dignus, qui cum cognitione rerum divinarum, etiam externas didicit disciplinas.* Theodoreti elogio *L. 3. hæret. fabularum, c. 2. pag. 227.* Scripsit *Apologeticum pro Christianis*, quod Imperatori Marco Antonino secundo, cognomine Vero, obtulit: item, *libros V. adversùs gentes*: Et duos *de Veritate*, & *adversùm Cataphrygas* seu Montanistas. De quibus vide Hieron. *in Catalogo*: Photium, *in Biblioth. cod. 14.* Theodoretum, *l. d.* Trithemius eum floruisse vult circa Annum Domini 165. Eusebius tamen *in Chronico*, ab Hieronymo latinè verso, ei assignat annum Christi 172. Mors autem Maximini (post quam hanc Origenis Epistolam scriptam fuisse Cl. Huëtius suprà statuit) incidit in ann. Christi 238.

ſicq; intercedit ſpacium 66. annorum. Oportet igitur ut Apollinarius longævam vixerit vitam, & ferè centum attigerit annos: aut, ſi hoc minùs veriſimile videatur, aliquot ante Maximinum annis Epiſtolam hanc exaratam fuiſſe, cum Petavio Chronologo acerrimo eſt dicendum: aut alius denique nobis *Apollinarius* eſt quærendus. Vix autem alium reperies Epiſcopum, hoc nomine iis temporibus notum. Epiſcopatûs autem hujus Apollinarii, *Papa* cognomen eſt index.

Nam Papę antiquitùs ſalutabantur omnes Epiſcopi. Sic *Athanaſius*, apud Epiphanium, *hær.* 68: *Epiphanius*, apud Hieron. *Tom.* 2. *Apol adv. Ruffinum, pag.* 233. *Auguſtinus* apud Eundem, *Tom.* 2. *p.* 346. *in fin. epiſt. ad Auguſt. Johannes Patriarcha Alexandrinus*, à Sophronio Patriarchâ Hieroſol. *L.* 2. *epigr. c.* 1. *pag.* 104. *Lupus* à Sidonio Apollinari, *epiſtolar l.* 8. *pag.* 272. item: *Noverius, Principius, Proſper, Eufronius, Ambroſius*, &c. *eod. l.* 8. *& 9.* hoc nomine honorantur, Eſtque Πάππας, Πατρὸς ὑποκόρισμα, explicante Heſychio: *nomen blandum, quo Patres appellantur.* Et Walafrido Strab *de reb. Eccl. c.* 7. *Theotiſci habent voces ab ipſis Græcis*, kirch / à Κύριος & pabſt / (mallem pape / vel pfaff) *a Papâ, quod cujusdam paternitatis nomen eſt, & Clericorum congruit dignitati.* Poſteris temporibus viluiſſe apud Græcos videtur ſimplex Papæ nomen, cùm Iſaacus Commenus in bullâ apud Bonefidium p. 36. λιτὸν παπᾶν, *ſimplicem Papam* explicet ἤτοι ἀναγνώστην, *ſive Lectorem.* ubi crevit ambitio, etiam πρωτοπαπᾶς excogitatus eſt, à Græcis, de quo vide Codinum, & Meurſium *in Gloſſario*: cujus officium appellabatur πρωτοπαπαδίκιον, apud Balſamonem, *in Can.* 15. ἐξηγ. *Conc. Nic.* 1. *p.* 1111. Manſit tamen Alexandriæ huic nomini ſuus honos, quia adhuc ſuperiori ſeculo Joachimus Patriarcha Alexandrinus ſe ſimpliciter *Papam* nominat in teſtimonio Comiti Leuenſteinio dato Ἰωακὴμ Πάπας καὶ Πατριάρχης τῆς μεγάλης πόλεως Ἀλεξανδρείας καὶ κριτὴς τῆς οἰκουμένης. *Joachimus Papa & Patriarcha magnæ urbis Alexandriæ, Judex orbis terræ.* Cruſius, *in Turcogræciâ, pag.* 229. Latini verò Pontificem Romanum κατ' ἐξοχὴν Papam vocant, ex decreto Gregor. 7. qui unius eſſe nomen voluit. attamen aliis quoque poſteà communicatum fuiſſe probat Baluzius, *in not. ad Lup. Servat. p.* 418. Q. V.

FINIS NOTAR. IN EPIST. ORIGENIS AD AFRICANUM.

Errata in Notis ad Origenem corrigenda.

Col. 2. lin. 26. l. Africanus in epiſt. ad Origenem.
Col. 23 l. 14 l. Catholicum.
24. lin. 11. l. Antichriſti.
31. l. 22. l. præceptor.
34. l. 12. ἀδιάλυτος.
49. l. 20. l. Θεοπνεύστου.
55. l. 36. l. ἀδιακώλυτα.
43. l. quomodo.
Col. 67. lin. 25. leg. ἀποδόσεις.
71. lin. 7. leg. antecedentibus.
72. l. 19. l. πολλοί.
90. l. 30. l. pag. 138.
96. l. 16. l. φιλονεικία.
106. l. 45. l. προσκύνησιν.
118. l. 11. l. deponentis.
127. l. 36. l. aqua.
Col. 142 l. 18. l. ſcripturæ.
144. l. 48. l obſervandum.
182. l. 4. l. ὅτι.
196. l. 46. l ὑμῶν.
199. l. 26. l. Ægyptum.
205. l. 12. l. uſurpatum.
214. l 43. l. βασιλεία.
217. l. 2. l. attexere.

INDEX

INDEX
Locorum Scripturæ ab Origene allegatorum, & in Notis explicatorum.

GENESIS.

I. vers. 1.2. pag.90.
v.2. Not.59.
v.3.6.9.11. p.152.
v.8. p.151.226. & in Not.189.190.191.
v.26. p.106.
II. v.7. p.106.107.
v.8. p.201.
v. 23. p.240.
III. pag. 71.
v.9.p.27.28.N.29.30
v. 16. p. 204.
v.17.18.19. p.50.51.
v.18. Not.40.41..
v. 21. p.137.N.88.
v. 24. p.200.
IV. v.10. p.217.
VI. v.3.p.136.Not.87.
vers.6. pag.49.
IX. v.6. pag.15.
vers. 25. p.18.
XII. v.1. pag.165.
XIV.v.9. p.112.N.69.
XVIII. v.2. pag.122.
vers. 9. p.114.
XXI. v. 2. p.29.
XXII. v.1. p.112.
vers.2. p.15.
XXV. v.23. p.30.N.31.
XXVII. v.1. p.29.
XXXI.10.11.12.13.p.235
XXXII.v.23-31. p.236
XLV. pag.28.
XLVI.28. p.137.N.88.
XLIX. v.1-4. p.237.

EXODUS.

III. v.15. p.212.
XII.12.35.p.16.Not.27.
XVII. v.8.11. p.19.
XIX. v.6. p.166.
XX. v.3. p.168.
v.5. p.169.
v.13-16. p.15.62.63.
XXI. v.24. p.24.28.
XXII. v.20. p.211.
v.25.26. p.29.
XXIII. v.4.5. p.20.
v.7. p.244.
XXXII. v.8. p.167.
XXXV. v.2. p.246.

LEVITICUS.

XIX. v.18. p.65
XXI.v.17-21. p.192
XXIV. v.19. p.28.
XXV. v.36. p.29.

NUMERI.

XII. p.22.Not.28.
XV. v.32. p.246.
XVI.v.42 46.48. p.21.
XXV.v.2.3. p.167.

DEUTERONOM.

VI. v.5. p.65.
v.13. p.169.
X. v.13. p.21.
vers.20. pag.169.
XIII. v.3.4. p.167.
XVIII. v.20. p.169.
XXIV.vers.4. pag.32. Not.31.
XXXII.v.21.22.p.170
v.30. p.127.

JOSUA.

XXIV.v.14-17. p.178.

1. REGUM.

II. v.25. p.179.
XVII. v.26.36. p.160.
XXIV. & XXVI. p.21.

3. REGUM.

III. v.16.17. p.238.
XVII. 23. p.122.
XVIII. v.21. p.181.

4. REGUM.

II. v.11. p.135.
vers. 23. p.27.
vers. 24. p.25.
IV. v.36. p.122.
vers.37. p.25.

1. PARAL.

XVI. v.8-22. p.246.
v.23-33. p.246.

NEHEM.

I. pag.243.

ESTHER.

IV. vers.16. pag.194.

JOBUS.

I. vers.5.21. p.225.
II vers.9. p.226.
XLII. v.17. p.225.

PSALMI.

I. vers.1. p.241.
II. v.8.9.12. p.34.
VI. vers.2. p.165.
XV. v.10. p.136.
XXI.v.7.17. p.181.
XXVI.1.2.3. p.189.190.
XXXIII. al. XXXIV.
v.20 p.208.

Psal. XXXIV. v.6. p.1.
XXX.v.5. p.1. Not.p.11.
XXXVII.v.13.14.p.169.
XXXVIII. al. XXXIX.
v.7. p.208.
XLI. v.12. p.164.
v.3. p.136.
v.4. p.164.
v.5. p.165.
XLIII. 13 22. p.181.182.
v.24. p.31.
XLV. v.5. p.29.
LVI. v. 12.13. p.136.
LXVII. v.1. p.39.
LXXIII. v 19. p.136.
XCI. v.13. p.193.
XCV. v.1-13. p.246.
XCVII. v.9. p.179.
CIV. v.4. p.175.
CVI. v.4.5. p.34.
v.7. p.33.
CX. v.1. p.127.
CXV. 12. p.188. Not.122
v.13.15. p.191.
v.22. p.188.
CXVI. v.13. p.240.
CXVIII. v.73. p.107.
CXIX. al. CXX. v.4. in Notis p.30.
CXX. v.4. p.29.

PROVERB.

III. v.27. p.63.
VII. v.2. p.182.
XIV. v.29. p.209.
XXI. v 1. p.30.
XXII. v.28. p.227.
XXV. v.21. p.63.

ECCLESIASTES.

IV. v.2. p.182.

CANTICUM.

II. v.10.11.12. p.193.

JESAJAS.

I. v.3. p.32.33.
v.10. p.235.
v.21. p.127.
II. v.2.3.4. p.244.
IV. v.12.19.20. p.180.
V.28. p.29. Not.p.30.
VII. v.9. p.68.
XIV. v.9.10.11. p.180.
v.12. p.127.
XXIV. v.3.4. p.19.
XXV. v.8. p.147.
XXVIII. v.9-11. p.162. Not.101.
XXIX. v.13. p.167.
XL. v.10. p.209.
XLII. 1.2.3. p.35. N.32.
XLIII. v.10. p.189.
v.19. p.65.
XLIX. v.8. p.208.
L. v.1. p.38.
LI. v.7. p.165.
v.12. p.179.
LII. v.3. p.39.
v.7. p.18.
LIII. v.2. p.35.
v.5. p.39.
v.12. p.39.
LVI. v.11-15. p.205.
LXII. v.11. p.209.
LXVI. v.5. p.63. Not.45.

JEREMIAS.

I. v.5. p.107.
IX. v.23.24. p.31.
XIV. v.22. p.194.
XVII. v.21.24. p.246.
XXIX. 17. p.230. N.205
XXXI. v.34. p.33.
XXXVIII. 6.20. p.21.

THRENI.

III. v.33. p.137.

EZECHIEL.

XX. 5. in Notis p.32.
v.9-12. p.33.
XLIII. 44-46. p.246.

DANIEL.

II. v.34.35. p.35.
v.40. p.34.
III. v.13. p.31. & 194.
v.23.24. p.223.224.
v.94. p.135.
VI. v.22-24. p.194.
VII. v.13. p.36.
Adject. ad DAN. XIV. p.194.

HOSEAS.

XIII. v.14. p.147.

AMOS.

V. v.8. p.135.

JOEL.

II. vers. 32. p.189.

JONAS.

II. v.11. p.135.

MICHEAS.

IV. v.1. 2.3. p.245.

ZACHAR.

VII. v.10. p.22.

MALACHIAS.

II. v.10. p.153.

TOBIAS.

I. 10.11.12.19.20. p.242.
XI. v.15. p.29.

SAPIENTIA.

III. v.6. p.185.199.
IX. v.15. p.213.
XV. v.10. p.194.

2. MACCABÆOR.

VI. p.182.183.
VII. p.184.

MATTHÆUS.

I. vers. 6.7. p.126.
III. v.9. p.42.

Matth. IV.

Matth. IV. v. 9. p. 193.
v. 10. p. 169.
V. v. 11. 12. p. 164.
v. 16. p. 180.
verſ. 17. p. 63.
verſ. 28. p. 62.
verſ. 29. p. 69.
verſ. 34. 36. p. 168.
v. 38. p. 24. Not. 29.
v. 39. p. 24. 62.
v. 40. p. 28.
v. 43. 44. p. 20. 23. 63. 207. Not. 27.
VI. v. 24. p. 40. 41. N. 34.
VII. v. 2. p. 24. 48. 171.
v. 10. p. 157. Not. 97.
v. 14. p. 193. 208.
v. 15. 16. 18. p. 40. 41. Not. 34.
v. 20. p. 156.
v. 23. p. 21. 33. 34.
v. 23. p. 21. 33. 34.
v. 27. p. 214.
IX. v. 16. 17. p. 64. N. 47.
v. 22. p. 27.
X. v. 5. 17. 23. p. 195.
v. 10. p. 17.
v. 20. p. 204.
v. 28. 29. 33. p. 196.
v. 30. p. 198.
v. 32. p. 171.
v. 33. 34. p. 24. 48. 201.
v. 37. 39. p. 203.
XI. v. 1. 3. p. 37. N. 32. 33.
v. 5. 6. p. 38.
v. 27. p. 32. 33. 34. & in Notis p. 31. in fine.
v. 30. p. 194.
v. 56. p. 38.
XII. v. 29. p. 76.
v. 36. p. 168.

Matth. XIII. 3. 8. 19. 23. p. 215. 216.
v. 31. 33. 47. pag. 157. Not. 97.
XV. v. 18. p. 167.
XVI. v. 13. p. 60. 126.
v. 21. p. 113.
v. 24-26. p. 173. & 174.
XVIII. v. 6. p. 25.
v. 7. p. 62.
XIX. v. 14. p. 25.
v. 17. p. 169. Not. 11.
v. 21. p. 63.
v. 27. 28. 29. p. 175.
XX. v. 21. 22. p. 189. 192.
XXI. v. 7. p. 36.
XXII. v. 4. 5. p. 48.
v. 13. p. 22. 68.
v. 30. p. 178. Not. 116.
v. 42-45. p. 127.
XXIII. v. 13. p. 48. N. 40.
v. 29 37. p. 232.
v. 35. Not. 213.
XXIV. v. 27. p. 36.
v. 50. p. 18.
v. 51. in Not. p. 27.
XXV. v. 30. p. 22.
v. 30. 41. p. 23.
v. 48. p. 230.
XXVI. v. 24. p. 25.
v. 36. p. 189. 190. N. 122. 123. 124. 125.

Marcus.
III. v. 31. p. 113.
IV. v. 16. 17. 20. p. 216.
VIII. v. 31. p. 125.
v. 34-36. p. 173.
X. v. 19. in Notis p. 11.
v. 14. p. 25.
v. 30. p. 176.
XIII. v. 11. 12. 13. p. 196.

Marc. XIII. 36. p. 189. 190. N. 122. 123. 124. 125.

Lucas.
I. v. 35. p. 121.
III. v. 31. p. 126.
V. v. 38. p. 64.
VI. v. 6. p. 11.
v. 8. p. 27.
v. 29. p. 24. 28.
v. 38. p. 171.
v. 43-46. p. 40.
v. 44. p. 157.
v. 45. p. 41.
v. 48. p. 214.
VIII. v. 13. 15. p. 216.
v. 30. p. 28.
v. 46. p. 116. Not. 71.
IX. v. 1. 2. 6. p. 58.
v. 16. p. 156.
v. 19. 20. p. 60.
v. 22. p. 125.
v. 23-25. p. 173.
v. 26. p. 197.
X. v. 1. p. 8. 58. Not. 17.
v. 4. p. 17.
v. 18. p. 83. Not. 55.
v. 19. p. 201. Not. 129.
v. 22. in Not. p. 32.
XI. v. 12. 13. p. 157.
XII. v. 4-9. p. 197. 198.
v. 11. 12. p. 195.
v. 45. p. 230.
v. 46. p. 202.
v. 47. 48. p. 68.
v. 49. 50. p. 202. 192.
XIV. v. 26. p. 202.
XVI. 19. 29. ſeq. pag. 54. Not. 42. 43.
v. 25. 31. p. 57.
XVIII. v. 18. 19. p. 66.
v. 18. p. 3. Not. 11.

Luc. XVIII.

Luc.XVIII.v.27. p.134.
v.35-43. p.128.129. Not.81.
XX. v.44. p.129.
XXI.v.14-19. p.195.
XXII.v.19. p.156.
v.42.p.190.Not.122. 123.124.125.
XXIII.v.46.53. p.126.
XXIV. v.25. p.125.
vers.38. p.126.
39. p.111. Not.68.

JOHANNES.

I. v.3. p.107.
v. 14. p.108.
vers. 17. p.122.
v.29. p.37.
III. v.13. p.119.
V. v.24. p.206.
vers.31. p.61.
VIII. v.34. p.39.41.
v.37.39. p.203.
X. v.18. p.39.
XI. vers.34. pag.27. Not.30.
v.43. p.135.
v. 44. p.122.
XII. v.25. p.202.
vers.32.33. pag.218. Not.147.
XIII. v.34. p.63.64.65. Not.47.
XIV. v.6. p.38.110.115.
v.27. p.202.
XV. v.19. p.157.204.
XVI. v.7. p.37.
XVII. v.21.22. p.205.
v.23. p.64.
XX. v.27. p.111.116.
XXI. v.19. p.218.

ACTORUM.

V. v.41. p.164.
VII. v.52. p.234.
IX. v.15.16. p.58.&in Notis c.45.

ad ROMANOS.

I. v.2. p.126.
II. vers.16. p.9.10.47. Not.20.
vers.25. p.156.
V. v.3.4.5. p.207.
v.8.9. p.125.227.
VI. v.3. p.125.
v.9.10. p.124.
vers.19. p.77.
vers.20. p.40.
VII. v.5. p.140.
v.12.13. p.155.156.
v.24. pag. 71.157. 164.
v.25. p.146.
VIII. v.1.2. p.146.
vers.4-8. p.139.
v.9. p.140.
v.18. p.163.198.
v.20.21. p.169.175.
v.32. p.227.
v.36. p.31.
IX. v.8. p.203.
X. v.10. p.166.167.
vers.13. p.189.
vers.19. p.170.
XIII. v.9.10. p.65.67.
XIV. v.5. p.48.
XVI. v 20. p.201.
v.25. p.9.10.

1. ad CORINTH.

I. v.11.12.13. p.13.
v.24. p.107.
v.29.30.31. p.31.
1.adCor.III.2.3.p.15.129
vers.9. p.217.
v.11.12. p.200.
v.12. p.172.
v.21.22.23. p.154.
IV. v.9. p.179.
V. v.3.4.5. p.47.
v.5. p.52.68.
v.7. p.149.
VI. v.11. p.140.
v.15.16. p.141.171.
v.20. p.227.
VIII. v.6. p.155.
IX. v.7-10. p.31.
v.26. p.215.
X. vers.1-4. p.149.
v.4. p.156.
v.11. p.67.115.
v.16. p.116.156.
vers.21. pag.206. Not.129.130.
XI. v.17. p.141.
XII. v.24. p.154.
XIII. v.12. p.174.
XIV. v.34. p.147.
XV. v.1-4. p.117.
v.4.20. p.124.
v.14. p.118.
v.20.21.22.23. p.118. 119.122.123.
v.29.30. p.142.
v.32. p.207.
v.36.38. p.143.
v.38. Not.93.
v.40.41. p.110.
v.42. p.142.
v.45-47. p.150.151.
v.49. p.202.
v.50. p.138. Not 90.
v.51-53. p.143.144.
v.54. p.146.147.

2. ad Co-

2. ad CORINTH.
I. vers. 1. p.57.
v.5.7. p.207.208.
v.12. p.182.
v.20. p.148.
II. v.14.15. p.154.
III. v.3.11. p.145.
IV. v.4. pag.67.158. Not.48.
v.6. p 151.
v.7.11. p.145.
v.17.18. p.163.217.
v.18. p.210.
V. v.4. p.146.164.
v.8. p.165.
v.10. p.24.25.27.
v.17. p.65.
v.20. in Notis p.45.
VI. v.2. p 208.
v.3.4. p.208.
v.5. p.209.
v.7.8.9.10. p.209.
v.14. p.74.
X. v.18. p.57.199.
XII. v.4. p.175.
v.8. p.169.
XIII. v.1. p 147.
v.3. p.117.
v.4. p.125.

ad GALATAS.
I. v.7.8 9. p.9.10.
v.15. p.108.
II. v.20. p.140.174.
III. v.13. p.38.
IV. v.5. p.153.
V. v.10. p.47.62.
ad Gal. VI. v.7. p.48.
v.17. p.146.

ad EPHESIOS.
I. v.6.7. p.125.
v.21. p.127.
II. v.11-13. p.148.
v.12.16. p.112.
v.17. p.152.159.
III. v.8.9. p.155.
v.15. p.176.
IV. v.6. pag.153. & in Notis p.96.
v.10. p.119.
v.11. p.10.
v.26. p.22.
VI. v.12. p.214.
v.13.16. p.29.

ad PHILIPPENS.
I. v.23. pag.213.
II. v.9. p.218.
III. v.21. p.163.
IV. vers.7. p.165.202.

ad COLOSSENS.
I. vers.15. pag.170.
v.18. p.119.122.
v.24. p.200.
II. v.19. p.168.
III. v.3.4. p.159.
IV. v.10.11.14. pag.8.9. Not.19.20.

1. ad THESSALON.
II. vers.14.15.16. pag.125. & 234.
IV. v.16.17. p.36.

2. ad THESSALON.
I. v.6.7. p.48.

1. ad TIMOTH.
I. v.13. p.42.
II. v.2. p.159.

2. ad TIMOTH.
II. v.5. p.163.
v.8. p.9.
III. v.16. p.12.

1. PETRI.
I. v.6.7. p.204.
v.19. p.217.
II. v.9. p.166.

2. PETRI.
II. v.5. p.207.
v.19. p.41.
III. v.15. p.58.

1. JOHANNIS.
II. v.15.16.17. p.204.
v.22. p.206.
III. v.16. p.207.

ad HEBRÆOS.
I. v.1. p.235.
IV. v.14. p.175.
V. vers.12.13. pag.162. 177.201.
X. v.1. p.114.
v.32-36. p.210.
XI. v.37. p.125.232.
XII. vers.2. pag.201.

APOCALYPSIS.
V. v.9. in Notis p.33.
VI. v.9. p.192.205.
XX. v.4. p.192.
XXII. v.12. p.209.

FINIS INDICIS LOCORUM SCRIPTURAE.

INDEX AVCTORUM,

quorum testimoniis atque operâ usi sumus, additâ editione eorum, qui frequentiùs commemorantur.

A.

Abarbenel.
Aben-Ezra.
Greg. Abulpharajus, edit. Oxon. in 4.
Ado Viennensis.
Agobardus, edit. Baluzii, 8.
Gabriel Albaspinæus.
Alcimus Avitus.
Ambrosius, edit. Basil. 1567. fol.
Ammonius.
Amphilochius Iconiensis.
Anastasius Antiochenus.
Anastasius Sinaita.
Anthologia epigrammatum.
Antoninus Imperator.
Apollinarius.
Apollodorus.
Apulejus.
Aquila.
Bened. Arias-montanus.
Aristeas.
Aristoteles.
Arnaldus, Doctor Sorbonicus.
Arnobius. cum notis variorum Leidæ 1651. in 4.
Arsenius.
Athanasius, Græco-Lat. edit. Commelin. fol. 1600.
Athenagoras.
Auctores compilationis Cinglianæ.
Auctor glossæ ordinariæ.
Auctor glossæ interlinearis.
Auctor libri de mirabilibus Scripturæ.
Auctores Philocaliæ Basilius & Gregorius.
Auctor proœm. in Caten. in Johan.
Augustinus, edit. Basil. 1569. fol.

B.

Theodorus Balsamon, edit. Paris. Græco-Lat. fol. 1620.
Stephanus Baluzius.
Cæsar Baronius.
Basilius Cæsariensis.
Basilius M. edit. Paris. Græco-Lat. 1638. fol.
Basilius Seleuciensis.
Beda, edit. Basil. 1563. fol.
Rob. Bellarminus.
Bereschit Rabba.
Bernhardus, edit. Basil. 1566. fol.
Guilelmus Beveregius.
Emericus Bigotius.
Enimundus Bonefidius.
Brito.
Joh. Buxtorfius.
Joh. Jac. Buxtorfius.

C.

Cæsarius.
Canones Apostolorum.
- - - - Concilii Ancyrani.
- - - - Concil. Carthaginens.
- - - - Concil. Constantinop. I.
- - - - Concil. Laodiceni.
- - - - Concil. Nicæni I.
- - - - Concil. Nicæni II.
- - - - Ecclesiæ Africanæ.
Lud. Cappellus.
Carolus M. Imperator.
Isaacus Casaubonus.
Cassiodorus, Aureliæ 8. 1626.
Leo Castrius.

Cedrenus, Græco-Lat. Basil, 1566.
Celsus.
Joh. Chrysostomus, edit. Etoniensis (1613. fol.
Cicero.
Claudius, V. D. M.
Clemens.
Clemens Alexand. Græco-Lat. edit. Commelin, 1616. fol.
Joh. Coccejus.
Codex Alexandrinus MS.
- - - IV. Evangeliorum MS.
- - - Actuum Apostolor. MS.
- - - Epistol. Pauli MS.
Codinus.
Constitutiones Apostolicæ.
Corpus Canonum Græcorum MS.
Corpus Juris.
Valentinus O. 85. origine obscurus. N 56. Alexandriæ literis operam dedit. *ibid.* ejus dogma. O. 85. 86. & seqq. inquirit unde malum? O 87 Deum excusat. *ibid.* mali ortum in materiam transfert. O. 88. cur? O. 94. laudatur. O. 85. 89. Deum reapse facit auctorem mali. O 92. ex Hesiodo æonas finxit. N. 56. insignis fuit ab initio. N. 56. docuit in Ægypto, Romæ sed clam, & in Cypro. *ib.* admisit V.T. *N.* 60. serosæ instar Deos multiplicat. N. 37.

Vasa mali quænam? O. 76.

Venæsectiones an impediant resurrectionē? *O.* 133. N. 84. in venæsectione non vitalis, sed ater sanguis emittitur. O. 133.

Veritas adversari solet mendacibus. O. 23. invicta & immortalis est, boni Dei germen. O. 23. *N* 29. eam inveniet, qui veritatis, non rixandi studio inquirit divina dogmata. O. 70. invenitur depositis rixis & præjudiciis. O. 105. est amica & grata. O. 229. N. 205. Veritas, non auctoritas in disputatione quærenda. N. 59.

Versio Lxx κοινὴ est vitiata. N. 173. in illam irrepsit ex Theodotione historia Susannæ. N. 184. Versiones emendari debent ex Hebræo. N. 200. 201.

Vinum novum & Utres novi quid Marcionitis. O. 64 quid Orthodoxis. O. 64. N. 47. locus Marcionis palmarius. N. 47.

Virgâ ferreâ pascere de Romano imperio explicatur. O. 34.

Virtus ex voluntate, non ex necessitate, perficitur. N 55.

Unus in Scriptura ponitur pro *primus*. O. 184.

Uxoris restitutio martyri non promissa. O. 177 cur? O. 178. N. 116.

Y.

Ὕλη & ὀλιγὸν non denotant accidentia. N. 74.

Z.

Zacharias filius Barachiæ in Vet. Test. non commemoratur. O. 234. fuit filius Jojadæ. N. 213.

Zeno inventor dialecticæ. N. 4.

FINIS INDICIS RERUM ET VERBORUM.

Coro-

Coronis ad Lectorem.

QUòd iterum Te compellem, Benevole Lector, Amicorum provida facit cura. Jam absolveramus Notas nostras in Origenica opuscula cum Præfatione: & ecce Vir Doctissimus juxtà & humanissimus, THOMAS GALE, Socius Colleg. Trinit. Cantabrigiensis, Londino ad nos misit variantes Lectiones in Dialogum Origenis, è tribus Codicibus manuscriptis à se collectas; quas, unà cum Conjecturis ejusdem paucisque aliis, lubenter etiam in calce libri (cùm alius non suppeteret locus) adjecimus: tum quoq; ut nôrint omnes, quid humanitati præfati Cl. Viri debeamus. Sunt autem illi Codices non *Oxonienses* (uti in Præfatione p. 14. putavimus) ibi enim unus tantùm habetur: sed duo, Christianissimi Galliarum Regis, tertius verò, Bibliothecæ Cl. Gale accensendus. Vale quàm bellissimè.

R. 1. *notat Codicem Regis Galliæ primum.* R. 2. *Ejusdem Codicem secundum.* Th. G. *Codicem Thomæ Gale.*

Pag. 1. *lin.* 1. Ὠριγένους διάλογος α. Cod. Th. G.

Ibid. l. 3. Διάλεκτος] ità quidem Th. G. sed uterque RR. διάλεξις, & rectè. Eâ voce Plato in Sympos. & Zacharias Schol. in suo Dialogo hoc sensu utuntur.

Ib. l. 7. post συνελθόντων addit Th. G. δηλονότι περὶ εὐσεβείας συζητῆσαι ὁμόθυμα. consentit & R. 2. Videntur ex margine irrepsisse.

p. 2 *l.* 18. τῶν] Voculam hanc codex unus non habet.

p. 6. *l.* 30. τοῦ ἀγαθοῦ] R. 2. δημιουργοῦ. in margine Th. G. ἀγαθοῦ.

p. 7. *l.* 7. & 11. φάλσαι] R. 2. ψευδῆ, sed infrà πλαστά.

p. 8. *l.* 22. φάλσα] R. 2. πλαστῶ.

Ib. l. 29. ἐν τοῖς τελ. sic R. 2. sed R. 1. & Th. G. ἐν τῆς, malè.

Ib. l. 34. πρὸς ὑμᾶς] R. 2. ἡμᾶς, rectè.

p. 9. *l.* 4. παρέχοντας] R. 2. παρέχοντας.

p. 14. *l.* 4. ἀλλὰ τοῦ σώμ.] R. 2. ἀλλὰ τῇ.

p. 15 *l.* 6. ὁ πρότερον] Conjicit Cl. Gale πρῶτον.

p. 16. *l.* 11. οὕτως προέχει] R. 2. ἔχει. sed 1. Pet. II. 6. eadem locutio occurrit.

p. 20. *l.* 32. ἀνοίξας] ita Codd. omnes, opinor ἀποστρέψας ex LXX. *Vid. Notas supra p.* 29.

p. 22. *l.* 20 παρὰ τοῦ Ἀαρὼν] videtur aliquid deesse, sed hæc est omnium Codicum lectio: an περὶ τοῦ Ἀαρὼν, *Vid. Notas sup. p.* 28.

p. 25. *l.* 36. συμφωνίας] ita Codex noster, sed RR. & Th. G. συμφωνίας.

p. 27. *l.* 22. καὶ κεκομίσμεθα] ita Th. G. sed R. 2. κεκομίσμεθα, perperàm.

p. 28. *l.* 7. ἄγνοια εἶναι] R. 2. ἄγνοιαν εἶναι, τό, τι λέγειν, πῶς εἰ, καὶ τὸ, τί ἐστι ὄνομα λέγει.

Ibid. lin. ult. ὅτι] deest utrique RR.

p. 29. *l.* 4. ἑβδόμῳ μηνὶ] ità Codd. omnes. sed non agnoscit Interpres.

Ib. l. 30. διαφυλάξῃ] ità R. 1. διαφυλάξειν Th. G. sed διαβλέψαι R. 2. & rectè.

p. 30 *l.* 11. διοχλῆσαι] ita RR. sed Th. G. διαχυθῆναι.

p. 31. *l.* 34. τῇ αὐτῇ] R. 2. αὐτοῦ.

p. 32. *l.* 17. συμβουλόμενος] R. 1. σὺ βουλόμενος, appositè.

p. 33 *l.* 2. λαός μου] Th. G. λαός με.

Ib. l. 3. ὡς πάλιν] conjicit Cl. G. πάλαι.

p. 35. *l.* 13. ἐν δόξῃ] Th. G. ἐνδόξῃ.

Ib. l. 15. συνήκειν] RR. συνήκειν. conjicit Cl. G. συνηχεῖν.

p. 36. *l.* 3. πάλιν] Th. G. addit Ζαχαρίας.

p. 37 *l.* 5. ἔργα οὐ] Th. G. ἔργα αὐτοῦ.

Ib. l. 6. ἔπεμψε τοὺς] Interpres legit ἔπεμψε δύο.

Ib. l. ult. δεῖξαι] conj. Cl. G. διδάξαι.

p. 40. *l.* 8. ἐπεργάζεται] R. 2. ἀπεργάζεται. non ità rectè.

p. 44. *l.* 17. ὁ ἕκαστος] R. 2. καὶ ἕκαστος.

p. 46. *l.* 23. προφθέγγοντας] Th. G. προφυγόντας. R. 2. προσφυγ.

p. 51 *l.* 32. αὐτὸν λέγεις] legit Cl. Gale αὐτήν.

p. 61. *l. ult.* περὶ αὐτοῦ] conjic. idem, παρ' αὐτοῦ.

p. 62 *l. antepenult.* καὶ πορείαν] R. 2. ὡς πορείαν. rectè.

p. 64. *l.* 22. δηλονότι τὴν ἀγάπην ὠρέξατο] conj. Cl. G. δῆλον ὅτι - ὠρέξατο.

p. 68 *l.* 31. μελλόντων] R. 2. μελλουσῶν. perperàm.

p. 69. *l.* 9. & 10. in R. 2. literis majusculis habentur.

p. 70. *l. ult.* ὡς ἣν ἐνδεδύμεθα] Th. G. ἣν ἐνδεδύμεθα.

VARIANTES LECTIONES.

Pag. 72. *lin.* 13. ἐπισυμμίξαντα] sic R. 1. sed Th.G. σώματος.

Ib. l. 31. Ἐυτς.] Th. G. Ἀδαμάντιος.

p. 74. *l. penult.* προσλαμβάνειν] Th.G. προσλαμβάνειν rectè. postea interserit quædam Interpres.

p. 75. *l. antepen.* τῷ ἀγγέλῳ.] Th.G. τὸ.

p. 76. *l.* 6. Καὶ δύο] R. 1. αἱ.

p. 77. *l.* 17. εἰ γὰρ] R. 2. τί. Th.G. conj ἤ. & sic Interp.

p 78. *l.* 19. φθαρτὸν] R. 2. addit εἶναι.

p. 82. *l.* 26. κρίνεται] R. 2. κελευσθήσεται.

p. 84. *l.* 3. αἴτιον] R. 2. αἴτιον.

p. 85 *l. antepen.* ὑπνοῖ] Th. G. in marg. Δροσίου. Vid. Methodii Orat. p. 58.

p. 86. *l.* 25. ἰθρύνετο τὸν θυμόν] legit quidam Vir Doctiss. ἰθρύπτετο τὸν θυμόν. Vid. Hesych. in verbo θρύπτεται.

p. 87. *l.* 13. τὴν τῶν ἀδελφῶν] Th.G. in margine τὸ θυόεστον δεῖπνον. *confer Notas, p.* 57. *

p. 88. *l.* 16. ἀνάγκη λέγειν] R. 2 ἀν. πάλιν λέγ.

p. 89 *l.* 33. δεῖναι] R. 2. διδόναι.

p. 90. *l.* 1. μηδ' ἐπιστήμην] R. 2. μὴ κατ' ἐπ. Conj. Cl.G. μὴ δι' ἐπ.

p. 92. *l.* 2. ὅτι μὲν οὖν] Sunt hæc in Philocaliâ ex Eusebio, & apud Methodium. Quædam ex istis ad Origenem, quædam ad Maximum spectant, confer Basil. 2. Hom. in Hexaëm. & Ambros. in Hexaëm. Genebrardus ait, desumta esse ex tractatu Origenis in cap. 1. Genes. nam pauca illa, quæ jam extant Origenis in Genesin, reliquiæ sunt pleniorum Commentariorum de hoc argumento. Hæc igitur ibi olim habebantur. [*Vid. Præfationem nostram.*]

p. 95. *l.* 26. πρὸς τὸν Θεόν] Hactenus Methodius.

p. 96. *l. penult.* ἀπαγγέλω] Th. G. ἀγάπην.

p. 100. *l.* 21. ἄτρεπτος.] Cl.G. conjic. ἀπείρητος ... ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῆς.

p. 101. *l* 26 ἐγὼ πρῶτον] R. 2. ἐ μὲν οὖν.

p. 103. *l* 23. ἔστηκε] R 2. ἔστη κ.

p. 104. *l.* 22. πέφυκε] addit R. 2. Θεός.

p. 105. *l.* 16. Th.G. ponit titulum περὶ τοῦ Χριστοῦ

Ib. l. 19 ἀνειλήφει] R. 2. ἀναλήφθειαι.

p. 106. *l.* 12. πάθος] deest RR.

p. 109. *l.* 11. ἐν] deest R. 2.

Ib. l. 14. παρ' ὑ-] R. 1. παρὸν.

p. 118. *l.* 13. ἐκεῖνος] Th.G. κατ' ἐκείνους.

Ib. l. penult. κηρύσσεται] Conjic. Cl. G. ἐγήγερται ex 1. Cor XV 20.

p. 120 *l* 10. εἰς μόνας] R. 2. αἱ μόνας.

p 121. *l.* 30. διά σου] Cl.G conji μὴ διὰ σοῦ.

Ib. l. 31. ἐκ σοῦ] R. 2. addit ἅγιον· ὃ γὰρ ἔφη τὸ γεννώμενον.

Ib. l. 36. εἰ καὶ δεῖται] R. 2. οὔτι δεῖται. [*quæ juvant nostram conjecturam marginalem,* οὔτ' αὖ δεῖται.]

p. 127. *l.* 10. 11. 12. desunt R. 2. & Th. G. vitio describentium; qui simili voce in textu sequente, ad illam frequentissimè saltum facere solent: uti notum.

p. 128. *l.* 5. παιδομαθῆ] R. 2 addit Κύριον.

p. 132. *l.* 13. ὁ ἰὼν] Th G. ὁ ὢν. R. 1. ὁρῶν.

p. 133. *l.* 9. ἀποκεκρίναθαι] Th. G. ἀποκεκρίσθαι. R. 2. λεγέτω.

p. 134. *l.* 34. ὡς ἀνυπερβλ.-] R. 1. ὁ ἀν.

p. 135. *l.* 26. ἀπὸ τῶν] Th. G. ἐκ τῶν.

Ib. l. 27. ἐν ἀγγελμ.-] Th.G. & R. 2. καὶ ἀγγ. Th.G. in marg. ὡς.

Ib. l. 30. ἐστι] R. 2. ἤ σοι.

p. 136. *l.* 27. ὁρισάμεθα] R. 2. ὁρισάσθω.

p. 137. *l.* 7. λγ.] Th.G. λν.

p. 139. *l.* 5. ὅτι] legit Cl. G. ὄντι.

p. 141. *l.* 22. ἐπὶ τῶν] R. 2. ἐκ τῶν.

p. 144. *l* 26. τίνι τὸ] R. 2. τοίνυν τό.

p. 147. *l.* 5. ἀνάγκη] R. 2. ἀν. ἐστί.

p. 155. *l.* 31. ἀπόστολος] hîc desinit Codex Regius 1.

p. 159. *l.* 26. καταλειφθῶμεν] Conj. Cl. G. καταληφθῶμεν.

p. 160. *l.* 14. περιπίπτεις] Conj. Cl. G. ἀποτρέπει. vel ἐκτρέπεις.

Ib. l. 28. πάνσοφε] Conj. Cl. G. πάνσοφος.

Denique *pag.* 133. *l.* 20. lege degenerem.

Μόνῳ τῷ Θεῷ χάρις καὶ δόξα.



JOH. RODOLFUS WETSTENIUS,

SS. Theol. Doct. Nov. Test. Prof. Theol. Facult. p. t.

DECANUS:

JOH. RODOLFO, Dilecto suo Filio, S. P. P.

VETUS verbum est, Qui ædificat in publico, multos habet Censores: *nec dubitandum, quin ex editione horum* Origenis *opusculorum varia experturus sis judicia. Ego verò etsi nunc temporis eo fungar officio, cui* Censura *Librorum ad Religionem spectantium incumbit: tamen, quia me Auctorem & Suasorem illorum edendorum professus es; nec ego diffiteor; paucissimi Censura & judicio meo acquiescerent. Interim spero, satis nobis fuerit, nihil nos temerè ausos; sed, communicato cum Venerandis & Clarissimis Collegis consilio, ea publicâsse. Cæterùm, diligenter & attentè hanc tuam opellam recensui: ac nonnulla,* ὡς ἐν παρόδῳ, *animadverti, quæ à te præterita, lucem aliquam (nî fallor) his* Adamantii *scriptis afferre possent. Ea Lectoribus ultrò impertiam.*

Principio, sæpe meditabar: Quâ ratione *Disputatio* illa, quæ primum locum tenet, DIALOGI singulari Nomine esset inscripta: cùm Sectionibus quinque dispertita, minimum Duobus Actibus, ut ostendunt Judicis *Eutropii* totidem sententiæ finitivæ, constiterit: nec ab uno, sed *Quinque Adversariis*, diversissimè sentientibus, *Origenes* impugnatus fuerit: nec singulis his, peculiaris *Sectio* Disputationis tributa sit: denique vix uno toto die Collatio sive Conflictus iste Disputantium absolvi potuerit? Nullam aliam divinare quibam, præter hanc: quod *Sectione* I. Colloquentes erant Duo soli, *Origenes* & *Megethius*: postea II. accesserit *Megethio Marcus*: hactenus *Marcionitæ*. Deinde successêre *Valentiniani*, exordia ducente *Marino*, cui se adjungit *Megethius*, Sectione III. Quos interrumpit *Droserius* & *Valens*, Sectione IV. Tandem *Sectione* V. Promachus Valentinianus *Marinus*, à Duobus primariis Marcionitis *Megethio* & *Marco* adjutus tertiam & ultimam suam Propositionem eventilat. Atque hinc apparet, quod in *Proœmio* scriptū est, quorum spectet: nimirum, *Singulos* quidē *hæreticos suam hæresin defendisse*, interea *malitiose adversus* Adamantium *conspiràsse*. Id enim complicatio eorum, & suppetia mutuæ produnt sed totū *Consilium impiorum* uno spiritu dissipatum fuit.

Porrò. In *Versione Latinâ* observo, Plerosque omnes interpretes parum attendisse ad verborum proprietatem; sed elegantiæ ac flosculis orationis plus æquo studuisse. Unde non parum confusionis & obscuritatis ipsi Tractationi accessit. nam, dum Interpretes varietate Nominum suas eloquentiæ Cornucopias effundunt: rebus ipsis discrepare Colloquentes videntur. Ex gr. Nomen Δημιουργὸς (quod *Marcionitis* erat proprium unius alicujus *Principii*, hoc est, Dei) transtulerunt modò *Creatorem*, modò *Conditorem*, modò *Demiurgum*, modò *Fabricatorem* & *Opificem*. neque hoc grande peccatum deputo, sed quum Opponentis & Respondentis officium requirat, ut in iisdem terminis maneant; ne, si alter de cepis quærat, alter de alliis respondeat: certè id Lectori, græcè non erudito, facile suspectum fieri posset; siquidem videret *Marcionitam* de *Demiurgo* interrogantem, & *Origenem* de *Creatore* vel *Opifice* respondentem. Ideoque præstitisset (quod plerunque à te factum puto) per Nomen *Conditoris* exprimi Δημιουργὸν atque sic à *Creatore*, quem Ποιητὴν & Κτίστην vocant Orthodoxi, quadamtenus distingui.

Sed unum, præ cæteris frequens erratum, apud omnes Interpretes, non prætermittere debeo: de quo Reverendus & Clarissimus *Suicerus* noster (Not. col 52.) meritò sollicitus fuit. Etsi enim *Picus* & *Humfredus* & *Tarinus* &c: fortè plures, indifferenter Nomina, γεννητὸς & γενητὸς, horumque Composita Ἀγέννητος & Ἀγένητος, interpretati sint: tamen

 ad vi-

ad vitandam periculosam (addo, & impiam) confusionem præstat, illa pro suis etymis transferre: scilicet, γενητὸς, *factus. ortus, creatus*: ἀγένητος, *Non factus*, *Infectus*. *Non ortus*, *Increatus*: Sed, γεννητὸς, *genitus, generatus*: ἀγέννητος, *Ingenitus*, *Non generatus*. Quis autem non cernit: Si Filius Dei appellaretur Ἀγέννητος, *Ingenitus*; ejusdem *hypostasin*, sive Personalem existentiam, in dubium vocari? sique diceretur γενητὸς, æternam ejus Deitatem negatum iri? Cavendus autem eò magis hic error, quod etiam in MSS. græcis Orthographia debita dictis Nominibus non semper accuratè observetur; sed sæpe litera νῦ geminetur, ubi minimè oportuit; sæpe auferatur, ubi geminanda erat: itaque ipsius rei, quâ de agitur, consideratione versio paranda est.

Jam olim hujus periculi & erroris admonuerunt *Epiphan.* hær. LXIV. §. 8. *edit. Petav.* ubi primam Origeni hæresin (forsan tali graphico mendô ipse deceptus) impingit, περὶ γενητοῦ Θεοῦ: quod non est, ut *Petavius* vertit, *De genito Deo*, sed, *De facto* seu *creato Deo*: uti mox ibidem exponitur, τὸ γενητὸν Θεὸν ἀποκτίσαι, σαφὲς ἐστι, ὅτι Κτίσιν ὁρίζεται: ubi rectè versum: Γενητὸν, *hoc est*, productum *Deum dixisse* Origenem, ut jam *perspicuum sit, quod* Creatum *statueret*. Deinde ait, Velle quosdam Sophistas persuadere, ἴσον τῷ γεννητῷ εἶναι τὸ γενητὸν: *idem esse* γεννητὸν, quod γενητὸν. contrà ille: Οὐ παραδεκτέον δὲ ἐπὶ Θεοῦ λέγεσθαι, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τοῖς κτίσμασι μόνον. Ἕτερον γάρ ἐστι Γενητὸν, καὶ ἕτερον Γεννητόν. *At non est admittendum*, sic de *Deo loqui*; *sed solummodò de Creaturis*: *aliud enim est* Γενητὸν, scil. *Factum*, *Creatum*, *Productum*: & *aliud*, Γεννητὸν, *Genitum*, *Generatum*. Quid verò differant, *Joh. Damascenus*, *Orthod. Fid. Lib. I. Cap. IX.* explicavit candidissimè his verbis: Χρὴ εἰδέναι, ὅτι τὸ Ἀγένητον διὰ ἑνὸς ν γραφόμενον, τὸ Ἄκτιστον, ἤτοι τὸ Μὴ γενόμενον σημαίνει. τὸ δὲ Ἀγέννητον διὰ τῶν δύο νν. γραφόμενον, δηλοῖ τὸ μὴ γεννηθέν. κατὰ μὲν οὖν τὸ πρῶτον σημαινόμενον, διαφέρει οὐσία οὐσίας· ἄλλη γὰρ Οὐσία ἡ ἄκτιστος, ἤτοι ἀγένητος διὰ τοῦ ἑνὸς ν. καὶ ἄλλη ἡ γενητὴ, ἤτοι κτιστή· κατὰ δὲ τὸ δεύτερον σημαινόμενον, οὐ διαφέρει οὐσία οὐσίας. παντὸς γὰρ εἴδους ζώων ἡ πρώτη ὑπόστασις Ἀγέννητός ἐστιν, ἀλλ' οὐκ ἀγένητος. ἐκτίσθησαν γὰρ, ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ, τῷ λόγῳ αὐτοῦ παραχθέντα εἰς γένεσιν· οὐ μὴν ἐγεννήθησαν, μὴ προϋπάρχοντος ἑτέρου ὁμοειδοῦς, ἐξ οὗ γεννηθῶσι. κατὰ μὲν οὖν τὸ πρῶτον σημαινόμενον, κοινωνοῦσιν αἱ τρεῖς τῆς ἁγίας θεότητος ὑπέρθεοι ὑποστάσεις, ὁμοούσιοι γὰρ καὶ ἄκτιστοι ὑπάρχουσι. κατὰ δὲ τὸ δεύτερον σημαινόμενον, οὐδαμῶς. μόνος γὰρ ὁ Πατὴρ ἀγέννητος· οὐ γὰρ ἐξ ἑτέρας ἐστὶν ὑποστάσεως τὸ εἶναι. καὶ μόνος ὁ Υἱὸς γεννητός. ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς γὰρ οὐσίας ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως γεννηθεὶς (lego γεγεννημένος, quod & Interpres reddidit.) καὶ μόνον τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐκπορευτὸν, ἐκ τῆς Οὐσίας τοῦ Πατρὸς οὐ γεννώμενον, ἀλλ' ἐκπορευόμενον. Οὕτω τῆς θείας διδασκούσης γραφῆς: τοῦ τρόπου τῆς γεννήσεως καὶ ἐκπορεύσεως ἀκαταλήπτου ὑπάρχοντος. h. e. *Nosse oportet*, Ἀγένητον *per unum* ν. *scriptum*, *significare* Increatum *seu* Non-factum; *sed* Ἀγέννητον per duo νν. *exaratum*, *denotat* Non genitum. *Priori significatione*, *Substantia differt à Substantiâ*. *Est enim alia Substantia*, Increata *sive* Infecta (ἀγένητος *per unum* ν.) & *alia*, Γενητὴ, Facta *sive* Creata. *Posterioris significationis respectu*, *non differt Substantia à Substantia nam cujusque speciei animalium prima* (ὑπόστασις) *Subsistentia*, Ingenita *est*, *sed non* Infecta: *Creata enim sunt à Conditore*, *per ipsius Sermonê deducta in ortum*: *non verò genita fuerunt*, *cùm non præexisteret alterum ejusdem speciei*, *ex quo generarentur. Itaque secundùm priorem significationem*, *conveniunt inter se Tres Deitatis superdivinæ Hypostases* (*Personæ*) *Consubstantiales enim & Increatæ sunt*: *at*, *secundùm alterum significatum*, *nullo modo. Solus namque* Pater Ingenitus *est*: *non enim habet Essentiam suam ex alia hypostasi*: *Et solus* Filius Genitus *est*: *Ex Patris enim Substantia*, *sine principio & tempore genitus est*: *Et solus Spiritus S. procedit*, *ex Patris Substantia nõ generatus*, *sed procedens. Sic divinâ docente Scripturâ*: *Modò Generationis & Processionis istius incomprehensibili existente*. V. Athan. *de Decr. Syn. Nic.* to. 1. p. 424. &c.

Pag. 3. *lin.* 5. *à fin.* Πιστεύω δὲ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι.] Pic. & Humfr. *Credo etiam Spiritui Sancto.* Annotat Picus: Dixit *Spiritui S. æterno*, pro, *In Spiritum S. æternum*. Hæ phrases promiscuè olim Patribus usurpatæ leguntur. Id fusè ac solidè docet *P. Martyr* in 1 Cor. X, 2. *Joh. Drusius*, Observ. l. 3. c. 1. & Miscellan. l. 1. c. 21. Ex hebraismo. Consul. *Tho. Gataker.* Cinni sui cap. 20.

Pag. 8. *lin* 6. Ἀναγινωσκέτω.] *Recitetur.* Sic *Eutropius* Moderator jubet. Cæterum, Quid, Unde, quibus verbis, recitatum fuerit? non commemoratur, sed hîc omissum est. Si conferas sequentia; plerisque locis, quibus ad contextum

textum aliquem sacrum à partibus appellatum, & à Judice mandata fuit Recitatio verborum; statim lecta fuerunt formalia, quæ vocantur, verba Scripturæ. Vide sis pag 50: & 58: & 64: & 85: & 90: & 121: & 127: & 142. &c. Adde: quod *Eutropius* inf. *pag.* 58. *med.* dicat: *Memini*, Apostolos *in Evangelio* XII. & LXXII. *esse* traditos. Non video, unde Paganus *meminisse* potuerit, nisi ex recitatione, præsenti loco & occasione factâ.

Pag. 10. *lin* 11. [διηγ[ελ]ισάμεθα] *Nunciavimus*. Verbum istud parentheticum, repetendum fuisse ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, res ipsa, ni fallor, postulat, & sensus; aliás nullus: quanquam omissum etiam sit in nostro M-S.

Pag. 11. *med.* Οὐκοῦν νοητά ἐστιν καὶ [ὄν] ψιλά.] Intercalandum esse ὄν, docet *Origenis* sententia, seq. pag. 12 l. 2. & seqq. Νοητοί εἰσι πᾶσαι αἱ θεῖαι γραφαὶ, καὶ οὐκ ἤδη τὰ γεγραμμένα ψιλά, ταῦτά ἐστι τὰ ἀληθῆ καὶ σαφῆ. *Ad intellectum spectant omnes divina Scriptura: nec jam ea, qua nudis literis scripta sunt, ista etiam vera & dilucida sunt.* Consentiunt his, quæ idem inf. Sect. V. pag. 139. pronuntiat. lin. 6-9.

Ead. p. lin. 6. *à fin.* Ἀνάγνωθι] *Recognosce.* Mallem: *Lege & attende.*

Ad *pag.* 20. *lin.* 16. Not. *col.* 27. *med.* post verba: ut ἀποδείξ[ει] patet.] *Adde*: itemque collatione antecedentium *Origenis* verborum, pag. 19. lin. 5. à fin. & p. 20. Εἰ μὲν οὖν ἐκλέξαιτο τῶν χειρῶν τοῦ Χριστοῦ πάντας ἴσωσι, πιστός τε καὶ ἄπιστος. mox iterum: Οἱ δὲ οἱ πιστεύσαντες αὐτῷ ἐσώθησαν, οἱ δὲ ἀπιστήσαντες αὐτῷ ἀπώλοντο. Liquet.

Pag. 27. *lin.* 4. 5. καὶ ὁ καλὸς δίκαιος ἔστω.] Not. *col.* 20. *inf.* - & rei quadrantem. *Adde*: Si liceat audacius conjectari, dicam: οὐκ ἀγαθὸς καὶ δίκαιος ἔσῃ; *Non'ne Bonus, eris & Justus?*

AD SECTIONEM II.

Pag. 43. *lin.* 6. 7. Οὐ τρεῖς ἀρχὰς, ἀλλὰ δύο εἶναι.] *Non Tria Principia, sed Duo esse.* Hinc solvatur Dubitatio, quæ diu vexavit Viros doctos: *Utrum* Marcionitæ *DUO, an TRIA Principia*, i, e. Duos, an Tres Deos *statuerint?* Illis, in partes suas allegantibus *Irenaum*, Lib. 2. c. 1. & lib. 4. c. 57. *Tertullian.* passim, *Euseb.* lib. 5. Hist. Eccl. & *Isidorum*: Istis, ad *Epiphanium* & *Augustinum*, nec non *Theodoret*. de fab. hæret. lib. 1. provocantibus. Desinat contentio: habes enim hic duos *Marcionis* hyperaspistas, *Megethium*, qui *Tria*; & *Marcum*, qui *Duo Principia* propugnavit. Vid. *Lamb. Danaus* in Augustin. de hæres. cap. 22. num. 2. pag. m. 65.

Pag 44. *med.* in verbis *Adam.* ὅτι ἕκαστος ἔχει τὴν ἰδίαν κτῆσιν.] Sic M.S. quod significat, *Suam cuique propriam esse possessionem.* Verùm, tam *Picus*, quàm *Humfredus* interpretatur *Creaturam*: quod proin suo loco reliquimus. Ad marginem notandum erat: Gr. *possessionem.* Mihi videtur, Dominium & *Potentiam* cujusque argui à *Possessione*, seu Subditis cuique propriis. Id ostendit Quæstio proxima. *Cujus esse dicis homines, Boni an Mali?* Iterum *Eutropius* mox: *Qui comprehendit* (possidet) *Bonus eos, qui ad Malum pertinent?*

Pag. 46. *lin.* 12. *à fin.* ποία διαφορὰ τοῦ ἀγαθοῦ;] Picus: *Quid interest inter Bonum & Malum?* Legisse videtur in suo Cod. - τοῦ ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ; Verterem nostra: *Qua prastantia erit Boni illius?* Hoc indigetant sequentia: ἴση γὰρ προαίρεσις ἀμφοτέρων h. e. *UTRIUSQUE enim par studium*, vel consilium æquale. nimirum, Quod *par* est & *aquale* alteri, nullâ prærogativâ pollet.

Pag. 53. *init.* Ἐπὶ τὴν εὐχαριστίαν ἔρχεται.] Mallem: *Ad* vel *super Eucharistiam venit.*

Pag. 59. *lin.* 23. Τούτους κηρύξαι] *hos* absque scriptis *pradicâsse*. Supplenda esse hæc verba, & in Gr. deficere quod antecedit Adverbium (ἀγράφως) demonstrant etiam *seq. pag.* 60. *lin.* 6. *à fin.* verba *Eutropii*: *Scripsit ne Petrus Evangelium? Cur igitur afferebas (Marce) illos (ἀγράφως) sine scriptis docuisse?* Hanc eandem sententiam *Marci*, etiam redarguebat, quando superiori loco dixit: *Stolidum nimis esse, dicere: Illos, qui ad pradicandum Evangelium missi sunt, hos illud ἀγράφως*, sine scriptis, *pradicâsse*: *at*, Paulum *non missum*, *in scriptis docuisse, dicere.* Utramque *Marci* sententiam, ut sibiipsis contrarias, explodit.

Pag. 62. *lin.* 4. ὅτι Χριστὸς εἰ μὴ ξένος.] Sic M-S. nostrum. Meliori Codice usus videtur *Picus*, qui vertit: *Nunquam in Evangeliis reperire licet, Salvatorem docuisse quenquam, nempe hoc, Christus sum Peregrinus.* Apertissimo sensu. Itaque scribendum: Χριστός εἰμι ξένος.

Pag. 67. *med.* *Qui facit, ne affulgeat iis lumen*] Plus inest phrasi, μὴ καταυγάσαι τὸν φωτισμόν. Mallem: *ne penetret*: vel, ne perficiatur *eorum illuminatio.*

AD SECTIONEM III.

Pag. 72. *lin.* 4. *à fin.* Δύο ῥίζας οἶδα — iterum l. ult. Δύο ῥίζας φημι] *Duas Radices* appellabant *Valentiniani*, quas δύο ἀρχὰς, sive *Duo Principia* nominabant *Marcionitæ*. Utrumque Nomen, ἀρχὴ & ῥίζα Orthodoxi usurpabant de vero DEO, præsertim PATRE. Sic initialia verba Evangelii Johannis: Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος. *In Principio erat ille Sermo*, id est, *In Patre*: sunt interpretati. Τὴν μὲν γὰρ ἀρχὴν, ἀφ' ἧς ἀνεβλάστησεν ὁ ὀρθόβλαστος Λόγος· τὴν Πατέρα καὶ ποιητὴν τῶν ὅλων φατέον, ἐν ᾧ ἦν. *Etenim Principium, à quo EFFLORUIT integerrimus ille Sermo, dicendus est* PATER *ille & Creator omnium, in Quo erat*: Methodius apud *Photium* P. CP Biblioth. Cod. ccxxxv. p.m. 497. Edit. Hœschel Fortè secundùm *Athanasium*, Orat. 5. cont. Arian. Similiter, propter Generationem (*qu Germinationem*) Filii ex Patre, hunc *Radicem* illius dixère. *Marcus Diadochus*, Oratione ἀνεκδότῳ contr. Arianos: Κεφαλὴ τοῦ Υἱοῦ, τουτέστι τοῦ Λόγου ὁ Πατὴρ ὁ πάνσοφος, οὐκ ἐν πλεονασμῷ τιμῆς ἢ δόξης· ἀλλ' ἐν ὑποστάσει πατρότητος, καθ' ἥν ἐστι καὶ αὐτός. ἐπειδὴ Ῥίζα τοῦ ἀληθινοῦ Λόγου τουτέστιν ὁ Πατὴρ ὅσπερ ἐστὶν ὁ ἀληθινὸς Θεός. Καὶ ῥίζαν γάρ, φησι, Λόγου, ὁ Ἰὼβ, εὑρήσομεν αὐτοῦ· τουτέστιν, ἐκ τῶν κόλπων τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸν Λόγον γνωσόμεθα, ῥίζα γὰρ ὄντως τοῦ λόγου, ὁ κόλπος τοῦ Θεοῦ φυσικῶς, ᾧ ὁ λόγος ἐρρίζωται. *Caput FILII, hoc est, Sermonis illius est PATER ille Sapientissimus, non propter honoris aut gloriæ quandam exuperantiam; sed propter Paternitatis hypostasin, secundùm quam & Ipse est: quandoquidem* Radix *Veri Sermonis est Pater, hoc est, Verax ille Deus. Etenim* Radicem, *inquit Job*, inveniemus Sermonis ipsius: *hoc est, è sinu Patris esse illum Sermonem cognoscemus.* RADIX *enim* SERMONIS *ipsius reverà est* Sinus DEI *naturaliter, in quo Sermo ille radicatus est*. Nimirum, hæretici suas fabulas pigmentis Vocabulorum Orthodoxis communium inducere, ac ità facilius eas persuadere suis Auditoribus satagebant.

Pag 78. *lin ult.* εἰρωνικὴν πύστιν, *perridiculam quæstionem*] Picus: *quàm maximè ironicam*. pressè satis Licebit latinè, *simulatoriam quæstionem*, dicere.

Pag. 84. *lin.* 9. 10. οὐ γὰρ ἐνδέχεται ἀπὸ πτώματος πίπτειν, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ ἑστάναι. *non enim à lapsu, sed à statu, quis cadere potest.*] Hæc erudire possunt recentiores quosdam Theologos, Hominem considerantes in diverso *Statu Innocentiæ, Lapsûs, Gratiæ, Gloriæ*. Præterquam quod nemo Veterum sic præiverit, est (ut mollissimè dicam) inconcinna valdè Nomenclatio, *Status Lapsûs*.

Ib lin. 16. Δύο ἀγέννητα εἶναι, ἀδύνατον.] Picus: *Duo ingenita (infecta) esse natura non patitur.* Videtur legisse φύσει ἀδύνατον. Aliàs eo supplemento ad sententiæ veritatem nil opus.

AD SECTIONEM IV.

Pag. 89. *lin.* 10. Οὕτως ἔδοξέ μοι ἔχειν.] In Notis ad h. l. *col* 59. *l.* 10. perperàm excusum est: *ut his o f.* pro. *ut nil opus fuerit.* posteà l. 4. è *Pico* restitue: *Ita mihi res se habere visa est.*

Pag. 92-95.] Ista quidem in *Philocalia* legi, verum est: Sed & apud *Eusebium* in de Præpar. evang. *lib. VII.* extremo, *inveniri*, rectè ibid. traditur. Non autem, ut Nota marg. vult, solummodò *usque* ad verba pag. 95. ἐξ οὐκ ὄντων γεγονέναι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ:] producuntur *Origenis* disputata: sed in sequentibus ejusdem Dialogi plura occurrunt, quanquam variè distracta. Quod ostendere non pigrabor: facto indicio paginarum *Philocaliæ* secundùm editionem Paris. Joh. Tarini, An. 1619. in 4.

Pag. 95. Verba *Valentis*: Ἐμοὶ ἡ ὕλη ποιότητας ἀνάρχους ἔχειν δοκεῖ.] Philoc. p 389.

Pag. 96. *inf. Adamant.* Τίνα τρόπον δημιουργὸν φὴς τὸν Θεόν;] Philoc. p. 390. med. sed hic legitur: Τίνι τρόπῳ. Eodem sensu. Dein, sub fin. ἐφύλαξεν ἐκείνας ἅσπερ ἤσαν] addit *Philoc.* πρὸ τοῦ, *antea*: quod illustrat sensum.

Ibid. VAL. Οὐ δοκεῖ μοι] Philoc. Οὔτι μοι δοκεῖ. hoc parum refert.

Pag. 97. *lin* 12. καθ' ὅπερ] Philoc. καθ' ἃς, *secundùm quas*, scil Qualitates. Optimè.

Ibid lin. 5. 6. ὡς οὐκέτι λίθοι μένει, τῇ οὐσίᾳ γενόμενοι.] Clariùs & plenius Philoc. pag. 391: ὡς οὐκέτι λίθοι μένουσι τῇ οὐσίᾳ, οἰκία γενόμενοι οἱ λίθοι: *quasi non amplius lapides manerent suâ substantiâ, postquam domus facti sunt illi lapides.* Τῇ γὰρ ποιότητι τῆς συνθέσεως τὴν οἰκίαν γεγονέναι φημί· τρεπείσης δηλονότι (lege. δηλονότι) τῆς προτέρας τῶν λίθων ποιότητος. οὕτω μοι δοκεῖ *nam, Qualitate compositionis domum illam factam esse, dico; conversâ nimirum priori lapidum illorum Qualitate. Sic mihi videtur* &c.

Ibid.

Ibid. l. 9. καθ' ἣν τὴν τοῦδε τοῦ κόσμου γένεσιν] Picus: *Per quam hujus M creationem.* Legit, καθ' ἣν, quomodo & *Philoc.* Tarini p. 391. & M-S. Basil. habent.

Ibid. lin. 12. Ἐπεὶ τοίνυν, πρὸ τοῦ λέγεις ποιότητας πρὸς τοῦ Θεοῦ γεγονέναι, φησὶ· ἀπόκρι-] Totum istud κῶλον deficit in *Tarini* græco: etiam in M-S. Basil. Et tamen *Tarinus* verba latina exhibuit in suâ *Philoc.* Forsan ex alio Cod. ut refert in *Notis.* Itaque *Spencerus* redintegravit. Sequentia multimodè variant: & quia Personæ colloquentes, in *Philoc.* non expressæ, nec verba eorum certis membris distincta sunt; sæpe colliquescunt *Valentis* & *Origenis* dicta, uti comparanti *Dial.* nostri pag. 97. cum *Philoc. Tar.* p. 391. patebit.

Ibid. lin. ult. ἡ μὲν πρότερον-] Philoc. Ἡ ἡ μέν. Sic M-S. Bas. Non solùm Dilemma hic *Philocalia* exhibet; sed hoc alterum membrum longè prolixiùs diducit: prætermissis quæcunque *Dial. pag.* 98. *l.* 3. post verbum γεγονέναι, scribuntur; usque ad *Eutropii* quæstionem, *med. pag.* 98: πότερον διὰ παμένουσιν μὲν, κλ. Sic autem connectuntur illa, *Philoc. p.* 392: Ἢ εἰ μὲν πρότερον οὐκ ἦσαν ποιότητες κακαὶ, ἐκ δὲ τροπῆς γεγονέναι πρὸς τοῦ Θεοῦ τὰς πρώτας, τοιαύτας περὶ τὴν ὕλην γεγονέναι [hactenus Dialogus noster] ποιότητας φῄς, αἴτιος ἔσται τῶν κακῶν ὁ Θεὸς, τρέψας τὰς οὐκ οὔσας ποιότητας κακὰς, εἰς τὸ εἶναι κακάς. ἢ τὰς μὲν ποιότητας κακὰς εἰς τὸ κρεῖττον οὐ δοκεῖ σοι τρέψαι τὸν Θεὸν, τὰς δὲ λοιπὰς καὶ μόνας ὅσαι ἀδιάφοροι ἐτύγχανον, τῆς διακοσμήσεως ἕνεκα πρὸς τοῦ Θεοῦ τετράφθαι λέγεις; Οὕτως ἄνωθεν εἶχον ἐγώ. Πῶς τοίνυν τὰς τῶν φαύλων ποιότητας ὡς εἶχον καταλελοιπέναι λέγεις; πότερον δυνάμενος μὲν κλ. h. e. *Vel si prius non erant Qualitates malæ; ideò verò, quod primæ a Deo mutatæ sint, tales in Materia factas esse Qualitates dicis; malorum causa erit Deus, qui Qualitates non malas mutaverit ut essent malæ: Vel, malas Qualitates in melius mutâsse Deum non existimas sed reliquas & solas, quotquot præstantiores erant,* (perperàm *Tarin.* &c *solas medias ac indifferentes*: tales enim ἀδιάφοροι dicuntur: sicut h. l. scriptum extat in Cod. Basil.) *ornatûs causâ, dicis, a DEO mutatas esse! Ita superiùs ego tenebam. Quomodo igitur malas illas deteriorum Qualitates, prout se habebant, dereliquisse dicis? Utrum cùm posset quidem,* &c. Si quis adhuc dubitet, utrum διάφοροι an ἀδιάφοροι legendum isthic sit? respiciat, πῶς ἄνωθεν εἶχε, *qui superiùs habuerit* sententia Colloquentis *Valentiniani*: mox deprehendet, eum statuere: Deum, *quando creare Mundum incepit, a pessimis Materiæ partibus distinxisse pulcerrimas*: ex istis, τὰ ὅσα δημιουργῆσαι, διακοσμοῦντα καλῶς, *ea quæ sunt, operatum, eleganter exornâsse*: illa verò, ad conditionem inepta, reliquisse prout se habebant; è quibus mala fluxerint. *Dial.* nostri p. 88. 89. & 98. At, de partibus Materiæ *mediis & indifferentibus, quibus* (ut *Vigerus* apud *Euseb.* vertit) *nihil cum bonis malisve commune*; nihil quidem illi somniârunt. Hanc pericopam, quia in postremis est eorum, quæ secundùm seriem & consequentiam *Philocalia* respondent *Dialogo* nostro, pag. 98. & 99. ideò exscripsi; quoniam hujus & cæterarum collatione unicuique apparebit, *Maximi Dialogum*, è quo sua prompsit (uti profitetur fin. Cap. anteced.) *Eusebius*, & cum quibus *Philocalia* verba διαρρήδην consentiunt; illum, inquam *Dialogum* nil aliud esse, quàm interpolatum, & disertiùs explicatiusque (veluti cum Commentario) productum & expolitum *Origenis Dialogum contra Marcion. & Valentin.* quantum quidem ad eam partem, quæ περὶ τῶν κακῶν γένεσις, *de Origine malorum*, sive πόθεν τὰ κακά; *istâ Sect. IV.* disceptantur. Nec verisimile mihi fit, illum *Maximi Dialogum* priùs fuisse conscriptum: nisi credere malimus, Maximum eodem egisse Prophetam; utpote, qui non solùm *Origenis* prædixerit argumenta; sed &, Quid *Droserius* & *Valens*, ex *Valentini* traditionibus isthic erant objecturi. Certè unâ *pag. Philoc.* 391. sexies *Adamantii* & *Valentis* formalia (ut extant *Dial n.* p. 97.) repetuntur: quæ an *Maximus*, antiquior *Adamantio*, potuerit divinare, haut capio.

Pag. 98 *lin* 8. *à fin. μηδόλως*] Philoc. distinctius, μηδ' ὅλως. Lin. seq. οὐκ ἂν αἴτιος ἦν, εἰ συνεχ. μ.] Philoc. pro εἰ, legit ἄν. Tarin. *Causa non erat eorum, quæ, ut erant, dereliquit.*

Ibid. ἐπειδὴ δὲ μέρος αὐτῆς] Philoc. p. 392. inf. & 393. sic: ἐπεὶ δὲ μέρος μὲν ἐξ αὐτῆς δημιουργεῖ, μέρος δὲ τι οὕτως ἐᾷ, δυνάμενος κἀκεῖνο τρέψαι εἰς τὸ κρεῖττον, αἰτίαν ὀφλισκάνειν ἄξιος εἶναί μοι δοκεῖ, καταλιπὼν κλ. *Cùm autem partem ejus fabricetur, partem aliam sic linquat quam & ipsam mutare in melius posset; dignus mihi videtur qui culpam ferat*: utpote *qui reliquerit,* &c.

Pag. 99. *init. linea* 12. consentiunt cum *Philoc.* p. 393. tantùm l. 4. inter ἀντιλαμβανόμενον τῶν κακῶν, ponit τούτων. Tarinus: *quæ mala nunc appetit*: pro, sustinet, perpetitur. Pejus erravit, cùm p. p. de Homine creato (quod exemplum non extat in *Dial.* nostro) τὸ μηδενὸς ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν κακῶν παρὰ τῆς φύσεως εἶχεν. vertit: *ita est à naturá comparatus, ut nihil mali* appetat vel admittat. (quod falsum est apertè.) rectiùs *Vigerius* apud *Euseb.* *A Naturá hoc habebat, nihil ut omnino mali pateretur.* Mirum, hæc & plura talia Doctiss. *Spencerum* prætermisisse.

Ibid. lin. 10. νῦν δὲ] Philoc. νυνὶ, pari sensu. l. 12. κακῶν.] Post hæc in *Philoc.* & *Euseb.* Hominis exemplum adjicitur, primitus absque omni malorum sensu creati. Quod in auctario depurandum interpolantis Explanatoris, cuivis liquet. Lin. 15. προσγινόμενον] προσγενόμ. Iidem.

Ibid. lin 16. Εἰ δ' ἐκ τ. μ. δ. τ. Θεὸν ἀναιρεῖν τὰ κακὰ] verbum ἀναιρεῖν, deest nostro Cod. sed id tùm ex antecedentibus, nempe Propositione dilemmaticâ *Eutropii*, p. 98. *med.* tùm ex Joh *Pici* versione, tùm ex *Euseb.* & *Philocal.* repetendum. Plenius ac planiùs isti sic: *Tarini* p. 394: Εἰ δ' ἐκ τοῦ μὴ δύνασθαι τὸν Θεὸν ἀναιρεῖν τὰ κακὰ, τὸ μὴ πεπαῦσθαι λέγεις, ἀδύνατον τὸν Θεὸν φύσεως ὑπάρχειν· τὸ δὲ ἀδύνατον, ἤτοι τῷ φύσει αὐτὸν ἀσθενῆ εἶναι ἐστι· ἢ τῷ νικᾶσθαι τῷ φόβῳ δεδουλωμένον πρὸς ὄντος κρείττονος. [εἰ μὲν οὖν τὸν Θεὸν φύσει ἀσθενῆ ὄντα τολμήσεις εἰπεῖν, περὶ τῆς σωτηρίας αὐτῆς κινδυνεύειν μοι δοκεῖς· εἰ δὲ τῷ νικᾶσθαι φόβῳ πρὸς τοῦ μείζονος,] μείζονα ἐστι τοῦ Θεοῦ τὰ κακὰ, κλ. *Sin autem ex eo, quod non possit Deus tollere mala, dicas, ea non cessare; impotentem esse Deum statues*: hæc verò *impotentia, vel ex eo erit, quod Naturá ipse infirmus sit; vel, quod metu vincatur, velut in servitutem redactus à potentiore*: [Si quidem ergo, DEUM Naturâ infirmum esse, audebis dicere; videris mihi de salute ipsâ periclitari: sin verò, quod vincatur metu potentioris] *potentiora DEO erunt mala*, &c. usque ad, τὴν ἁπάντων ἐξουσίαν ἔχει. *in universa potestatem habet.* En iterum Specimen interpolationis, quanquam fatear, ad elucidationem Veritatis peridoneæ. Quæ sequuntur in Philoc. perplexè habent.

Pag. 100. *lin.* 11. 12. Expone - quæ d. *secundùm Substantiam*, tùm *secundum hypostasin* esse] Ordo perversus est, restituendus juxta græcum. *Hypostasis* præcedat *Substantiam*.

Idem ead. p. med. Ἐκ τῶν συμβεβηκότων αὐτῇ. usque ad p. 101. med. τὰ γινόμενα πρὸς αὐτῶν δείκνυσθαι] Qui hæc *Adamantii* plenè velit percipere, legat è *Maximo* & *Eusebio*, quæ referunt Auctores *Philocaliæ*, edit. *Tarin.* p. 385. *inf.* 386. 387. & 388. Rectè in *Notis* explicatur sensus; sed contextum vitiatum & luxatum, ἀσυνάρτησις ejus satis superque arguit. Repeto igitur locum *Philocaliæ* integrum, ubi maximè peccatum. nempe: *Lin.* 4. *& seqq.* verborum *Adam.* Ἀλλ' ὥσπερ ἀπὸ τῆς γραμματικῆς, ὁ γραμματικὸς λέγεται, καὶ ἀπὸ τῆς ῥητορικῆς ὁ ῥήτωρ, καὶ ἀπὸ τῆς ἰατρικῆς ὁ ἰατρός· τῆς οὐσίας οὔτε ἰατρικῆς οὔσης, οὔτε ῥητορικῆς, οὔτε γραμματικῆς· ἀλλ' ἀπὸ τῶν συμβεβηκότων αὐτῇ τὴν προσηγορίαν λαμβανούσης· ἀφ' ὧν οὕτως ὀνομάζεσθαι δοκεῖ, κλ. *Sed sicut à Grammatica Grammaticus nominatur, a Rhetorica Rhetor, a Medicina Medicus; cùm Substantia nec Medicina sit, nec Rhetorica, nec Grammatica; sed ab iis, quæ illi accidunt, hanc appellationem accipiat; a quibus ità nominari videtur*, etsi nullum eorum sit: ità &c.

Ib. lin. 9. *à f.* οὐδ' ὁποτ. οὔσης αὐτῶν.] hoc velle videtur: Substantiam, cui accidit malum, nec Substantiam puram, nec malitiam meram, sed quid ex utroque mistum esse. Sequitur in Philocalia iterum interpolatio quædam perplexa, trium versuum circiter.

Ib. lin. 6. *à fin.* ἀλλ' ἐνέργεια αὐτῆς.] Philocal. p 387. ἀλλ' αἱ ἐνέργειαι αὐτῆς, *sed operationes ejus.* Optimè.

Pag. 101. *l.* 1. ταῦτα δὲ ὅθεν γίνονται] Phil *ibid.* ταῦτα δ' ὅτι γίνεται. Eodem sensu; sed huic posteriori lectioni favent sequentia: ὡς γινόμενα δέ.

— *Ib. lin.* 4. ἔσονται οἱ ἄνθρωποι.] Philoc. longè aliud repræsentat: absurdé.

Ib. lin. 11. 12. ὡς ἀπὸ τῆς τεκτονικῆς τέκτων.] Philocal. ὡς ἀπὸ τῆς ἰατρικῆς ὁ ἰατρός.

Ib. lin. 16. 17. οὐκ ἔστιν ἀνάρχως κακὸς] Philocal. κακὰ, malè. nam sicut lemmate præcedenti κακὸς & κακὰ distinctè ponuntur: sic & isthic oportuit reponi.

Ib. lin. 16. τὰ γινόμενα πρὸς αὐτῶν δείκνυσθαι] Philoc. γινόμενα, hic & in prioribus: perperàm. At, quod exhibet πρὸς αὐτοῦ, placet præ illo: refertur enim ad antecedens κακὸς, hoc sensu: *eo quod ab illo* (scil. homine malo) *facta* esse *demonstrantur.* Pro δείκνυσθαι Philoc. habet εἶναι φαίνεται. Post hæc nihil occurrit in *Dialogo* nostro, quod *Philocaliæ* respondeat.

Ex

Ex his manifestum arbitror: Etsi αὐτολεξεὶ pleraque *Dialogi* argumenta reperiantur in *Dialogo Maximi* apud *Eusebium*: tamen nec iisdem omninò verbis, nec eâdem serie isthic, quâ illic proponi; sed magnâ trajectione, ac variis auctariis hinc inde inculcatis, ad *Maximi* arbitrium fuisse redacta; & quidem interdum ità dissimulatis verbis *Origenis*, quasi non fuissent illi visa. Cujus specimen videre licet in iis, quæ ad *pag.* 92. l. 20. & 23. enotata dedisti: nam illa omnia, tribus ferè verbis in nostro *Dialogo, pag.* 91. *med.* leguntur, nempe, ADAM. Οὐκοῦν ἡναγκασμένος ἐσὶ διὰ τὸ μὴ εἶναί τι αἴτιον τὸ διαχωρίζον.] *Maximus*: Philoc. *p.* 377. *l. ult.* & *p.* 378. *l.* 1: ἀνάγκη, εἰ μὴ κεχώρισται τῆς ὕλης ὁ Θεὸς, ἐν τῷ ἀχωρίστῳ (scribendum, ἀχωρίστως, ut rectè Dialogus noster) εἶναι λέγειν. Deinde, quæ altero loco refers: Ἀδύνατον γὰρ, ἐν διαστάσει - Ex *Eutropii* verbis circumducta sunt: *Dial.* nostri *pag.* 91. ead. Ἀδύνατον δὲ χωρίζεσθαι ἀπό τινος, μὴ ὄντος τοῦ χωρίζοντος. - ἄλλως δὲ, τὸ τρίτον μέρος εἶναι. Quæ novissima longè aliter & aliò vertit *Maximus*. Verùm ἅλις τῆς ἀργυρίας. Si cui placet, præter *Eusebium* & *Philocaliam* conferre *S. Methodii M.* disputata, πόθεν τὰ κακὰ, *Unde mala?* consulat *Photii* P. CP. Biblioth. in excerptis è libro illius *de lib. arbitr.* Cod. ccxxxvi. pag. m. 498-502. & facilè deprehendet; Veteres ipsissimis Origenis nostri argumentis pugnâsse, quanquam se Adversarios ejus ostenderent. Vixit autem *Methodius* non adeò diu ante *Eusebium*: martyrio confectus circa An. Chr. ccc. Hieron. *de Script. Eccles. Cap.* 83. ubi tamen innuit, alios eum sub *Decio* Imperatore passum, L. ferè annis antiquiorem facere.

Pag. 104. *l.* 8 *à f.* ἄπειρον γὰρ ἡγοῦμαι-]Sic quoq; abrumpit *Eutropius* Moderator procacitatem hæreticorum, seq. Sect. V. pag. 144. l 3. à fin.

Pag 127. *lin.* 7. *à fin* προγνώστης ὤν] P. ità h.l. *David illum secundùm carnem Dominum minimè fatetur; sed secundùm Spiritum, hoc est, Verbum Dei, non solùm ipsius David est Dominus, sed etiam omnis Principatûs, Potestatis, Dominationis, & Nominis quodcunq; nominatur non solùm in hoc sæculo, sed etiam in futuro. Nôrat autem, ut futurorum præscius, Judæos non credere quod erat secundùm Spiritum*, &c. Legit igitur locum Apostoli, ut hodieque legitur: & verba, προγνώστης ὤν, post illa, ἤδει δὲ. Perbenè.

AD SECTIONEM V.

Pag. 130. *lin.* 9. *à f.* προϊὼν ὁ λόγος] Pic. *Progressus orationis* arguet. Humfred. *Orationis cursus vos vincet.* Nobis visum: *Procedens disputatio.* quia, non *Origenes*, sed *Marinus* ingessit hanc Quæstionem, suprà init. §. III. p. 70. 71. Si cui minus id placet, vertat: *Procedens oratio*: utì suprà pag. 92. l. 6. *Orationis processus* vel *progressus*. Etsi mihi videatur utrobique de præsenti *Disputatione* loqui, vi articuli ὁ λόγος. qu. dic. *nostra disputatio*.

Pag. 133. *l.* 10. Not. *col.* 84. Sphalma occurrit, ἐπαινέσ- pro συναινέσαιμι. ut *Marinus* ait. *Nota* illidem, post: aliter placeat.] *Adde*: quos benigniores spero, quia p. p. *lin.* 30. elegantissimū Nomen σῦλσις (nulli Lexicographorum, ne Medicorum quidem, observatum) suggerit. Germ. opinor, Blutstellung. Vestigia ejus dantur in Compositis, Διάστελσις. Ἀνάσταλσις: quò pertinent ἀνασταλτικὰ φάρμακα, *Medicamenta restringentia*.

Pag. 137. *l.* 15. MAR. τοῦ Προφήτου] Notandum ad marginem erat: 4. *Argument. Valentin.* Sic *p.* 138. inf ad ejusdem verba: Εἰ ἦν]in marg. notetur: 5. *Argumentum Valentinianorum.*

Pag. 139 *l.* 19. *à* τύφῳ καὶ πράξει] Non deputo in erratis, nec id arguit adject. σαρκικαῖς. Syllepsis censeatur: ut, *Pater mihi & mater mortui.* Ter.

Pag. 142. *l.* 2 ἐδάφιον. ἔδαφος.]Bene Cl. Svjcerus noster, de *contextu* S. Scripturæ usurpari, monuit. Insignem locum enotâsti ex Epiphan. *de pond. & mens.* p. 535. inf. *Not. col.* 193. nim. πάσης τῆς ἐξηγήσεως οἷον ἐδαφός ἐστιν ἡ γραφή.

Pag. 147. *lin.* 12. χιτῶνος] Benè Picus: *miser.* Sed & Helynandus apud Antoninum Archiep. Florent. λ. pro δ legit, super *Nothiselytos (γνῶθι σεαυτὸν)* laudabiles discursus faciens. To. 3. Summ. hist. Tit. 18. Cap. 5.

Pag. 150. *lin* 5. *inf.* αὐτοματισμὸν δογματ.] Pic. *temeritatem spontaneam*, Humfr. *fortuitam*, vertit. Ille videtur in animo versâsse, quæ prius interpretatus est: utì refers *Not.* ad h. l. col. 95. nimirùm *sponte naturâ consistunt*, &c. Ipsum Nomen αὐτοματισμὸς nondum mihi occurrit apud *Epicuri* asseclas. Apud *Diog. Laërt. Lib. X.* ista ejus leguntur, p. m. 753. è *lib* 2. *de Nat.* Τοὺς κόσμους δεῖ, καὶ πᾶσαν σύγκρισιν πεπερασμένην, νομίζειν γεγονέναι ἀπὸ τοῦ ἀπείρου πάντων τούτων ἐκ συστροφῶν ἰδίων ἀποκεκριμένων, καὶ μειζόνων καὶ ἐλαττόνων. *Mundos, & omnem finitam Concretionem, existimandum esse, ex*

Infini-

Infinito illo produxisse; *his omnibus EX CONVERSIONIBUS PROPRIIS* (seu, Per conversiones suas proprias) *discretis, tùm majoribus, tùm minoribus.* Methodius, *Lib.* περὶ τῶν γενητῶν, *de rebus creatis*, apud Phot. Biblioth. Cod. ccv. p 496. int. Εἰ δέ τις αὐτὸν τέλειον καὶ ἀρχὴν ἔχοντα λέγοιτο μὴ δεῖσθαι τῆς τέχνης ὁ ἀνδριάς, κατὰ τὸ ὀλέθριον δόγμα, ἀνάγκη αὐτοματισμὸν ὁμολογεῖν. *Si quis autem diceret, Statuam illam non indiguisse artificio, quippe quæ Per se ipsam perfecta, & non ab alio facta sit, (secundùm perniciosum illud dogma) necesse haberet confiteri AUTOMATISMUM.* p. p. αὐτοματισμὸν ὁμολογεῖν, repetit ex alio argumento. Est igitur αὐτοματισμὸς, *Ortus rei motu proprio factus.* Sicut *Epicurus* Mundos (infinitos enim statuit) ex atomorum agitatione seu motu perpetuo, & concretione fieri, & dissipatione vel dissolutione interire, dixit. Quæ sententia uti Patribus meritò Atheismi rea visa est: ità cavendum, ne in Scholis Orthodoxis, ab inconsideratis *Atomorum* patronis, velut ex Orco revocetur.

Pag. 159. *in marg.* Marcum *vel* Marinum *alloquitur.*] Illum, puto; non istum: cò quod *Marcus* ultimò hic verba fecerit. Deinde, quod Origenes *sup. p. 64. l. 11.* hunc ipsum *Marcum*, ceu κακῶς λεξιθηροῦντα, *Eutropio* designârit: cujus nunc elogii meminisse ille videtur: *sup. ant. hujus Sententia.*

Pergerem hinc ad Duos reliquos Tractatus *Adamantii*: sed non possum intactas prætermittere duas vægrandes dicas (an calumnias) ei item scriptas, & à Cyprio quidem Episcopo, s. d. Hæresi LXIV: ubi *Origenes* his ipsis argumentis, vel potiùs argutiis, quas isthic in *Valentinianis* refutat, memoratur impugnâsse *Resurrectionem carnis.* Quod an probabile cuiquam cordato, qui nostri *Dialogi* Sect. V. legerit, videri possit, vehementer dubito. Vid. Pamphilus *in Apolog. Orig. to. 1 op. p. 771. & seqq.* & Hallosius in Orig defenso, *Lib. IV. Q. 4. p. 283. & seqq.*

Altera dica, superiùs item allegata, de *Filio DEI facto* seu creato, (proximè ante illam de *Resurrect. Carn.*) ex his *Origenis* verbis confirmata fuit ab eod *Epiphan.* Ἀξιοῦμεν τοίνυν, ἐπεὶ οὐδὲν χωρὶς Θεοῦ καλὸν εἶναι δύναται, καὶ μάλιστα νόησις γραφῶν θεοπνεύστων, ὅπως τῷ Πατρὶ τῶν ὅλων Θεῷ διὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, καὶ ἀρχιερέως γενητοῦ Θεοῦ προσελθεῖν, αἰτήσεις (lego, αἰτήσῃς) δοθεῖναι ἡμῖν πρῶτον καλῶς ζητεῖν. ἐπίκειται γὰρ τοῖς ζητοῦσι ἐπαγγελία τοῦ εὑρήσειν, κλ. *Itaque rogamus, cùm nihil sine DEO esse possit egregium, & maximè intelligentia Scripturarum divinitus inspiratarum, ut Patrem universorum Deum, Per Servatorem nostrum & Summum Pontificem, GENITUM DEUM* (ut habent versiones Lat. antiquæ, ac Petavii quoque h. l.) *accedere velis & obsecrare, ut nobis imprimis donetur, bene quærere: quoniam proposita est Quærentibus inveniend. promissio:* (Matt VII. v. 7) Ex his, inquam, *Epiphanius* exculpit; *Unigenitum DEUM, à paterna Divinitate atque Substantia* per Origenem *separari: nec non & Spiritum sanctum.* Εὑρομεν αὐτὸν τὸν μονογενῆ Θεὸν ἀπαλλοτριοῦντα τῆς τοῦ Πατρὸς θεότητός τε καὶ Οὐσίας, ὁμοῦ τε καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Totum fulcimentum hujus criminationis est, illud: διὰ τοῦ Ἀρχιερέως γενητοῦ Θεοῦ. Et verò, siquidem excipias: Sphalma esse Notarii vel Exscriptoris, qui geminationem literæ νῦ neglexerit: (cujus multa exempla in hoc ipso *Dialogo* deprehendes: & Cl. *Suicerus* noster plura dat in suis *Observ. SS. Cap. VII. p. 173. 174*) quid reliquum invenies in totà illâ pericope, quo demonstretur, *Negatam Divinitatem Filii & Spiritûs S.?* Vid. Athanas. *de Syn Arim. & Sel. to 1. Op. p. 710 Comelin.* Si nostrum consulamus *Dialogum*, statim in limine apparebit *pag 3.* Confessio *Adamantii* de DEO, quæ nobis hunc scrupulum procul excutiat. *Credere se dicit, Unum DEUM Creatorem & Conditorem rerum omnium:* ET EX ILLO DEUM [genitum] SERMONEM, CONSUBSTANTIALEM, ÆTERNUM, *& in novissimis temporibus Hominem Ex Maria assumentem, atque hunc ipsum Crucifixum, & resurgentem à mortuis: Credo etiam*, ait, *SPIRITUI SANCTO* (al. in Spiritum S) *Aeterno*, vel, *Qui Semper* EST.] Hæc ille. Taceo, quod Deitatem Christi, à Creatione Universi & ipsius Hominis, demonstret cont. *Marin. Valentin.* Sect. IV. pag. 106. 107. Item, Ab *assumptione Carnis*, h. e. humanæ nostræ Naturæ: quam *Hominem*, concreto nomine, suprà in Confessione vocavit. Præterea, cùm edisserit illam Quæstionem: *Quomodo* CHRISTUS *sit* DOMINUS *Davidis*, cujus *prædicatur Filius?* nempe, DOMINUM esse *secundùm Spiritum*, i. e Deitatem: FILIUM, *secundùm Carnem*: p. 127. & 128.

II. *IN*

II.

IN PROTREPTICO ad Martyrium.

Pauca mihi occurrebant, animadversione digna: tùm quod emendatior ille prælum evaserit: tùm quod unico exemplari nixi fuerimus; sæpe sic indistinctè ac fusè scripto, ut maximo conatu sensus eruendus & compingendus fuerit.

Pag. 169. *lin.* 17.18. & malum] vertenda sequentia: *Per Fortunam* hominum, rem instabilem, juramentum ❡ Postea memini

Pag. 180. *lin.* 14. ubi legitur: ἐν Θεῷ ἀκούσῃ.] aliquâ de Notulâ submonuisse: scilicet, Legendum, ἐκ Θεοῦ, *ex* vel *à Deo* audiet. Nisi fortè Scriptoris oscitantiâ, è proximè antecedenti commate, illud ἐν Θεῷ sit repositum. nam, hoc etiam deleto, nihilominus constat sententia. Itaque inferantur hæc *Not col.* 118 *med.*

Pag. 201. *lin.* 9. καὶ δι' αὐτὸν] *& per ipsum.* Rectè. Non modò, quia sic non raro verti potest ac debet διὰ, licet quarto casu constructum: sed, quia sequens Participium, δεδωκότος, procul dubio postulat, ut præcedens Pronomen in Genitivo (αὐτοῦ) legatur & scribatur.

Pag. 218. *lin pen.* λόγων καὶ σοφίας Θεοῦ] λόγων in plurali exhibet M-S. & huc spectant antegressa nomina, θειοτέρων καὶ συνετωτέρων καὶ ὑπερεχόντων. Mallem versa: *per diviniores & prudentiores, & o. h. n. præcellentiores sermones* SAPIENTIÆ DEI. vel sublato καὶ intermedio, vel converso in artic. demonstr. τῆς. hoc modo: λόγων τῆς Σοφίας Θ. Filio DEI sic indigetato. nam, quis mortalium, *divinas & omni humanâ naturâ excellentiores* sermones, præter ipsum solum θεάνθρωπον, edere aut proferre; ac per eos nos *ad perfectionem* deducere posset! ego sanè non assequor.

III.

IN AFRICANI & ORIGENIS Epistolis, pleraque omnia occupata esse video, & multis quidem crebrisq; allegatis obsita. Veruntamen

Pag. 221. *lin.* 10. ἀσχηματισμένοις] jam tum Notulam merebantur. Sed hanc, ex Origenis indicio, Notis *ad pag.* 241. (sic enim numerus paginæ signandus erat, qui confusus extat) *col.* 220. satis, opinor, præstas.

Pag. 225. *med.* errorem in versione admissum candidè retractas *pag.* 247. Spero, bonis & eruditis probatum iri.

Notar. col. 79. *l. ult.* sic legatur & distinguatur: Wimph. explicabo. Sic ille: *Dedit* &c:

Item col. 193. & 194. Epiphanium allegas *de Obelis* & *Asteriscis* scribentem. Probo verba omnia: figuras tùm *Obeli*, tùm *Asterisci*, non arbitror descriptioni convenire. Quis enim vel *hastam*, vel *lanceam*, vel *Veru* (quibus obelum assimilat Epiphanius) eâ formâ vidit? Nec *Asteriscus* respondet usitatis in Vet. Codicibus figuris. Cumque margini Epiphanii (more vetustorum Librorum Mathematicorum, imprimis Geometricorum) ascribendæ fuissent; Typographi & Interpretes quomodocunque intermiscuerunt verborum contextui. Vera *Obeli* nota est *Virgula jacens*, altero termino manubriolum, altero cuspidem referens. *Asterisci* autem forma sunt radii quatuor, ἐναλλὰξ positi, (etsi alii Crucem decussatam fingant) cum totidem punctis interpositis. Denique, nemo præsumat de *Origene* judicare, nisi legerit *Pamphili M. Apologiam* pro illo. Addatur *Athanasii* cautio: ἃ μὲν ὡς ζητῶν καὶ γυμνάζων ἔγραψε, ταῦτα μὴ ὡς αὐτοῦ φρονοῦντος δεχέσθω τις, ἀλλὰ τῶν πρὸς ἔριν φιλονεικούντων. (ἐν τῷ ζητεῖν· ἃ δὲ ὁρίζων ἀποφαίνεται), τοῦτο τοῦ φιλοπόνου φρόνημά ἐστι.

Sed me charta monet verbis imponere finem:
Nostraq; Ter summo credere cuncta DEO.

A' Quo Ipso etiam precor, ut his aliisq; tuis studiis & conatibus Benedictionem suam cœlestem aspiret; quò Patriæ Civis bonus, Ecclesiæ Servus utilis, Academiæ Professor clarus, Parentibus solatio, gaudio Propinquis, Bonis, Piis, Eruditis omnibus gratus & amicus existas: id quod facilè te consecuturum spero, si Gloriam DEI destinaveris tua cuncta; siq; prodesse κατὰ δύναμιν omnibus, nemini detrahere vel obtrectare studueris. Vale in DOMINO, qui te SS. Spiritu suo ducat, fulciat, servet, denique prosperet in omnibus Viis tuis! Dab. è Museo meo, D. III. Eid. Novemb. quo exordia Professionis tuæ, bono cum Deo, in Panegyri Academica duxisti: Anno CHRISTI CIↃ. IↃC. LXVIII. Aetatis meæ Sexagesimo decurrente.

Ad
Clarissimum Interpretem
ORIGENEM contra Marcionistas, &c.
in Publicæ Professionis vestibulo cum NOTIS edentem.

Scissus adhuc Orbis, quonamque *Adamantius*, ille
Malleus hæresium, debeat esse foro?
Lis non lana levis. Confusa Interprete tanto
Hæresis, & CHRISTI lex animata fuit.
Hincce putabatur Patribus prior omnibus esse;
Vel parem Apostolicis multi habuere Viris.
His fertur, ructasse Erebum non toxica tanta;
Qualia ructavit Semivir ore suo.
Talibus indiciis stetit in suffragia pridem
Orbis divisus Christiadum dubiis.
Incussus diras *Adamantius* effugit istas,
In vacuas auras fulmen & istud abit.
Victrix causa, *piis* Adamanti *viribus* Orbem
WETSTENI meruit laude replere rata.
Sic omnino pares comites duo; nulla vetustas,
Livida vel mortis fraus truculenta premet.
En! iterum redit in dias *Adamantius* auras,
Hæresis. En! se post inscius ipse redit.
Non his Nestorii, non his fœtura libellis
Stagnat Avi: Nostrûm sed micat ipsa Fides.
At malè sit tineis, spolio hoc quas livor inertes
Pavit adhuc, queis hæc merx prope pacta fuit.
Sed Bene, WETSTENI, Tibi sit! Nunc pulpita gressu
Scande Scholæ læto: scande litate bono.
Non Tibi laus deërit, Tibi primus & ultimus Orbis
Annuet, & gemino nescia Terra polo.
Urnas inversas fatorum limine versas:
Tartareum quondam nunc facis Elysium.

MARTINUS BOGDANUS, Medicinæ Doctor
Bernæ Helvetiorum, CIↃ IↃC LXXIII.

Aspera